46. SZ.

MONUMENTA HUNGARIÆ HISTORICA.

MAGYAR TÖRTÉNELMI EMLÉKEK.

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA.

ELSŐ OSZTÁLY: OKMÁNYTÁRAK.

HUSZADIK KÖTET.

Ára 4 frt.

BUDAPEST, 1875.

EGGENBERGER FERDINÁND AKADEMIAI KÖNYVÁRUSNÁL.

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA
TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGÁNAK KIADÁSAI.

ARCHIVUM RÁKÓCZIANUM. II. Rákóczy Ferencz Levéltára, bel- és külföldi irattárakkal bővítve. I. Oszt. Had- és belügy, szerkeszti *Thaly Kálmán*. I. köt. Rákóczi Ferencz fejedelem Levelekönyvei, levéltárának egykorú lajstromaival 1703—6. II. kötet 1707—1709. Pest 1873. XXVIII és 688 és 656 l. Ára egy kötetnek 4 frt.

— — II. Oszt. Diplomatia. I. II. köt. Angol diplomatiai iratok, angol levéltárakból közli *Simonyi Ernő*. Pest 1871.—72. 639 és 612 l. Ára egy kötetnek 4 ft.

TÖRÖK-MAGYAR-KORI TÖRTÉNELMI EMLÉKEK. Első osztály: I. II. köt. Okmánytár a Hódoltság történetéhez Magyarországon Szilády Áron és Szilágyi Sándortól. I. II. köt. 1863. XXX és 458 és 480 l. 5 frt.

— — — III.—IX. köt. 1868—73. Török-magyar-kori Állam-Okmánytár, szerk. és jegyzetekkel ellátták Szilády Áron és Szilágyi Sándor. I.—VII. k. 1868—73. Külön mindenik kötet 3 frt.

M. TÖRTÉNELMI TÁR. I. köt. X. és 260 l. egy pecsétmással 2 frt 10 kr.
— — — II. köt. 215 l. száz pecsétmással 2 frt 10 kr.
— — — III. köt. 264 l. egy czímerrajzzal 1 frt 40 kr.
— — — IV. köt. 200 l. 2 frt 40 kr.
— — — V. köt. 231 l. 1 frt 40 kr.
— — — VI. köt. 264 l. egy pecsétrajzzal 1 frt 60 kr.
— — — VII. köt. 266 l. 1 frt. 60 kr.
— — — VIII. köt. 259 l. 4 kőirati táblával 1 frt 60 kr.
— — — IX. köt. 244 l. 1 frt 40 kr.
— — — X. köt. 210 l. aranybullák s okm. hasonmásaival 1 frt. 60 kr.
— — — XI. köt. 240 l. 1 frt 40 kr.
— — — XII. köt. 292 l. 1 frt 70 kr.

Az egész tizenkét kötetes folyam ára tizenöt forint.

MAGYAR TÖRTÉNELMI TÁR. XIII. v. Új folyam I. kötete 1868. 252 l. 1 frt 40 kr.
— — — XIV. v. „ II. kötete 1869. 292 l. 1 frt 80 kr.
— — — XV. v. „ III. kötete 1871. 265 l. 1 frt 50 kr.
— — — XVI. v. „ IV. kötete 1871. 269 l. 1 frt. 50 kr.
— — — XVII. v. „ V. kötete 1871. XII és 270 l. 1 frt. 50 kr.
— — — XVIII. v. „ VI. kötete 1871. X. és 270 l. 1 frt. 50 kr.

MAGYAR LEVELES TÁR. I. köt.: Négyszáz magyar levél 1504—1560. Szalay Ágostontól. XX és 432 l. kilencz kőirású hasonmásos táblával 4 frt.

FEJÉR GYÖRGY MAGYARORSZÁGI OKMÁNYTÁRÁNAK betűrendű tárgymutatója Czinár Mórtól. XVI és 549 l. 5 frt.

ÉVMUTATÓ Fejér György Okmánytárához. Knauz Nándor által. 44 l. 40 kr.

HUNYADIAK KORA MAGYARORSZÁGON Gr. Teleki Józseftől: I.—V., VI: 1 és X.—XII. köt. Mindenik kötet ára 3 frt 65 kr. — (VI. köt. 2. része sajtó alatt.)

MAGYARORSZÁG HELYRAJZI TÖRTÉNETE. fő tekintettel az egyházi intézetekre vagyis a nevezetesebb városok, helységek, s azokban létezett egyházi intézetek püspök megyék szerint rendezve. Rupp Jakabtól. Első kötet két darabban Az esztergami egyháztartomány a hozzá tartozó püspökmegyékkel együtt. Pest 1870. XVIII és 807 l. 5 frt.

— — Második kötet: Az egri érseki egyháztartomány, a hozzá tartozó püspöki megyékkel együtt. Pest 1872. XIV és 478 l. Ára 3 frt.

BUDAPEST és környékének helyrajzi története, Rupp Jakabtól. Két térképpel. Pest 1868. 306 l. 2 frt.

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA. Magyar Történelmi Emlékek, egy-egy kötet ára 3 frt 15 kr. kivévén a következőket: I. osztály. XI. XVII. XX. köt. (Árpádkori Okmánytár, VI. IX. XI. k.), XIX. k. (Pázmány), és XX. k. (Árpádkori Okm. XI.); így: II. oszt. XII. k. (Brutus I.), és XVI. köt. (Forgách) 4—4 frt. — XV. k. (Tököly, Nagy Ivántól) és XXIV. k. (Tököly Thalytól II.) 4 frt 50 kr. — XVIII. köt. (Tököly, Tormától) 1 frt 20 kr.

Lásd a részletes tartalmat a boriték két hátulsó lapján.

MONUMENTA

HUNGARIAE HISTORICA.

DIPLOMATARIA.

XX.

(Wenzel
FP

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

MAGYAR
TÖRTÉNELMI EMLÉKEK.

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA.

ELSŐ OSZTÁLY.

HUSZADIK KÖTET.

BUDAPEST, 1873.

EGGENBERGER FERDINÁND M. AKADEMIAI KÖNYVÁRUSNÁL.

CODEX DIPLOM. ARPADIANUS CONTINUATUS.

ÁRPÁDKORI
ÚJ OKMÁNYTÁR.

A M. TUD. AKADEMIA TÖRT. BIZOTTSÁGA

MEGBÍZÁSÁBÓL KÖZZÉ TESZI

WENZEL GUSZTÁV,

M. AKAD. RENDES TAG.

11

TIZENEGYEDIK KÖTET.

BUDAPEST, 1873.

EGGENBERGER FERDINÁND M. AKADEMIAI KÖNYVÁRUSNÁL.

Budapest, 1873. Nyomatott az Athenaeum könyvnyomdájában.

ELŐSZÓ.

Az »Árpádkori Új Okmánytár« harmadik folyamának első, vagyis az egész gyűjtemény XI. kötetét tevén közzé, általában azt kell megjegyeznem, hogy tartalmára és rendezésére nézve — egészben véve — ez ugyanazon irányt és modort követi, mint az előbbi kötetek. Némi sajátsága csak abban áll, hogy azon gyűjteményes munkákra is fordít részletesebb figyelmet, melyek vele tüzetesen hasonló czélból készültek. Ehhez képest az újabb hazai okmányi kutatás nevezetes műveire, névszerint a »Hazai Okmánytár,« ifj. Kubinyi Ferencz »Magyar Történelmi Emlékei« s a »Gróf Zichy család Okmánytára« tartalmára is vonatkozunk, s egyes ott találtató, a jelen munka álláspontjából fontosabb okmányt szintén röviden felemlítünk.

Ez alkalommal szabadjon egyszersmind Tkalcsics János »Monumenta Historica Episcopatus Zagrabiensis Saec. XII. et XIII.« czímű munkáját különösen kiemelnem, melynek első kötete csak ezen évben jelent meg Zágrábban.

A zágrábi érsekség és káptalan levéltárai a tüzetes tudományos kutatás előtt legújabb ideig csaknem egészen el voltak zárva, és csak igen ritka esetekben történt meg, hogy egyes tudósok onnan némi tudósításokat nyerhettek. Így Kercselich sok ott őrzött okmányt használt ugyan, de közleményei az ottani kincseknek jelentőségét inkább csak éreztették, mintsem hogy azoknak használását kielégítőleg közvetítették volna. Kovachich Márton György buvárlatai

pedig ezen levéltárak mélyébe n m is hatottak. Másrészről azonban régen volt már tudva, hogy az ottani okmánykincseknek annál nagyobb fontosságot kell tulajdonítani, a mennyiben Horvátország története, melyről eddig csak igen hiányos és töredékes tudomásunk van, s mely Magyarország történetével egyet képez, általok nagy felvilágosítást nyer.

Tkalcsics úr az első, ki ezen nevezetes történelmi kincsbányából tűzetesen merített.

Nem lehet ugyan itt feladatom ezen munka részletesebb kritikai fejtegetésébe bocsátkozni; de akár az abban foglalt okmányok tartalmának fontosságát, akár azon lelkiismeretességet, pontosságot és szorgalmat tekintjük, melylyel Tkalcsics úr azokat nem csak közölte, hanem hasznosításukat is helyes tárgymutató által elősegítette; a munka palaeographicus és okmánytani hiányai daczára is, arra az Árpádkori Új Okmánytár szempontjából nagy súlyt kell fektetnünk. S ha szerző azon ösvényen, melyre lépett, tovább is hasonló szellemben haladni fog, a Kitonichok, a Kerchelichek és a Skerleczek sorában az ő neve is tisztelettel fog említtetni.

A dolog természetében feküdt, hogy jelen gyűjteményes munkánk Tkalcsics közleményeiből sokat kölcsönzött, részint azoknak rövid tartalmát említvén fel, részint egyes okmányokat terjedelmesen reproducálván.

Különben az Árpádkori Új Okmánytár ezen harmadik folyamának feladata az lévén, hogy az előbbi kettőnek pótlékául és kiegészítéseül szolgáljon; ennek folytán azoknak alapterve szerint van rendezve. Két kötetből fog állni, melyeknek elseje IV. Béla király haláláig (1270.), másodika ezen időponttól az árpádi ház férfiágának III. Endre halálával 1301. történt kimúltáig terjed.

Budapesten, 1873. septemberhó 28-kán.

Wenzel Gusztáv.

TARTALOM.

Lap.

Lap.

1216.

1217.

1219.

1220.

Lap.

1225.

1226.

Lap.

1217.

1225—1228.

1228.

Lap.

Lap.

1205—1235.

1236.

Lap.

ÁRPÁDKORI

UJ

OKMÁNYTÁR.

XI.

(HARMADIK FOLYAM I. KÖTET.)

1.

Szent István első magyar király és az ország alkotójának legendája, mint főfontosságú törvénykezési okmány.
1000—1038.

Nicolaus Prepositus et Capitulum Ecclesie Strigoniensis omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris noticiam presencium habituris salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod discretus juuenis Magister Stephanus Notarius Monasterij Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie, legittimus procurator domini Vyllermi Abbatis et tocius Conuentus predicti Monasterij Sancti Martini ad nostram personaliter veniendo presenciam vice et nomine dictorum domini Abbatis et Conuentus nobis proposuit in hunc modum : quod quia nobiles et ignobiles Prouincie et Comitatus Symigiensis vniuersas decimas secundum institucionem et ordinacionem seu donacionem Sanctissimi Regis Stephani primi Regis Hungarorum predicto Monasterio secundum justiciam et approbatam Regni consuetudinem soluere recusarent contumacia et inobedencia obstinati, et ex hoc predictus dominus Vyllermus Abbas, totusque eiusdem loci Conuentus magnam in juribus eorum perciperet diminucionem et detrimentum. Cum igitur jura Ecclesie ipsorum defendere et tueri velint et intendant salubriter Deo propiciante toto suo nisu et conamine, sicut eis necessario incumbit; et quia ad hoc legenda Sanctissimi Regis Stephani authentica, et approbata per Sanctissimos Romanos Pontifices, sit sumpme necessaria : ideo particulam illam, in qua

continetur constitucio et ordinacio de decimis Monasterij Sancti Martini predicti in dicta Prouincia et Comitatu Symigiensi existentibus, ad cerciorem et firmiorem tuicionem decimarum eiusdem Monasterij humili cum instancia suplicauit, vt rescribi faceremus, nostroque sigillo authentico communiri. Cuius quidem particule legende authentice et approbate tenor talis est:

»Post obitum vero patris Stephanus adhuc adolescens, fauore principum et plebis in patris solium laudabiliter prouectus, ardenciori animo cepit veritatis propagator existere; quia quamuis adolescencie annis floreret, non tamen cor in ore, sed os in corde habebat; scripturarum Diuinarum, quibus adprime flagrabat, non immemor, judicium et justiciam in oculis proponebat, iuxta illud Salomonis: »Audiens sapiens disciplinam sapiencior erit, et intelligens gubernacula possidebit«. In omnibus itaque mandatis Deo fidelis dispensator existens, apud se cepit meditari, qualiter subiectum sibi populum vnius Dei cultui manciparet. Quod quia perpendebat absque vicinarum gencium confederatione fieri minime posse; pacem cum exterarum Prouinciarum populis fideliter institutam raborauit, vt eo securius, quod in mente tractabat, in nouella plantacione Christianitatis expleret. Sed aduersarius tocius bonitatis, inuidie plenus et malicie diabolus, vt sanctum Christi tyronis propositum disturbaret, intestina bella commouit; quoniam eius instinctu plebs gentilis Christiane fidei iugo colla submittere renuens, cum principibus suis a dominio ipsius se subtrahere moliebatur. Ceperunt enim vrbes desolare, predia vastare, possessiones depredari, seruos cedere, et — ut cetera sileam — ipsi insultare. Cumque declinare ipsi de via sua peruersa nollent, nec furor eorum saciaretur; Dux ipse confidens de eterna virtute, ad superandam hostium rabiem multitudine exercitus sui sub vexillo Deo dilecti Pontificis Martini, sanctique martiris Georgij processit. Illis forte diebus vrbem, que wlgo Wesprem nuncupatur, obsederant, hec ad conuicia eius commouentes; scilicet vt vbi Ducalis accessus conuersatorium habebatur, ibi consederent, quo facilior ingressus ad alia predia occupanda inueniretur. Ipse vero Diuina preeunte clemencia aduersus eos consurrexerat, et hic in fide, illi vero tantum in armis confidentes, vtrinque

decertauerunt. Tandem hostibus victis, et ex parte cesis, et ex parte captis et alligatis, Dux victor cum suis victorie dona reportauit. Quopropter possessionibus eorum tam in agris quam in villis, sapienter diiudicauit; non sicut quondam Saul, qui deuicto Agag Rege Amalech de spolijs eiusdem Domino prohibente meliora elegerat. Sed quoniam Pannonia Beati Pontificis Martini natiuitate gloriatur, cuius eciam patrocinantibus meritis vir Christo fidelis, vt iam dictum est, de hostibus victoriam reportauit; nichil ex rebus eorum ad opus sui reseruans, inito cum theophilis consilio, iuxta fundum sancti presulis, in loco qui Sacer Mons dicitur, vbi Sanctus Martinus, dum adhuc in Pannonia degeret, oracionis sibi locum assignauerat, sub titulo ipsius monasterium construere cepit, possessionibus et reddibitus, cunctisque sufficiencijs dotauit, et ipsius suffragio domitorum decimacionibus simile fecit Episcopijs, constituens ex eorum omnibus facultatibus tam stricte decimas dari, vt si cui decem liberos habere contingeret, decimam prolem Sancti Martini Cenobio daret.«

Nos igitur expeticionem procuratoris dictorum domini Abbatis et Conuentus de constitucione et ordinacione Sanctissimi Regis Stephani iustam fore et vtilem recognoscentes, more premisso sub nostro sigillo rescribi fecimus, et ad maiorem cautelam munimine sigilli nostri authentici publicauimus. In cuius rei testimonium perpetuamque stabilitatem presentes litteras nostras priuilegiales emanari fecimus, appensione maioris sigilli nostri roborando. Datum per manus discreti viri Magistri Demetrij Lectoris Ecclesie nostre feria quarta proxima post dominicam Judica, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo.

Ide számítandó még:

1) *A székesfehérvári káptalannak két kiadványa:*

a) Capitulum Ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est vera salus, dans quietem hominibus. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peuenire, quod licet in antea honorabiles viri, religiosi et Deo deuoti, frater Vilhelmus, Dei et Apostolice Sedis gracia Abbas Sacri

Montis Pannonie, cum suo Conuentu mediantibus litteris ipsorum amicabili postulacione amicabiliter a nobis postulauerunt, vt de decreto Santissimi Regis Stephani, et de legenda eiusdem, ac eciam de registris Ecclesie nostre in conseruatorio existentibus, que ad libertatem Monasterij Ecclesie Beati Martini Confessoris dicti Sacri Montis Pannonie pertinerent, in subsidium et tuicionem eiusdem Monasterij reinueniri et dari, sub sigillo nostro authentico easdem concedi petebant, vt est pretactum : sed quia huiusmodi reinuencio et concessio per simplicem peticionem fieri non uebebat secundum antiquam consuetudinem Ecclesie nostre, sed ad preceptum dominorum nostrorum Regis et Regine, vel superiorum; ideo ad mandatum litterarium domini Guidonis miseracione Diuina tituli Sancte Cecilie Presbyteri Cardinalis, Apostolice Sedis Legati, in legenda Sanctissimi Regis Stephani per Sanctissimos Papas approbata et authenticata, que ad dictum Monasterium Beati Martini confessoris, et ad libertatem eiusdem luculenter et euidenter pertinent, excipienda. Cuius constitucionis legende tenor talis est:

»Post obitum vero stb. (mint fentebb.)

Nos igitur tam ad preceptum dicti domini Cardinalis, quam causa communis justicie ea, que pertinent ad libertatem dicti Monastarit, de verbo ad verbam vberiorem rei ad cautelam absque scrupulo alicuius falsitatis inseri et transcribi fecimus. In cuius transscripcionis, prerogatiue, reinuencionis, libertatis et constitucionis memoriam perpetuamque stabilitatem eidem Monasterio Beati Martini confessoris presentes litteras nostras priuilegiales cum pendentis et authentici sigilli nostri munimine duximus roborandas. Datum anno Dominice Incarnacionis millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Reuerendo viro Magistro Thatamerio dicte Ecclesie nostre Preposito auleque Regie Vice Cancellario; discretis viris Johanne Cantore, Demetrio Custode, Stephano Decano Ecclesie nostre existentibus, XI. kalendas Augusti.

b) Excellentissimo Domino ipsorum domino Lodouico stb. Albensis Ecclesie Capitulum stb. (lásd Fejér Codex Diplomaticus-át VII. köt. 1. r. 108. l.)

2) *A győri káptalan kiadványa*:

Nos Briccius Prepositus, Nicolaus Lector, Georgius Cantor, et Emericus Custos, totumque Capitulum Ecclesie Jauriensis stb. (lásd Fejér Codex Diplomaticus-át IX. kötet 1. r. 787. l.)

3) *A nyitrai káptalan kiadványa:*

Capitulum Ecclesie Nitriensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam stb. (mint fentebb az esztergami káptalan kiadványa.)

»Post obitum stb. (mint fentebb u. o.)

Nos igitur attendentes et considerantes hanc peticionem fore iustam et juri consonam, de legenda Sanctissimi Regis Stephani pertinencia ad libertatem decimarum prefatarum sepe dicti Monasterij Sancti Martini confessoris de verbo ad verbum transscribi fecimus, ad cautelam vberiorem nostrum sigillum authenticum appendentes. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras in forma priuilegij confectas fecimus emanari munimine sigilli nostri authentici roboratas. Datum feria secunda proxima post dominicam Ramispalmarum anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo. Magistro Johanne Lectore Ecclesie nostre.

4) *A váczi káptalan kiadványa:*

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Capitulum Ecclesie Waciensis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam serie presencium volumus peruenire, quod discretus iuuenis Magister Stephanus stb. (mint fentebb az esztergami káptalan kiadványa.)

»Post obitum stb. (mint fentebb u. o.)

Nos igitur expeticionem stb. (mint fentebb u. o.) Datum per manus discreti viri Magistri Nicolai Lectoris Ecclesie nostre feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo. Presentibus honorabilibus viris dominis Dominico Preposito dicte Ecclesie nostre, Nicolao Waciensi, et alio Nicolao Pestiensi,

Ladislao de Zolnuk, et altero Ladislao Chongradiensi, ac Michaele de Zigetfw Archidiaconis, et alijs quam pluribus Canonicis in eadem Ecclesia Beate Agnetis Deo iugiter famulantibus et deuote.

(A Fejér által kiadott két okmányon kivül a többi mind bőrhártyán, a pannonhalmi főapátság levéltárában.)

Jegyzet. Nem érdeknélküli azon kérdés, hogy szent István királynak itt szóban lévő, s egykor törvénykezési tekintetben is fontos legendája elveszett-e, avvagy birjuk-e azt jelenleg is? S a menynyiben a fentebbi öt káptalani átiratban az említett legendának egy szaka szó szerint foglaltatik, nem lesz nehéz ezen kérdésre kielégítő feleletet adni. Ha t. i. szent István legendáit, melyek Temesvári Pelbárt óta közzé tétettek (l. Podhraczky József., Vita S. Stephani, Buda 1836. XXXII. l., úgy hogy Endlicher Ist., Érdy János és Wattenbach Vilmos kiadványai is még oda számítandók), végig tekintjük, azt találjuk, hogy azoknak közös alapja van ugyan; hogy azonban, valamint a kézirati példányokban, melyek után ezen kiadványok készültek, úgy magukban a kiadványokban is a szövegre nézve nevezetesek az eltérések. Ujabb időben Endlicher István (Rerum Hungaricarum Monumenta Arpadiana, Sangalli 1849. 139. s következő ll.) és Wattenbach Vilmos (Monumenta Germaniae Historica, Scriptores XI. köt. Hanoverae 1854. 222. s k. ll.) szent István legendáját többoldali kritikai vizsgálódások alapján adván ki, az u. n. legenda maior és legenda minor közt tettek különbséget; de az okmányokban foglalt fenti bekezdés ezekben — noha mindkettőnek főbecset tulajdonítanak — nincs meg, a miből tehát látjuk, hogy ezeknek egyike sem használtatott bíróságaink által. Másrészről az említett hely Hartvik legendájának VI. fejezetében csakugyan szóról-szóra találtatik (Podhraczky kiad. 50. l.; Endlicher id. m. 168. l.; és Érdy kiad. 8. l.). Ehhez képest tehát a Hartvik-féle legenda az, melynek hazánkban egykor hivatalos tekintély tulajdoíttatott. Szent István ezen legendájának öt példánya jutott korunkra; kettő a XIII. századból (az u. n. Codex Francofurtensis mely a nemzeti muzeumnak most tulajdona, és a Codex Runensis), s három a XV. századból (a Codex Lunaelacensis, Codex Vindobonensis és Codex Bruxellensis).

2.

Szent István király Magyarországban a városok szabadságának alapítója. 1000—1038.

Nos Stephanus de Zapolya Comes Perpetuus Terre Scepusiensis, Regni Hungarie Palatinus et Judex Cumanorum stb., quod cum in festo Beatorum Fabiani et Sebastiani martirum anno Domini millesimo quadrigentesimo nonagesimo quinto preterito Serenissimus Princeps dominus Wladislaus Rex Hungarie, Bohemie etc. dominus noster graciosissimus, accepta supplicacione Reuerendi in Christo patris domini Anthonij Episcopi Nitriensis, per eundem Sue Maiestati porrecta in eo, vt quamuis dicta Ecclesia sua Nitriensis quibusdam vado et telonio in possessione sua Sythwatheo appellata in Comitatu Comaromiensi exigi solito per diuos Reges dotata, collata et dedicata fuerit, omnesque institores, mercatores ceterique viatores per loca huiusmodi vadi et telonij proficiscentes sine omni renitencia per multa secula naulum et tributum eidem Ecclesie persoluerint : tamen nunc circumspecti Judices, Jurati, ceterique Ciues Ciuitatum Budensis, Pesthiensis, Albensis, Strigoniensis, Vissegradiensis, Posonienses, Comaromiensis, item vniuersi populi de Superioribus Calidis Aquis Budensibus, allegando quasdam exempciones et priuilegia contra et aduersus premissa antiqua jura et priuilegia eiusdem Ecclesie Nitriensis habere, prescripta tributa ab antiquo exigi solita exoluere recusarent et non vellent, quod cederet in damnum et iniuriam ipsius Ecclesie manifestam. Quod item dominus noster Rex predictis ciuibus et incolis Ciuitatum predictarum litteratorie mandasset et seriose, vt ipsi in loco memorati telonij ipsi Ecclesie Nitriensi hominibusque suis ad eorundem exaccionem deputatis iustum et verum tributum de rebus et mercancijs suis sine omni recurso et renitencia soluere et reddere deberent et tenerentur; alioquin voluisset idem dominus noster Rex, et fidelilati dictorum ciuium

iterato firmis dedisset in mandatis; quatenus ad vigesimum quintum diem diei exhibicionis litterarum suarum cum omnibus juribus et priuilegijs eorum, si que in contrarium priuilegiorum et jurium dicte Ecclesie Nitriensis haberent, coram Sue Miestatis Personali Presencia comparere tenebitur, Sueque Maiestatis Personalis Presencia visis et examinatis juribus et priuilegijs vtrarumque parcium id inter easdem partes judicialiter decerneret, quod juri videretur expedire stb. (következett ezen határnapnak elhalasztása »ad dietam festum Natiuitatis Beati Johannis Baptisti in anno proxime transacto preteritam«; ekkor pedig a »dominus noster Rex huiusmodi causam nostram in presenciam transmisit discuciendam et terminandam«, úgy hogy »presentibus octauis festi Beati Georgij martiris« az tárgyaltatott. Ez alkalommal »littere nouem pro parte eiusdem domini Episcopi actoris, pro parte vero Judicis ac Juratorum Ciuium Ciuitatis Albensis quotuor, pro parte autem Ciuitatum Budensis et Pesthiensis stb. littere et instrumenta litteralia septem, pro parte Judicis et ciuium Ciuitatis Strigoniensis due, pro parte Judicis et Ciuium Juratorum Posoniensis Ciuitatis similiter due littere per omnes ipsas partes exhibite et coram nobis presentate extiterunt« stb. Névszerint a nyitrai püspök, többi közt, II. Géza király 1158-ki privilegiumára hivatkozott (l. Fejér, Codex Dipl. II. köt. 152. l.); Székes-Fehérvár, Buda, Pest és Esztergam városok pedig IV. Béla királynak 1237., 1244. és 1243-diki privilegiumait mutatták fel, melyek az említett városok régibb jogosítványait megerősítették, s melyek II. Endre királynak Garam melletti Sz.-Benedek mezőváros szabadságait tárgyazó 1217-ki privilegiuma azon tétele által nevezetes felvilágosítást nyertek »quatenus cuiuscunque nacionis homines, Saxones videlicet, Hungari, Sclaui, seu alij, qui ad terram Monasterij Sancti Benedicti de Gran commorandi causa iam conuenerunt, vel conuenire voluerint, prerogatiua eiusdem libertatis iure perpetuo gaudeant, qua hospites nostri in Pest, Albe et Bude commorantes auctoritatis Regie priuilegio tranquillitate perpetua perfruuntur« stb. (l. Fejér u. o. II. köt. 196. l.). Különösen fontos volt ehhez képest »litterarum per procuratorem Judicis et Juratorum ac ceterorum ciuium Ciuitatis Albensis exhibitarum prima littera olim Incliti Regis

Bele quarti anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo tricesimo septimo, secundo nonas Maii, Regni autem sui anno secundo priuilegialiter exorta, sigillo eiusdem dupplici impendenti vallata, continens in se omnes prerogatiuas et libertates ipsis ciuibus Albensibus concessas; inter cetera in principio eedem littere exprimebant, quod cum priuilegium Sancti Stephani Regis, pariter et Legati tum Sedis Apostolice, hospitibus Albensibus concessum infausto casu incendij fuisset conuersum in cinerem, ijdem ciues Albensis libertatis sue statum timentes tractu temporum in dubium reuocari seu aliquatenus aggrauari, eidem domino Bele Regi humiliter supplicassent, vt concessam ipsis a memorato Sanctissimo Rege libertatem ipse dominus Bela Rex suo dignaretur priuilegio communire. Idem igitur olim dominus Rex Bela ipsorum ciuium preces fauorabiliter admittendo; cum esset notorium, et nullatenus veniret in dubium, ipsos priuilegiatos extitisse, et absque vlla interrupcione libertate in dictis litteris suis annotata vsos continuo fuisse, benigne concessisset quod petebant. Porro ipsorum ciuium Albensium libertas erat talis: quod in toto Regno suo, nec in aliqua porta confinij tributum alicui soluere compellantur; preterea quicunque hospites ad eos transire, et cum eis conuersari voluerint, ea libertate qua ipsi fruuntur, similiter in perpetuum pociantur; quod si quis tributum ab ipsis violenter extorserit, iram Regie Maiestatis, et rerum suarum dispendium merito sustinebit stb. stb. stb. Quarum quidem litterarum exhicionibus factis stb. (Az itélet, hogy) prout ex tenore predictarum litterarum olim domini Bele Regis pro parte ciuium, hospitum et incolarum Ciuitatum Albensis, Budensis, Pesthiensis et Strigoniensis exhibitarum libertates ipsarum Ciuitatum declarancium dabatur intelligi, longe ante tempora prescripti domini Geyche Regis, temporibus scilicet antelati Sanctissimi Regis Stephani, prout idem Rex Bela litteris suis predictis mediantibus profitebatur, Ciuitates ipse consequenterque populi et hospites, ac ciues et incole earundem ab omni exaccione seu solucione tributaria exemptos fuisse et esse assertiue recitando, huiusmodi libertates et exempciones ipsis Ciuitatibus et earum incolis stb. per predictum Sanctissimum primum Regem Hungarie datas et comessas, per ipsum dominum Belam Regem stb.

diuersis annis tantummodo renouatas extitisse, sicque prenominatus olim dominus Geysa Rex non tributum, cum ab ipsa solucione tributi a tempore Sancti Regis Stephani Ciuitates ipse sint exempte, sed tantummodo censum Danubialem, hoc est naulum in Sythwatew stb. ipsi Ecclesie Nitriensi conferre valuisse stb. (bebizonyíttatván) Rationibus igitur ex predictis ijdem ciues et hospites ac incole Ciuitatum Albensis, Budensis, Pesthiensis et Strigoniensis predictarum, ac eorundem heredes et posteritates vniuersi, sicut prefuerunt ab antiquo, sic nunc et in posterum successiuis semper temporibus, cum cunctis et vniuersis rebus eorum et personis, ab omni et qualicunqe solucione tributorum quorumcumque in quibusuis locis intra ambitum huius Regni vbilibet habitorum, exempti et liberi esse, ad nullamque tributariam solucionem per quoscunque arctari et compelli debere, Nobis, ac Reuerendissimis et Reuerendis in Christo patribus, dominis Petro Archiepiscopo Collocensi, Thome Electo et postulato Agriensis, Summo ac Secretario Cancellario Regie Maiestatis, Oswaldo Zagrabiensis, Dominico Waradiensis, Ladislao Gereb Albensis Transiluane, Sigismundo Quinqueecclesiensis, Nicolao Waciensis, et Luce Chanadiensis Ecclesiarum Episcopis; item Magnificis dominis Comiti Petro Gereb de Wingart Judici Curie Regie, Bartholomeo Dragffy de Belthewk Wayuode Transiluano et Comiti Siculorum, Ladislao de Losonch Thauarnicorum Regalium, Nicolao Banffy de Lyndwa Janitorum Regalium Magistris, Andree de Bathor — — — —, et Jose de Som Comiti Themesiensi ac Summo Capitaneo Parcium Inferiorum, Magistrisque Prothonotarijs, ac ceteris Regni Nobililibus Sedis Nostre Assessoribus perspicue cernebatur stb. sepedictos ciues, hospites et incolas Ciuitatum Budensis, Pesthiensis, Albensis et Strigoniensis, ac eorundem heredes et posteros vniuersos, cum cunctis singulisque ac vniuersis bonis et rebus cuiuscunque maneriei, sed et personis, ab omni tributaria solucione, in locis quorumcunque tributorum intra ambitum huius Regni vbiuis habitorum et exigi solitorum, tam in eundo quam in redeundo, exemptos et saluos, atque liberos et supportatos, nec non in huiusmodi eorum libertatibus et prerogatiuis in sempiternum permansuros foro decernentes pronunciauimus reliquimus et commisimus, immo pro-

nunciamus relinquimus et committimus, authoritate nostra judicaria et justicia mediante stb. Datum Bude predicta quadragesima sexta die octauarum festi Beati Georgij martiris predictarum anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto.

(Ezen jogtörténetileg főfontoásságú okmány eredetije bőrhártyán, vörös-zöld-sárga selyemzsinóron függő pecsét alatt, őriztetik Pozsony sz. k. város levéltárában. Fejérnél annak csak rövid megemlítésére találunk Cod. Dipl. VII. k. 1. r. 107. l.)

3.

Slaba Péter raguzai Prior és Raguza város községe, Szent Kozma és Damián helységet oda határozzák a Lacromai monostornak. 1044.

In nomine Sancte et Unice Trinitatis. Undecimo calendas Martii luna II. indictione XII. Con(sulatu) IIII.; temporibus piissimi Augusti, Constantino scilicet Monomacho una cum domina Theodora piissima Augusta; apud nos vero degente Vitalis Episcopus; Prior quoque Petrus cognominatus Slaba. Ego denique Petrus prefatus Prior cum omnes pariter nobiles et iguobiles mei, tam senes juvenes adolescentuli, quam etiam pueri, securitatem quidem firmam atque inclitam facimus huic Monachus Presbiter Dominicus, tam ei quam et omnes parentes eius, quod huc sit et erit usque in finem seculi. Ex eo igitur, qualiter antecessores nostri tulerunt ei per vim hereditatem Sancti Cosme et Damiani cum domibus, que sunt circa eam, que quondam emerant parentes eius ex quodam vir nomine Balsamus in centum et decem solidis; et miserunt eum per pecuniam Grecorum in puplico, ut fieret pretorium; plus miseri observantes eorum mandata, quam Domini precepta, qui dicit: »Domus mea domus orationis vo-

-cabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum«. Et iterum: »Vacate et videte; quoniam ego sum Deus«. Et illud: »In ecclesia Dei aut orate aut psallite, verba otiosa nolite dicere«. Unde notandum est nobis, fratres carissimi, ut si verba otiosa Dominus in ecclesia sua prohibet dicere, quod leve est; quanto magis nos prohibet in domo sua lupanar facere, quod nimis gravum est. Et si ego tantillus homo nihil volo in domo mea cernere sordidum, sed omnia pulchra ac nitida: quanto magis Deus, qui est Rex Regum et dominus dominantium, vult habere omnia pulchrissima in domo sua? Quapropter timore perterriti, optantesque nos ex antiqui hostis laqueo eripere, rogavimus predictus monachus unanimiter, ut in loco fabrice constituto alterum pretorium — et prefatam hereditatem fiat secundum Domini preceptum amodo et usque in sempiternum liberam, ut decet domum Dei. Et hoc factum est, sicuti prefati sumus, ex consensu omni populo, et domini Petri venerabilis Abbatis, quantis morabatur temporibus in insula, que vocatur Lacrumno, sub cuius regula degebat etiam et ipse monachus. Unde non audeat ei an nullus cuiuslibet homo contradicere, nec successor scilicet noster, nec nobilis noster. Quodsi quis noster sive successor sive nobilis temerare presumpserit, solvereque attemptaverit firmissimo pactui nostro, habeat ille mancip — — — — — io videatur, iram Dei Omnipotentis, Patris Filii et Spiritus Sancti, incurrat, et sanctorum omnium, et a meledictionis vinculo tercentorum et octo (így, helyesebben 318) Patrum insolubiliter denodetur, et in novissimo maranatha cum diabolo et eius tetros ministros, ac Juda Scariothea in Genehe baratrum muneretur, et statuta privilegii redintegrare dupliciter pretio judiciali sententia perdonetur atque convincatur.

Actum est hoc palam testibus corroboratum tempore suprascripto mense Februarii. Et nosmet ipsi scilicet privilegia qui disposuimus facere, elegimus tantos ac tales testes:

Primitus omnium Ego prenominatus Prior testis sum, et hoc est † signum meum.

Signum † manu Stephani Presbiteri filii — — —.

Signum † manu domini Lampridii Presbiteri frater Joannis.

Signum † manu Lampridii Presbiteri filius Joannis Presbiteri.

Signum † manu Ursacii Diaconi.

Signum † manu Triphonii Diaconi.

Signum † manu Petraca Diaconi.

Signum † manu Nicerphoni Diaconi.

Signum † manu Dabri Diaconi.

Signum † manu Cani-albi.

Signum † manu Petri frater Ursani Presbiteri cum filio suo Dobro.

Signum † manu Andree filius Norati Presbiteri.

Signum † manu Mitro-capud.

Signum † manu Joannis filius Sersi.

Signum † manu Aibale.

Signum † manu Peruani — — — Pusei.

Signum † manu Benslemini.

Signum † manu Arebarbi.

Signum † manu Proculi fratris Ursici Diaconi.

Signum † manu Petri filius — — —

Signum † manu Andree filii Marnaci.

Signum † manu Lampridii filius Michatii Monachi.

Signum † manu Zamati.

Signum † manu Ursaci filii Jacobi.

Signum † manu Andree filius Sclepi.

Signum † manu Ingatii cum fratre suo Ursaci filiu Sisinii.

Signum † manu Lampridii filius Bubanni.

Signum † manu Vitalis indigni meritis; peccatorque atque infimi Subdiaconi, qui hanc scripsit paginulam.

(Farlati Dániel, Illyricum Sacrum VI. köt. Velencze 1800. 53. l.)

4.

Granchi zachulmiai bán és Radoszlav szerb király birtokadományai a lacromai monostor számára. 1044—1058.

1) Ego Granchi cum omnibus meis Juppanis et Nobilibus Zachulmie do et stabiliter affirmo Ecclesiam Sancti Panchratii de Babina Palla, que est in Meleta, cum omnibus terris, Monasterio Sancti Benedicti sub his litteris precepto meo inscriptis et signaculo meo sigillatis, quas venerabili Abbati Grobis — — — — ut prefatam Ecclesiam Sancti Pancratii absque omni indetatione obtineant, et ad voluntatem suam in perpetuum possideant. Si quis autem diabolica audacia impedimentum eisdem facere presumpserit, ultionem Dei et iram super se excitet, etiamque Virginis Marie, sanctorumque omnium maledictionem incurrat.

2) Temporibus Vitalis Archiepiscopi, Petri Abbatis, et Dominici Prioris etc. Ego Radoslavus Rex etc. cum uxore mea Julia et filio Branislavo, volo quod construatur Monasterium in Baleni, et detur Monachis Sancti Benedicti de Lacroma etc.

(Farlati Illyricum Sacrum VI. köt. 45. és 46. ll.)

5.

Acuzo az apostoli szék követe alapítványúl adományozott bizonyos helységet tárgyazó itélete, a Szent Chrysogon jadrai monostor számára. 1059.

In Nomine Dei Eterni. Future recordationis memorie litteris notificare satagimus, ut posteris pateat, quod si quis a veritatis tramite exorbitare voluerit, ipsa littera eundem arguat. Notum sit omnibus, quod Petrus venerabilis Abbas Monasterii Sancti Chrysogoni, astans ante conspectum domini Acuzonis Apostolice Sedis Apocrisarii, missi a domino Nicolao Romano Pontifice, conquestus est de quadam cella in honorem Sancti Joannis fundatam, ac posita in insula, que dicitur Silagus, quam Eprobina obtulit Ecclesie Sancti Chrysogoni. Nunc autem infligente diabolo vult eam subtrahere Cenobio Sancti Chrysogoni, ad quod prius devota mente sua sponte contulerat. Tunc Apocrisarius Romane Sedis interrogavit clericos et bonos laicos, si res ita se haberet, quemadmodum Abbas retulerat. Cuncti autem, qui aderant, vera assertione perhibent, Abbatem verum dexisse, et secundum donationem Gorbine Sanctus Chrysognonus omni cum iustitia debet habere et in perpetuum habere. Unde quia dominus Apocrisarius per ministros Dei, scilicet sacerdotes, et clericos, et veridicos laicos, cognovit hoc fore verum; protinus per virgam, quam in manu sua tenebat, investivit prefatum Abbatem de ipsa Ecclesia, ac de omnibus ad eam pertinentibus; tali vero modo, quod absit et advertat Deus, quod si quis ex prefato Monasterio Ecclesiam illam abstrahere voluerit, maledictionem Dei et Sancti Petri Apostolorum Principis et nostram habeat, et cum Juda traditore Domini nostri Jesu Christi damnetur, et cum diabolo et sociis suis concremetur.

Hoc actum est in presentia Laurentii Absarensis Episcopi, a Spalatinis et a cuncto Concilio Archiepiscopi Electi, et Andree quondam Episcopi, ac multorum bonorum homi-

num; et tempore Nicole Prioris et Stratego Civitatis Jadrensis, indictione III.

(Farlati Dániel, Illyricum Sacrum V. köt. Velencze 1775. 45. l.)

6.

Spalato, Trau, Jadra és Tenger-Fehérvár dalmatiai városok fogadást tesznek a velenczei dogenek, hogy normanokat és más idegeneket nem fognak Dalmatiába vezetni. 1072.

In nomine Domini Dei eterni et Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno ab Incarnatione eiusdem millesimo septuagesimo secundo, mensis Februarii die octava, indictione XV. Dalmatie et Croatie. Promittentes promittimus nos Prior Spalatine Civitatis, Judex Stephanus Vitaliza nomine, atque Gaudinus Tribunus, Dominicus Marra, Joannes Peripanno, Petrus filius Dominici, Desa filius Cocini, aliusque Desa, Michael, Stephanus, Nichiforus, Dominicus Drasi, Forminus Salatus, cum universis nostris concivibus majoribus et minoribus; nec non et Prior Tragurine civitatis Vitalis nomine, et Petrus Bela, Georgius Bogoboici, Joannes Chudi, Sabaudicius Archidiaconus, Desa, Andrea, Dominicus cum cunctis nostris concivibus maioribus atque minoribus nostre civitatis; atque Candidus Prior Jaderensis civitatis, et Madius Sega Index, Nichiforus Sellices, Tella, Madius Gallus, Dabro Strincia, Joannes Spatarius, Candidatus, Lampridius, Madinus Martini, Valentinus Speri, Andreas Comerrarii, ac universi nostri concives majores atque minores; atque Prior de Belgrado, Justus Veneticus, Gregorius frater Episcopi, Drago de Crastina, Michael de Utica, Prestantius Petrigna Anastasii, Michael de Diachi Vero, atque omnes concives nostre Civitatis; vobis domino Dominico Silvio Duci Venetie et Dalmatie, ac Imperiali Prothofedro et Seniori nostro, ut ab hac die in antea,

quas nullus nostrum civium audeat adducere Nortmannos aut extraneos in Dalmatiam, aut per se ipsum, vel quovis ingenio. Si quis autem huius sceleris prevaricator inventus fuerit, et se legibus excusare non poterit, amittat vitam suam, et quicquid possidet in hoc seculo, medietatem in Camera Ducis, et medietatem civibus, qua in civitate prevaricator inventus fuerit per Judicem, erga Romanam legem, que in presenti pagina scripta esse videatur in quarto capitulo eiusdem legis: »Quia si quis inimicos infra provinciam invitaverit aut introduxerit, anime sue incurrat periculum, et res eius (inferantur in erarium.)«.

Signum manus Prioris Spalatine Civitatis Stephani Valize, qui hoc rogavit fieri; et successive omnium qui supra nominati.

Ego Laurentius Sancte Salonitane Ecclesie Archiepiscopus ratifico et confirmo.

Ego Forminus Nonensis Episcopus.

Ego Jo(annes) Abbas Sancti Bartholomei.

Ego Prestantius Episcopus Belgradiensis.

Petrus Hencius Sancti Marci Diaconus, et Ducis Venetie Dominici Silvii Capellanus, rogatus a dictis hominibus scripsi et complevi feliciter.

(Ljubics Simon, Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium I. köt. Zágráb 1868. 2. l.)

7.

I. Géza király alapítja a Garam melletti szent-benedeki apátságot. 1075.

Amicis suis Reuerendis Conuentui Ecclesie Zoboriensis Nicolaus de Gara Regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum amiciciam paratam cum honore. Noueretis, quod fra-

ter Nicolaus pro religioso viro domino fratre Cenardo Abbate Ecclesie Beati Benedicti de iuxta Gron stb. in octauis festi Beati Jacobi Apostoli in anno Domini M• quadringentesimo quarto in figura nostri Judicij comparendo contra Sigismundum filium Georgij de Chythnek stb. asserens stb., quod cum prefatus dominus Abbas acceptis Stephano dicto Beerk de Nempty nostro et fratre Petro sacerdote vestro hominibus tercio die festi Beate Margarethe virginis et martiris in dicto anno preteritis ad facies possessionum, in Sosold existencium, videlicet Mend Zenth, Apaty et Lehota vocatarum, ad ipsam Ecclesiam ex donacione domini Geyse Primi, Regis Bele filij pertinencium; item medie partis tributi nunc in villa Ladimera ad Castrum Saaskw pertinentis, quod alias et antea in villa Geledwegh exactum fuisset et reciperetus, vicinis et commetaneis suis vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accessisset, et metas earundem possessionum a tenutis dicti Castri per metas et cursus earundem in tenore instrumenti annotati domini Geyse Regis contentis hocmodo reambulare voluissent; quod incipiendo in fluuio Gron inibi, vbi quidam riuulus, qui dictas possessiones Radmera et Mend Zenth distingeret, in dictum fluuium Gron caderet; et per ipsum riuulum contra cursum suum ad caput eundem diuidere; inde ad caput alterius riuuli Viduchky vocati; abhinc ad caput tercij riuuli Tapla nominati; et exinde per cursum eiusdem fluuij Tupla in dictum fluuium Gron exeundo ibidem terminasset; ibidem eciam medietatem dicti tributi legitime recaptiuando sibi, et cum predicto jure eis attineri possidendas per eosdem nostrum et vestrum homines dictas possessiones relinqui, et partem tributi statui facere intendissent; extunc Andreas Castellanus predicti Castri in persona Sigismundi de Chythnek premissis reambulacioni, recaptiuacioni et statucioni ipsi domino Abbati fiendis contradiccionis velamine obuiasset stb. (az ennek folytán támadt perben Chytneki Zsigmond »in octauis festi Beati Mychaelis Archangeli« Zsigmond királynak 1397-ki privilegiumát mutatta fel) quod quia Georgius de Chytnik Magister Dapiferorum Regalium, et Mychael de eadem frater eiusdem ad requisicionem dicti domini nostri Regis Castrum Sarus vocatum, quod eisdem pro alio Castro suo Hrusso vocato concambialiter contulisset, sibi resig-

nare, ac tria milia et centum florenos auri per centum denarios nouos presentis monete computando Sue Celsitudini numarare curasset; ideo ipse dominus Rex stb. Catrum suum Saaskw vocatum in Comitatu Borsiensi stb. eisdem Magistris Georgio et Mychaeli de Chytnik, ac eorum heredibus jure perpetuo donandum duxisset stb. (a miben 1397. a Garam-melletti szent benedeki konvent által statuáltatott. Az után Zsigmond király egy 1406-ki »in Zalahta feria tercia proxima ante festum Exaltacionis Sancte Crucis« kelt, s »fidelibus suis viro Magnifico domino Nicolao de Gara Regni Hungarie Palatino et Judici Comanorum, vicesque suas in judicatu gerentibus« szólló parancsának folytán »in octauis festi Beati Georgij martiris« törvénynap tartatván) prefatus procurator dicti domini Abbatis in huius documentum, quod predicte possessiones Mendzenth, Apathy et Lehotha in dicto Districto (így) ipsius terre Susohy existentes, nec non medietas tributi nunc in dicta villa Ladmeria exigi consueti eidem domino Abbati de jure pertineant, et a tenutis dicti Castri Saaskw metis sequestrate sint, quasdam litteras domini Karoli olym incliti Regis Hungarie priuilegiales suo duplici sigillo communitas anno Domini millesimo trecentesimo octauo, Regni autem sui anno similiter trigesimo octauo tredecimo kalendas mensis Februarij confectas, habentes in se confirmatiue de verbo ad verbum tenorem litterarum condam domini Andree similiter illustris Regis Hungarie laudande recordacionis anno Dominice Incarnacionis millesimo CC° decimo septimo Regni autem sui anno nono editarum, habencium et continencium in se confirmatiue verbalem seriem litterarum domini Stephani filij Kolomani condam similiter Regis Hungarie beate memorie anno ab Incarnacione Domini millesimo centesime vigesimo quarto Regni autem sui anno nono editarum, habencium et continencium in se vi roboratiua verborum ordinem litterarum Excellentissimi Principis domini Magni, qui et Geysa dictus fuit, similtier Regis Hungarie beate recordacionis, fundatoris dicti Monasterij Sanct Benedicti, super juribus et libertatibus dicto Monasterio Sancti Benedicti anno Domini millesimo septuagesimo quinto confectarum nobis curauit demonstrari, in quarum quidem litterarum tenore ipsius domini Magni seu Geyse Regis inter alia hy articuli habeantur: »Dedi autem in terra

Susaldy in siluis, venacionibus, aquis, piscacionibus et fenetis, cuius terre primus terminus est riuulus Tapla currens in Grana, qui Grana terminus est ascendendo vsque ad riuulum Radmora, insule vero fluuij Gran in partem Sancti Benedicti deueniunt, riuulusautem Radmeri terram Sancti Benedicti diuidit ab alijs; deinde illius riuuli caput, quod in monte Viduzky est signum; preterea — — — — — alterius termini est supradicti amnis caput Tapla; item tributum in tribus villis, scilicet Sozmicha, Gelednuk et Kerezthwr in qualibet earum medietate Regie partis« stb. (Uj határjárás rendeltetik el) Datum Bude tricesimosexto die octauarum festi Beati Georgij martiris anno Domini M° quadringentesimo septimo.

(Ezen okmány eredeti párja papiron, a budai kir. kamarai levéltárban. Az alapító okmány szövege igen számos hibával Fejérnél Cod. Dipl. I. köt. 428. l. A hibák némi kijavítására a fentebbi közlemény nyújt adalékot.)

8.

Belgrád vagyis Tenger-Fehérvár dalmatiai város községének adományozása Evangelista szent János ottani monostora számára. 1076.

Notum sit omnibus fidelibus tam posteris quam presentibus, quia nos Belgradenses divites et inopes, nullo cogente, nullo monente, imo spontanea voluntate, gratia devote intentionis promisimus dare singulis annis decimas nostrarum olivarum Monasterio Sancti Joannis Apostoli et Evangeliste, die videlicet dedicationis eiusdem Ecclesie, quam viri religiosissimi, domnus scilicet Laurentius Spalatensis Archiepiscopus, una cum Appocrisariis Romane Sedis Episcopo Fulcoino, et Gebizone Abbate Sanctorum Bonifacii et Alexii, nec non et Prestantio eiusdem Urbis Episcopo dedicaverant; eisdem etiam donum

supradictum collaudantibus ac firmiter corroborantibus, auctoritate Apostolica intercedentibus, ne umquam ab aliquo presumatur violari. Quod si forte aliquis temerario conatu abnegaverit, iram Superne Maiestatis incurrat, omniumque santorum maledictionem possideat. Et hec donatis acta sancitaque fuit anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi millesimo septuagesimo sexto, indictione vero decima quinta. Et hoc apostolante Gregorio Septimo Papa; apud Grecos Michaele imperante; apud Sclavos Svinimiro regnante; Petro in Monasterio abbatiante; Dominico Justo Belgradi priorante.

(Farlati Illyricum Sacrum IV. köt. 5. l.)

9.

Zvojnimir Dalmatia és Horvátország királyának adománya a spalatoi egyház számára. 1078.

In Dei nomine Amen. Hoc est exemplum cuiusdam priuilegij Regalis muniti appensione cuiusdam sigilli magni rotundi cum cordula sirica crocei et rubei coloris, in quo quidem sigillo sculpta est quedam Regalis imago sedens in trono, habens in manu dextra quemdam lilium baculo superpositum, et in manu sinistra quandam sculturam rotundam, et circumcirca sculpte erant littere cruce premissa sic dicentes REX SVINIMIRVS DALMAT. CROATORVM; cuius quidem priuilegij tenor per omnia talis est:

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. Anno scilicet ab Incarnacione Domini M°LXX°VIII° die XVI. mensis Aprilis indic(tione pri)ma. Ego siquidem Suinimir Chroatorum atque Dalmatinorum Rex, cupiens ardentissime iura et bona Ecclesie glorisissimi martiris domini Anastasij recuperare et ampliare pro posse ob ipsorum martirum reuerenciam, quorum precibus meritis spero ante eterni judicis examen munere

adiuuari, et instantissimam peticionem venerabilis patris mei spiritualis Laurencij Archiepiscopi, et multorum nobilium suorum ciuium de Spalato, meorum dilectorum fidelium, qui vnacum eodem eorum presule mihi grauem querellam exposuerunt, quod propter copiam diffusam animalium ipsorum ciuium et hominum, ac villarum eiusdem Archiepiscopi et Ecclesie sue pasculos sufficientes habere nequibant libere in meo Regali Districtu, eo quod homines et villani vicini villarum Ecclesie memorate molestabant et perturbabant ciues predictos, et homines et villanos ipsius Archiepiscopi pascuis per predictos contra priuilegia donacionum, ac confirmacionem progenitorum meorum, presertim villarum atque terrarum Serennine, Gothe, Cugare, Osic, Debriz, Dlanoze, Vallari et Cremene, que posite sunt infra montes Massari, nec non villarum et terrarum Sancti Georgii de Putale, Cosize, Lizanij, Ostrogh, Biach, cum toto — — — — cione castri Albone, Radosich et Smine, que site sunt circha montes, in montibus et sub montibus Dubraue, ac eciam villarum, et terrarum Stolez in Cetina, Suduschize in Cleuna, Ecclesiarum S — — — — — Sancti Stephani — — — — Sancti Petri de Clobucez, et aliarum villarum et terrarum memorate Ecclesie Spalatensis, quas quidem villas atque terras et Ecclesias cum omnibus suis pertinencijs et — — -- — — suorum donauerunt Ecclesie Spalatensi, et Ego confirmaui et confirmo tibi Archiepiscopo, tuisque successoribus, et Ecclesie prenotate, ac ex noua donacione concedo in perpetuum. Et adeo volo ac donacione perpetua, quod tu, et successores hominesque tui, et villani villarum et dictarum terrarum, ac eciam ciues tui Spalatenses habeant potestatem et libertatem pascendi et adaquandi vestra cuncta animalia in Districtu meo in pasculis, locis contiguis ac vicinis villarum et terrarum predicte Ecclesie Spalatensis sine contradiccione vel dacione alicuius persone; et presertim in Bossigline meo Regali territorio absque decimacione seu collecta aliqua, preter decimas, quas per omnia loca prenotata ex mea concessione et meorum antecessorum colligere debeant integre et exigere idem Archiepiscopus et sui successores sine contradiccione temporibus perpetuis; ita tamen, quod predicta omnia tu et tui successores, et Ecclesia Spalatensis possideant pacifice et quiete. Siquis vero huic do-

nacioni et confirmationi mee oontrarius extiterit, contrarium habeat Trinum et Vnum Deum, et malediccionem trecentorum octodecim Patrum, et aliorum Sanctorum incurrat; et cum Juda proditore dampnetur eterno suplicio; atque sexaginta libras auri persoluat et componat, quarum medietas Regali inferatur Fisco, altera autem pro thesauro prefate Ecclesie Spalatensis. Acta sunt hec ante noticiam horum testium; videlicet Gregorij venerabilis Episcopi Chroatorum, Johannis Abbatis Cenobij Sancti Bartholomei, Addani Zuppani, Stresegne Brebestici, Desimiri Corbaustici, Dominici Jandrensis Sacerdotis, et Stephani — — — — Sancti Nicolai, et aliorum multorum; in quorum omnium testimonium et memoriam perpetuam presentis priuilegij paginam mei sigilli caracteris appensione feci muniri.

Gerardus Notarius Archiepiscopalis subscripsi.

Lucanus Primicerius Spalatensis subscripsi.

Johannes de Ancona Notarius Communis Spalati subscripsi.

(Farlati, Illyricum Sacrum III. 148. l. Lucius, Memorie Storiche di Trau, Velencze 1674. 217. l. Ezen okmánynak hitelessége sokaktól kétségbe vonatik; a mennyiben mindazáltal a Spalatoi káptalan levéltárában őrzött kézirat a XIV. század első feléből való, feltétlenül, főkép geographiai tekintetben, teljes méltatásunkat megérdemli.)

10.

Dobrion apátnak végrendelete Spalatoban. 1078. körül.

In nomine Eterni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Ego Dobrion indignus Abbas egro corpore, mente tamen adhuc sana vegetaque, post multa pericula et calamitates, quas meis delictis acceptas fero, cum mihi tandem Divina misericordia id concesserit, quod summopere precatus sum, et de consilio

amicorum onus ad perniciem anime mee susceptum deposuerim, eaque demum omnia perfecerim, que multo antea effici prestarique oportebat; nunc mihi ac rebus meis consulere statui pro eo, ac lex Divina ac regula Sancti Benedicti prescribit in hoc cenobis Sancti Stephani, inter cuius alumnos ego quamvis indignus annumeror. Itaque res omnes abdico, que vel nostre sunt, vel nostre videri possunt, vel nobis commisse fuerunt, quasque a majoribus nostris accepi, tum a Paullo Archiepiscopo, tum a Dabra matre mea adoptiva. Item renuncio Ecclesie Sancte Marie de Palude, et omnibus eius appendicibus, ceterisque omnibus rebus, que vel nostre videntur esse, vel ad nos quoquo modo pertinent, mobilibus pariter et immobilibus. Que omnia in jus potestatemque transfero eiusdem Monasterii, ut arbitratu suo illis in perpetuum utatur, habendo, possidendo, permutando. Si quis vero nostrorum consanguineorum diabolico instinctu impulsus huic nostre donationi adversari audeat, subsit indignationi Unius ac Trini Dei, ac anathemati trecentorum et duòdeviginti Sanctorum Patrum.

Huic donationi testes adfuerunt: venerabilis Laurentiùs Archiepiscopus, Gregorius Episcopus, dominus Benedictus Abbas, Petrus Archidiaconus, dominus Urso Abbas, Joannes Sacellarius, Petrus Presbyter et Cardinalis, Prior Traguriensis, dominus Petrus Bela, Joannes Presbyter, et dominus Petrus Decanus.

Ego vero Theodorus Presbyter scripsi et testis adfui.

(Farlati Illyricum Sacrum III. köt. 153. l.)

11.

Zerni Péter spalatoi lakosnak adománya szent Péter monostora számára ugyanott. 1080.

In Christi nomine Amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo octauo decimo (helyesebben 1080.), indictione nona; temporibus quoque domini Laurentii venerabilis Archiepiscopi Sedis Spalatine, domini Suinimir; Regis Croatorum, nec non Volize Prioris — — — — — — Petrus Cerni, qui et Gumay filius, una cum con(jug)e mea domina Anna dedimus Monasterio Sancti Petri omnes nostras terras, quas habemus in loco vocato Campo, incipiendo a muro in inferiori versus mare recta linea, et sicut currit littus usque ad Perolde, et usque ad ripam superiorem, et recta sicut currit ripa versus torrentem usque ad pedem montis po — — — — — longe et versus mare, sicut currit ripa, et inde ad — — — rum pristinum. Et hij fierunt testes Bogdan Rac, Dragonego Ric, Vikay setnico et alii.

Et ego Dobrona hoc breve breve (igy) scripsi iussu Prebimirii Vicarii Regis.

(Carrara Ferencz, Archivio Capitolare di Spalato, Spalato 1844. 68. l.)

12.

Szent László király a veszprémi egyház birtokát összeiratja és megerősíti. 1082.

A Fejér Codex Diplomaticusa I. kötetének 448. s köv. és VI. kötetének 2. r. 350. s köv. lapjain közölt okmány szövege Véghelyi Dezső által régi átiratok szerint javítva; a Hazai Okmánytár vagyis Codex Diplomaticus Patrius IV. köt. Győrött 1867. 1. s. k. ll.)

13.

Álmos korában, kire szent László magyar király Horvátországnak kormányát bízta, Jadra város bíróságának itélete. 1091.

Anno Incarnacionis Jesu Christi Domini nostri MXCI. Kyri Alexio Constantinopoleos imperante, tempore quo Uladislaus Pannoniorum Rex, Cratie invadens Regnum, domnum Almum suum nepotem in illo statuit Regem; Jaderensi vero Cathedre domno Andrea venerabiliter presulante; meque Drago domini Prestantii Episcopi nepote iam tertio priorante. Accidit, ut in primo anno mee tertie recuperationis, coram nobis ac prefato Episcopo, aliisque quampluribus oriretur querimonia domne Vekenege filie Ciche; que viri sui videlicet Dobroslavi thorum custodiens, viginti annis Deo devota monastico utebatur habitu; quam Petrus socer suus domni Dabri, verbis suorum deceptus propinquorum, suo exhereditarat verbo, filiumque suum, quem quadam Sclavuncula natum habebat, moriens totius sue hereditatis fecerat heredem. Hanc

autem monachali irretitam vinculo, que illum alimentis indumentisque foverat continue, quod veris probatur assertionibus, expertem suorum fieri jusserat; dicens, filio mortuo, huic nurui quasi mortue nil deberi dari. Quem etiam jam dictus Dobroslavus filius ejus, paterna motus pietate, sue consensu conjugis Veke, quam futuram noverat monacham, eadem notificante, moriendo sue illum proprietatis fecerat participem, par boum sibi tribuens cum suis culturis, aureosque nastales, quin etiam suam vineam. Nempe neminem estimans illi compotizari hereditati, sua pretermissa conjuge; quippe nondum ipse pater alia utebatur uxore. Unde factum est, utrisque coram nobis litigantibus, ipsamet domina Veka cum sua matre aliisque propinquis, et ex alia parte Madio electo, ejusque fratre Petrina, nec non Zanizo Mezichirne filio, quamplaribus aliis conjicientibus; demum jussu Presulis episcopali, quo sedebamus, egressi palatio, ibidem cisternam ingredientes cum jam dicto Episcopo et Joanne judicatore, aliis nobilibus, ducto in medium utrorumque certamine, quid hinc rei exitus doceret, perscutari cepimus. Quod more antiquorum dijudicare volentes, ut ipsa sua frueretur parte, velut si vivus adesset, cujus karitate se monastice dederat perfectioni; sed huic rei contrariantibus hoc displicuit, seque archiepiscopali velle obedire judicio conclamabant. Quibus et illa una nobiscum assentiens, sepissime invitavit, ut ad suum cum ea irent propositum; qui sub unius anni judiciis nobis cernentibus centies exlamati ire renuerunt. Quos nos hoc modo definivimus in primis anni illius, attributo sibi Tribuno Trunzano Malopere filio, partis domus et vinee heredem eam fecimus; ut vel sic Spalatum, prout expetierant, cum ea proficiscerentur. Quibus et ex hoc inducie a mense Julio usque in Natalem Domini largite sunt; sed procaciter resistentes, et se hinc subtraxere. Quapropter Ego Dragus Prior, commune servans sacramentum, neminem volens ab aliquo vim sustinere, cum jam nominato Episcopo aliisque nobilibus ad domum illius pergentes, que sita est in quadrivio Sancti Petri, legali hoc definientes judicio, sub episcopali vinculato precepto, illam plenam habere partem jussimus, ipsique nos illis domum partientes monach — — — — — occidentalem partem domus dedimus; duasque ulnas, et eo amplius medi-

etatis domus propter maritum, illam consentire voluimus, infantulo.

Hec ego Majus Archidiaconus, quia his omnibus interfui, et ut a memoratis Presulibus mihi injunctum est, fideliter veraciterque scripsi, et post tradita coram his testibus lecta est, et sigillo dicti Prioris signata. Joannes judicator, Vitaza testis, Micha testis, Desinna testis, Madio Zelle testis, Budinellus testis, Madius gener Zelle Prestantii testis, Pruona testis, Grubue filius G — — — testis, Neup — — — — testis, Dolmaldus testis, et alii quamplures collaudantes et confirmantes.

Quoniam quod a minoribus legaliter diffinitum est judicibus, a majoribus, si oportet, debeat confirmari: Corroboro Ego L(aurentius) Salonitane Sedis Archiepiscopus, et laudo hoc judicium a tanto honestissimo viro domino Jaderano Priore cum suis nobilibus jam datum; in ecclesiasticis enim et mundialibus sancitum habetur legibus, ne quelibet persona in sua arrogantia erecta, contra judicia semsl data, conqueratur iterum in sua male visa querimonia. In libello quidem, quem Vekenega filia Cich, a prelibato Priore datum, et ab Archidiacono M. scriptum, ad meam contulit laudationem, juste et canonice cognovi finitum. Quis namque arrogans exhereditare auderet hanc viduam ab hereditate mariti sui, dum non solum ejus lectum sic nobiliter, utpote cognoscimus, observavit, ac inter viduas, quas laudat Apostolus Paulus, se ad certamen et ad premium utique, assumpto earundem habitu, projectoque cum suis sarcinis mundo, contulit. Unde hec ordinata, sicut superius, confirmo, et immo laudo, et sub ligamine anathematis, et Niceni Concilii vinculo quemque pono, qui hoc nitetur infringere et delere. Hanc vero sigillo Sancti Domnii cartulum jussi signari, ut contra omnes permaneat conquestores in sua stabilitate firma. In hac laudatione Andreas Episcopus Jadere, et D. ejusdem Civitates Prior testes.

(Farlati Illyricum Sacrum V. köt. 51. l.)

14.

Szent László magyar király a báthai monostornak több pusztát és birtokot adományozván, ezek közt Narad birtok határait körül írja. 1093.

(A gr. Zichy-család Okmánytára I. köt. Pest 1871. 1. l. Nagy Imre.)

15.

Sz. László magyar király alapítja a zágrábi püspökséget. 1094.

(Tkalcsics Iván Ker. Monumenta historica Episcopatus Zagrabiensis 1. köt. Zágráb 1873. 1. l. V. ö. Fejér Cod. Dipl. I. köt. 484. l.)

16.

Dávid herczeg a tihanyi apátságnak földet és halászhelyeket adományoz. 1095. körül.

(A Fejér Codex Diplomaticusának I. kötetében 487. l. közölt okmány szövege ifj. Kubinyi Ferencz által a »Monumenta Graphica Medii Aevi« fasc. III. tab. 4. szerint javítva, a Monumenta Hungariae Hist. vagyis Magyar Történelmi Emlékek I. kötetében, Pest 1867. 1. l.)

17.

Kálmán magyar király I. Michieli Vital velenczei dogehozi viszonyának tárgyában. 1096—1102.

Colomanus Divina favente ac gubernante clementia Ungarorum Rex Vitali Michaeli strenuissimo Venetorum Duci, suisque Optimatibus salutem, amicitiasque perpetuas. Cum scriptura quotidie clamet dicens, viam non esse deserendam: mirum est super his, qui aliam existimant fore capiendam. Quapropter vobis litteras has studemus referentes, nos vestras, sicuti antecessores nostri inter se habuerunt, amicitias cupere sempiternas. Verum quando nec litteris nec legato vestris, uti petiveratis, respondimus petitionibus, ideo vero minime arbitrari oportet, hoc fastu dolove fecisse; sed ob commodum atque utilitatem, nec non indeficientem unamquamque stabilitatem distulisse; fati nanque scemus, hoc firmum minus stare, si sine totius Regni consilio factum esset. Quare nunc vobis, quod quesiveratis, firmius totius Regni voluntate non solum litteris, verum etiam proprio legato effectum curamus reddere. Vestra igitur, vestrorumque Procerum noscat prudentia: Nos nostrumque Regnum, vestro, vestrorumque amore indissolubili vinculo recte desiderare. Unde quia cuncta que dicere cupimus, scribere oblegenas fastidium nequimus: idcirco talem studemus mandare nuncium, verbo cujus non detratctetis adhibere auditum atque studium; sed ut nostris perpetuis non dubitetis obtemperare vocibus. Attamen pauca etiam litteris insinuare laboramus. Volumus equidem ob stabilitatis firmamentum inter nos atque vos, nostros vestrosque majores, merum fieri sacramentum, qui commune habere ac facere, cum necessarium fuerit, vicissim valeamus augumentum. Firmius enim constat magisque perpetuum, quod undique unitur firmissimo ligamento, quam quod debiliore subnictetur fundamento. Et que recte mandamus ad perfectam exequutionem communi voto sincere omni nixu animi aminiculante pontentia dicere valea-

mus et laboraremus; preterea indefectibiles grates, nostrosque nuncios semper non honorifice tractavistis tamquam sagaciter, omne consilium exhibuistis. Quod idem vero honorificentius atque sagacius huic nostro legato, uti nobismet ipsi(s) exhibere petimus. Quippe vera dilectio non voce solum, sed etiam opere ostenditur. Amicus namque in necessitate probatur.

Convenientia amicitie, que facta est inter Regem Ungarorum ac Ducem Venetorum:

Ego Colomanus Ungarorum Rex per memet ipsum et per meos omnes, tecum Vitalis Michael Venetie, Dalmatie, Chroatie Dux, et cunctis omnibus (Optimatibus) veram et firmam amicitiam atque concordiam ab hoc die in antea obtinebo, et te ac tuos, et cunctas Civitates subiectas Ducatui tuo, et omnia castella ac loca subdita et obedientia potestati tue, per me et per meos conservabo, et nullo modo inquietabo. Et si aliquis ex meis aliquem vestrum foris fecerit aut offenderit, ac incognitum fuerit, infra dies triginta emendabo. Hec omnia per sacramentum sunt confirmata ac confederata equali conditione ab utraque parte.

Sed tamen quia in Principibus meis et sensibus dubium videtur, utrum Ducem te Chroatie atque Dalmatie nominaverim; volo, immo desidero, pro servanda, sicut statutum est, amicitia, ut a te et tuis, et a me et meis, ita omne prius de medio ambiguum auferatur, ut in quocunque casu tibi per antecessores tuos, et per meos certa comprobatione justa fuerit, alter alteri nullatenus adversemur.

(Ljubics Simon, Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium I. köt. Zágráb 1868. 5. l. Gyűjteményünk I. kötetének 43. és 44. ll. Czech János hátrahagyott kézirataiból ezen okmánynak csak töredékeit közöltük.)

18.

Kálmán király menyegzője Buzilla Rogero, a siciliai normanok grófjának leányával. 1097.

Ad laudem Omnipotentis Dei et vtilitatem legencium Ego frater Simon de Leontino, Regis Friderici confessor, Magister, Cappellanus Regie Cappelle, stando in Chifalu in anno Domini M°CCC°L°VIII° in la quadragesima mi misi in cori di incomenzari la conquesta di Sicilia facta per li Normandi, la quale era scritta in grammatica oscura et grossa, et mali si potia intendiri secondo lo mio poco sapiri la volsi translatari in nostra lingua volgare stb.

Lu Re di Vngaria (t. i. Kálmán) audendu la fama di questu gloriosu principi di lu Conti Ruggeri, li mandau soi missaggi, et mandauli a dire, che illo voliae prindere per muglieri a sua figlia volinteri, et apparentari con isso. Lu Conti fu multo contentu, et richippi li missaggi con grandi honuri, et accioche non fossi ingannatu per livari ogni falzia, li mandau a dire con missaggi insembli con li soi, che mandasse persuni de authoritati, et di grandi lignazzio, et a cui si diggia dari fidi per confirmari lu matrimonio. Lo Re di Vngaria, chi era avido di prindiri quista donna, et di apparentari con si, li mandau lu episcopo di Genua (?, talán Geurio) Arduyno, et lo conti Tumasi, li quali happero plena authoritati di confirmari lu matrimonio, como che fussi la sua propria persuna. Quisti missaggi venendu alu conti, mandau altri soi messaggi per fina a Scavonia (Szlavonia) a li principi di quelli paesi, soi amici. Et illi con questi soi missaggi prindissiro tal sacramento, et iuramento de quistu matrimonio da parte di lo Re di Vngaria, lo ficheri volinteri, et mandauchi uno suo duca, lu quali havia nome Alum (Almus) con multi altri principi et di non minori dignitati, et fu facto lo giuramento sollemni, et torniando li missaggi di lo conti bene primiati lo conti informato beni dali soi, et illo amplamenti primiauali missaggi di lo Re di

ngaria, et remandauli arreri, et mandauli a dire, che quan-li placissi, mandassi per la do nna sua cita (zita). Et nello an-o del Signore M°LXXXXIII° *) lo conti happi apparuchiato gni cosa nelo misi di Mayo, et per lo Episopo di Liocastro con icento huomini di cavallu et altri soi fideli amici fichia ac-compagnari a questa Busilla in Palermo, et in Palermo foru met-ti la donna supra la navi con tutti li soi doti, et con tutta questa genti, et ficiro vila in mari. Et con bono et prospero ventu na-vigandu vinuiro alu portu di Alba (Tenger-Fehérvár), lu quali ra dila juridictione dilo Re di Vngaria. Et illoco gia era venuto Conti Mercurio da parte dilo Re di Vngaria con milli huo-mini di cavallu per ascontrari la donna. Et rechipendu la donna honoratamenti con tutta quilla genti chi era in sua cum-pagnia si la minau per fina a lo Re. Per tutto lo Regno foru bandiati questi noczi; lo Re et ogni huomo curria et venia con grandi doni et presenti da ogni parti in grandi multitudi-ni di genti ali noczi di lo Re per vidiri la cita. Et lo gior-no ordinato et determinato, in presentia multi Episcopi, Archi-episcopi et altri Prelati di diversi nationi et ordini, li doti dilla citella in publico foru assignati. Lu Re con la Regina foru sposati secondo la fidi catolica in campo in li pavigluini. Perchi tanta era la multitudini dila genti, che li casi non bas-tavano intro dila terra; ma foru facti di fora dila terra con tutto lo mangiari grandi. Compliti chi foru li noczi secunda la dignitati reali, lu Re tinni alcuni giorni li missaggi con si, con lo Episcopo di Liocastro. Et poichi a tutti happi meritamenti regalato et dati grandi doni et presenti, li licentiau che s' in-di andassiro.

(Óváry Lipót közleményc Nápolyból a Biblioteca Nazionale kézira-taiból, Sala dei manoscritti Istorie e Croniche di Sicilia V. G. 29. a 161. sk. ll. V. ö. Muratori, Scriptores Rerum Italicarum V. köt 599. l.)

*) A historiai kritika az évszámot 1097-re állapította meg.

19.

Trau város községe hódol a velenczei doge mint byzanczi császári protosevastornak. 1097.

In nomine Domini Dei eterni. In anno ab Incarnatione eiusdem millesimo nonagesimo septimo, mense Madii, indictione quinta Tragurii. Quoniam sub tantorum dominorum regimine nos degere, atque sub eorundem evigilata cura atque assidua tutela nos persistere congruum atque tutissimum satis esse cognovimus: iccirco nos Joannes Dei gracia Traguriensis Episcopus cum nostris successoribus, una cum Drago Priore, et Petro Bela, cum cunctis nostris concivibus majoribus et minoribus, cum nostris heredibus, promittimus vobis domino nostro Vitali Michaeli Duci Venetie et Dalmatie atque Croacie et Imperiali Prothosevastori, ut ammodo sine vestro volontario concensu — — — — — — — —

(Ljubics Simon, Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium. I. köt. 4. l.)

20.

IV. Anasztáz pápa helybenhagyja Henrik római aldiakón és pápai követnek Raguzában tett intézkedéseit. 1153.

Anastasius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri A. Archiepiscopo, et dilectis filiis P. Comiti, et universo Clero et populo Raguseorum salutem et Apostolicam benedictionem etc. (Eos hic commendat propter exhibitam He-

o S. R. E. Subdiacono et Legato Pontificio honorem, atque aestitam eius mandatis praeceptisque Pontificis nomine detis obedientiam.) Et quoniam longum est omnia, que vobis eenda sunt, presenti abbreviationi committere, depositionis interdicti sententiam in quosdam fratrum nostrorum Episcoporum, pro eo quod vocati ad Concilium eius accedere ntempserunt, auctoritate nostra prolatam a nobis noveritis tam haberi; depositionis in Tristinensem (Drivastensem) et lichinensem, interdicti vero in Catharinensem. Excommutionis quoque sententiam, quam in Catharinensem Comi promulgavit, ratam habemus, et donec Episcopum suum lesie vestre, sicut debet, obedire permittat, ab universitate tra precipimus observari. Ad hec devotionis etc. Datum erani VIII. Kalendas Januarii.

(Farlati Illyricum Sacrum VI. köt. 65. l.)

21.

I. István király hű szolgáját Dekét nemesi rangra emeli és öllös helység felső részével adományozza meg. 1161—1173.

Stephanus piissimus Rex Hungarie, filius pie recordanis Regis Geyse. Notum sit vniuersis Christi fidelibus tam esentibus quam futuris presens scriptum intuentibus salu in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum ie intendimus peruenire, quod Dekem famulum nobilitate aui, et in aula nostre Maiestatis assiduitate famulari contui. Cui eciam Regali et dono possessionem condonaui, ticulam terre vduornicorum meorum in superiorem partem e Sceuleus vocate, quam ab vduornicis meis excepi, eidem ke contuli perpetue possidendam, filijs suis et filijs filio eius irreuocabiliter habendam, in hys metis assignatam; licet prima meta eiusdem particule terre ab orientali

parte est fluuius, quod dicitur Halagus; a parte meridiona limi foramen, et quod wlgo dicitur Vidamaia; a parte occi dentali magna via, et quod wlgo dicitur Chebegepue; a sen tino vsque ad Zatalusmartel definiui. Vt igitur hec mee coll cionis et donacionis robur perpetue firmitatis obtineat, i presencia meorum nobilium et Baronum, scilicet Stepha Mo(r)ysene Sedis Episcopi, Macharij QuinqueEcclesiens Episcopi, Ompudini Bani, Laurencij Curialis Comitis, Rube Comitis, Fulcumar Curialis Comitis domine Regine; Alb Comitis Dapiferorum; per Becen Notarium scribi et per Ca pelle Magistrum Vidonem sigillari precepi. Si quis autem huic mee ordinacioni et donacioni contradicere voluerit, vel a eodem in suorum heredibus manu violenta attemptare cum nerit, anatema sit. Volumus eciam, vt idem Dekem ac ei heredem nullus Baro aut Comes judicare presumat, nisi judi cio proprio Regali subiaceat, vel cui a Rege concessum fu rit judicare. Anno ab Incarnacione Domini millesimo XXI

(A keresztesek székesfehérvári konventjének 1364. »in festo Be Thome Apostoli« »Bekus filius Lorandi et Demetrius filius Michael nobilis de Nove« kérésére kelt átiratából. Az évszám hibás. A bud kir. kamarai levéltárban.)

22.

IV. István király megerősíti Belus bánnak itéletét, mely ált a zágrábi egyháznak a Dubrovai birtok és erdő visszaadat 1163.

(Tkalcsics, Monumenta hist. Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 2. la V. ö. Fejér Codex Dipl. II. köt. 165. l.)

23.

A Frangepán család Vegla sziget birtokában. 1163.

In nomine domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Domini millesimo centesimo (sexagesimo tertio), tertio mensis Augusti, indictione XIma. Quanto queque maioris negotii esse probantur: tanto propensiori studio debent per scripturam memorie annotari, ne decursus temporum tollat, quod innocentia et bone opinionis intentio efficere studuit. Quapropter nos quidem Vitalis Michael (II.), Dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Croatie Dux, cum Judicibus et Electis Sapientibus atque totius populi collaudatione seu confirmatione utilitati Venetiarum et saluti diligenter consulentes, Comitatum Veglensem, post discessum Comitis Doimi vacantem, ordinare decrevimus ad honorem et profectum Comunis Venetiarum. Et quoniam te Bartholomeum, atque Guidonem fratrem tuum filium predicti Comitis Doimi, tales fore novimus, qui Comitatum Veglensem prudenter regere atque tueri potestis: idcirco ipsum Comitatum, et totam insulam vobis ambobus fratribus tempore vite vestre damus, concedimus atque transactamus, et illi de vobis qui supervixerit tali modo et pacto, quali predictus pater vester habuit tempore predecessorum nostrorum bone memorie Ducum, videlicet Dominici Michaelis, Petri Polani, Dominici Mauroceni, et tempore nostro per nostrum privilegium confirmatum, cum omnibus redditibus, sicut pater vester habuit, ut omnia integra et illibata habeatis, et potestative cuncta vendicatis vobis, preter barchas Veglensium, quas nolumus ut oneretis, neque asinos vel iumenta illorum volumus ut per vim auferatis, canistrum quoque uvarum per vineas illorum non tollatis. Ista quatuor omnino prohibemus ne faciatis. Cetera sicut diximus licenter habeatis sine contradictione et sine omni diminutione. Angarias nostras quotiens opus fuerit, sicut tempore predictorum Ducum et nostro, Veglenses communiter faciant. Legatos nostros excipietis et hono-

rabiliter cum propriis vestris exponsis illos procurabitis, sine civium vestrorum requisitione. Singulis vero annis in festo Sancti Michaelis pro ipso Comitatu et insula atque redditibus illorum trecentos quinquaginta Romanatos nostro Comuni persolvere debetis. Insuper etiam ipsam insulam ab omnibus inimicis Venetie sine nostro adiutorio sine fraude defendere debeatis, exceptis coronatis personis et illorum exercitu, si verum constiterit, quod super ipsa n insulam veniant. Hec omnia nobis observare debeatis aut ambo simul, aut alter de vobis qui supervixerit. Nos vero cuncta vobis integra et illibata cum nostris successoribus conservare sine diminitione debemus, conservantibus nobis ea, que superius dicta sunt, et que continebuntur in promissione charte quam proinde nobis facturi estis. Quod si non observaverimus vobis cuncta eo modo ut superius legitur, tunc cum nostris successoribus vobis et vestris heredibus emendare debeamus auri obrizi libras decem; et hec concessionis charta in sua permaneat firmitate. Ut nostra tamen regalia per omnia sint salva ad veniendum in nostram potestatem.

Ego Vitalis Michael Dei gratia Dux manu mea subscripsi.
Ego Sebastianus Ziani Judex m. m. s.
Ego Aurio Mastropetro Judex m. m. s.
Ego Vitalis Dandulo Judex m. m. s.
Ego Joannes Navigaioso m. m. s
Ego Ananias Quirinus m. m. s.
Ego Leonardus Fradelo m. m. s.
Ego Philippus Julianus m. m. s.
Ego Petrus Vilioni m. m. s.
Ego Raynerio Batiauro m. m. s.
Ego Marinus Michael m. m. s.
Ego Engelpetro Maurocenus m. m. s.
Ego Craton Dandulo m. m. s.
Ego Dominicus Celso m. m. s.
Ego Ocho Jantani m. m. s.
Ego Amadeo Pollani m. m. s.
Ego Marcus Da Canale m. m. s.
Ego Stefanus Mazamanus m. m. s.
Ego Jacobus Contarenus m. m. s.
Ego Marcus Aurio m. m. s.

Ego Dominicus Barozi m. m. s.
Ego Dominicus Sanudo m. m. s.
Ego Andreas Geno m. m. s.
Ego Petrus Faletrus m. m. s.
Ego Joannes Pantaleo m. m. s.
Ego Dominicus Concoreoni m. m. s.
Ego Petrus Barozi m. m. s.
Ego Petrus Carosus m. m. s.
Ego Joannes Regini m. m. s.
Ego Vitalis Michael m. m. s.
Ego Bonoflio Enlongo m. m. s.
Ego Andreas Dontodero m. m. s.
Ego Tribunus Bonrozi m. m. s.
Ego Vitalis Basilio m. m. s.
Ego Henricus Navigaioso m. m. s.
Ego Joannes Cornario m. m. s.
Ego Joannes Dandulo m. m. s.
Ego Henricus Dauro m. m. s.
Ego Petrus Antolinus m. m. s.
Ego Marcus Ledi m. m. s.
Ego Matheus Cabriel m. m. s.
Ego Pangratius Vitaliano m. m. s.
Ego Jacobus Basilio m. m. s.
Ego Petrus Boldu m. m. s.
Ego Michael Barzegeso m. m. s.
Ego Vitalis Gradenigo m. m. s.
Ego Andreas Boldu m. m. s.

Ego Dominicus Venerius Diaconus et Notarius complevi et roboravi.

Ego Jacobus Lambadus Sancte Sophie Plebanus presbiter et Notarius, sicut vidi in matre, ita testor in filia.

Ego Petrus Michael Judex vidi in matre, testis sum in filia.

(Ljubics, Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium, I. köt. 6. l.)

24.

III. István király atyja és saját lelke üdveért a mechesi Szent-Margit monostor részére sóvám-alapítványt tesz. 1165.

(A gróf Zichy-család Okmánytára I. köt. 2. l. Nagy Iván. V. ö. Fejér Cod. Dipl.)

25.

III. Sándor pápa Minaeus segnai püspököt inti, hogy a spalatoi érsek mint metropolitánusának legyen alávetve. 1169.

Alexander servus servorum Dei venerabili fratri Mireo Episcopo (Segniensi) salutem et Apostolicam benedictionem Significavit nobis venerabilis frater noster G. Spalatensis Archiepiscopus, Apostolice Sedis Legatus, quod cum sibi sis metropolitico jure subiectus, ipsum debita obedientia et subiectione fraudare presumas. Quia igitur non decet te, nec nos possumus aliqualiter tolerare, quod prefatus Archiepiscopus, qui tam ferventer et precipua nobis est affectione mentis adstrictus, honoris vel dignitatis sue quamlibet diminutionem sustineat : fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Archiepiscopo Metropolitano tuo, quemadmodum predecessores tui suis consueverunt antecessoribus obedire, contradictione et appellatione sublata, debitam obedientiam et reverentiam promittas, et humiliter ac devote persolvas ; ita quod adversum te propter hoc iterata querela merito ad auditum Sedis Apostolice perferri non possit. Sane si te predicto Archiepiscopo rebellem amodo, vel minus obedientem

esse conceperimus, coutumaciam et presumptionem tuam graviter auctore Domino puniemus; quod pena tua subditis erit exemplum, Prelatis suis obedientiam prestandi. Datum Beneventi tertio kalendas Februarii.

(Farlati Illyricum Sacrum IV. köt. 118. l.)

26.

Ragusa dalmatiai és Pisa olaszhoni tengeri városok közti békekötés. 1169.

In nomine Jesu Christi veri Dei Eterni Amen. Ego Albertus Pisanorum Consul et Marcus et Burgundius Judex, similiter Legati, constituimus et ordinamus tam pro nobis quam toto populo Civitatis nostre Pisane firmam et illibatam pacem vobis Consulibus Ragusii Vitali et Lucaro et Lampridio et Felicio et Michatio et Dabraslavo et universo populo supradicte Civitatis Ragusii tali modo; ut quicumque Raguseus nostris in partibus vel in nostro Districto devenerit, tam ipse quam et omnes res eius salve sint et sicure, et a nullo nostratum violentiam aut damnum patiatur. Si vero aliis in partibus qualibuscumque aliquis Raguseus ab aliquo Pisano invenietur, nullum ab eo damnum in persona sua vel in rebus suis Raguseus patiatur, nec erit in consilio vel facto aliquis Pisanorum qualicumque in parte utut a quoquam damnietatem in persona aut rebus suis habeat. Si vero contigerit aliquem Pisanorum aliquam iniustitiam alicui Raguseo facere, infra triginta dies rationem ac iustitiam plenam coram Vicecomitibus vel Consulibus vel Prelatis nostris in regimine, in qua iniustitiam passus est, consequatur. Sin autem in regione illa nullum prepositum habuerimus, a nauclerio navis, que ibi inventa fuerit, iustitiam similiter habeat. Sed si nauclerius nullus ibi aderit, aliquis vel aliqui Pisanorum bonorum hominum

qui illic intus erunt, ad hoc eligantur, ut Raguseo coram eis Pisanus rationem faciat. Hec autem pax in perpetuum a nobis custodietur et observabitur, salva tamen fidelitate domini nostri Imperatoris Federici. Hanc autem pacem, utut prescriptum est, sc firmam et illibatam custodire Marcius Vicecomes noster Constantinopolitanus nobis predictis legatis consentienibus iuravit. Statuimus etiam: ut nullus Raguseus nostris in partibus vel in nostro Districto aliquem comercium vel aliquam directuram pro qualicumque sua merce alicui persone private vel publice tribuat. Hanc autem pacem in unoquoque anno a novis Vicecomitibus nostris Constantinopolitanis iurare faciemus. Hoc actum est Ragusio in palatio Archiepiscopi prescripte Civitatis. Anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo LXVIIII., indictione secunda, III. decimo die mensis Madii. Coram testibus: Stephano, Vito, Cerno, Valentino, Nicolao, civibus Ragusii, et coram Panchatio Camerario nostro, et Enrigo Pandulfi, Gualfredo Rabic, Giraldo Buchie, Vgolino Petridentis, civibus Pisanis. Hanc vero pacem quam vobiscum constituimus, et, ut suprascriptum est, confirmavimus, eandem et cum Johanne Comite Spalati et omnibus Spalatinis similiter constituimus et confirmamus.

(Ljubics, **Monumenta** spectantia historiam Slavorum **Meridionalium** I. köt. 10. l.)

27.

III. Béla királynak Zelina és Novi helységeket tárgyazó adománya a zágrábi egyház számára. 1175.

(Tkalcsics, Monumenta historica Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 6. l. V. ö. Fejér Cod. Dipl. II. 188. l.)

28.

III. Béla király visszaadja a zágrábi egyháznak Toplissa helységet, mely töle jogtalanúl elvétetett. 1181.

Quoniam diuturnitate temporum sepius obliteratur memoria; et quod pie devotionis geritur officio, post paucos admodum dies ingrata celat oblivio. Idcirco que tam a nostra Regia Maiestate et munifiencia, quam ab illustribus viris, sive quibuscumquue Dei fidelibus sub nostra potestate degentibus, Dei Ecclesiis sunt collata, Regia auctoritate firmare et privilegiis perpetuare proposui. Notum igitur sit omnibus tam modernis quam future vite successoribus, quod ego Bela tercius Dei gratia Rex, secundi Geysse Regis filius, cum Albe sollempnes Sancti Stephani Regis agerem dies, Zagrabienses Canonici de sua inopia et iniuriis sibi illatis conquesti sunt. Ego vero Ecclesiam Dei sublevare desiderans non adterere, lacrimosam eorum querimoniam in presencia quam plurium Regni mei Principum ascultavi et causam discussi. Propositum est enim a supradictis Canonicis, quod Alexius quondam Banus pro anima filii sui, eo tempore ex hoc seculo decedentis, predium quoddam, Toplissa nomine, Ecclesie Zagrabiensi cum omnibus sibi pertinentiis tradidisset. Quod postea quidam Beléé nomine, Comes de Garestin, tempore avi mei Regis Bele secundi violenter subripuisset, et idem postmodum Mothmer eius heres et successor fecisset; et quia Regnum Vngarie, sicut peccatis exigentibus sepius fieri solet, erat in disturbatione, prenominati Canonici supersederunt questioni, tempus expectantes oportunum. Ad ultimum vero nostri Regni tempore ante nostram Excellentiam Albe contra Mothmerum de prefato predio querimoniam deposuerunt. Ego vero, veritate undique circumspecta, per adtestationem virorum nobilium veritatem rei et iusticiam iam dictorum Canonicorum cognoscens prenominatum predium per consilium et assensum Principum Ecclesie Zagrabiensi reddidi, dato advocato Dionisio

Bano. Meta vero predicti predii tendit usque ad rivulum Globossa, et dividitur cum meta Sumsey, deinde tendit superius ad montem Wolcmerij, ibi protenditur in longum in dorso montis et descendit in vallem per nasum eiusdem montis, et inde recto tramite ascendit ad montem alium ubi est via, et de via descenditur et ascendit ad tercium montem, et per montem itur et certis metis descendit et ascendit ad magnum montem ad viam, ubi iungitur cum Garastiensibus, et per viam illam itur in magnam viam, per quam descendit ad aquam Bigne et iungitur Zagrabiensibus. Et ne hoc nostrum institutum annosa aboleat vetustas, vel iniquorum pervertere valeat sagacitas, privilegium per Notarium meum Wasca inscribi feci, et Regali sigillo et annulli mei inpressione roboravi. Quod si quis violare temptaverit, ut Regie institutionis reus et Ecclesie violator penam luat et rebus suis mul(c)tatus excommunicationis subbeat sententiam. Factum est autem hoc privilegium anno Dominice Incarnationis MCLXXXI. Regnante gloriosissimo Rege Bela III. Luca Strigoniensi Archiepiscopo existente, Johanne Besprimiensi Episcopo, Prodano Zagrabiensi Episcopo, Farcasio Palatino Comite, Cumpurdino Curiali Comite, Dionisio Bano, Bot Albensi Comite, et aliis pluribus Regni eiusdem Principibus existentibus.

(Tkalcsics, **Monumenta historica Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 4. l.**)

29.

Egyezkedés Raguza és Cattaro városok közt. 1181.

In anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo octogessimo primo, indictione quinta decima, vigesimo die mensis Septembris, in Ragusio. Comes Triphon Dominator Catari, veniens Ragusium cum Dabro et Jotze de Dabro, Dolla de Sazeuezo, Blasio de Fancello, Euticio de Poto ad pacem

firmam in eternum tenendam, hec statuerunt ex parte tocius Catari cum Wascono et tota Communitate Ragusina : ut quicumque Raguseus vel Catarinus crediderit sua, primum videat cui credat; et dum crediderit super alium, non valeat tenere se nisi super debitore suo. Ut pignora non sint intra Ragusium et Catarum; et quicumque Raguseus vel Catarinus iusticiam quesierit cum carta de Communi Civitatis, vadat ad querendam iustitiam, et rediens ad Civitatem suam, cartam adducat de Communitate Civitatis, de injusto, ut justicia, quod fuerit perpessus, cum carta vadat et cum carta redeat. Nulli credatur nisi cartam habuerit de Communitate Civitatis.

(Ljubics, Monum. sp. hist. Slav. Merid. I. köt. 11. l.)

30.

III. Béla királynak adománya a nyitrai egyház számára. 1183.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Que racionabili pietatis studio Sacrosanctis Ecclesijs conferuntur, ut memorie posterorum tenaciter inhereant, et inuiolata permaneant, prouida statuit antiquitas ea priuilegiorum firmitate perpetuari. Quapropter Ego Bela tercius Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crowacie Rameque Rex notum facio cunctis Christi fidelibus tam modernis quam posteris, quod pie memorie pater meus Rex Geysa de tributo fori Nitriensis ducentas pensas, sicut in priuilegio ipsius continetur, hospitali domui eiusdem loci, annuatim persoluendas contulerat. Postmodum ego paterne deuocionis ac pietatis imitator, paupertati Ecclesie Nitriensis pie compaciens, terciam partem eiusdem tributi pontis Narhyd, et pontis qui est uersus Zubur, et telonei de Turz annexa est, cum bilotis forensibus, quorum maior est

Nitriensis, qui et pro se et pro alijs respondere tenetur, eidem Ecclesie ex integro concessi; vt ubicunque Comiti, uel Comitisse, uel Curiali Comiti, uel cuicunque qualecunque tributum quandocunque in memoratis locis colligitur, predicta pars tercia ab homine Episcopi integre accipiatur, et hec Ecclesia perpetuo possideat. Preterea tres naues saliferas ea libertate, quam habent naues Monasterij de Bisra in emendo et deferendo sale, siue Orodini, siue in Ciggedin seruari placuerit, Nitriensi Ecclesie concessi, et ad preces Episcopi, si potuerit naues habere sufficientes, quod tribus vijs deduci debet, ut una via deducatur, ex Regia liberalitate adieci. Quicunque uero huic dono nostro, siue de tributis, siue de sale, contrarius extiterit, et quod ad salutem anime mee dedi in aliquo diminuere temptauerit, iram Dei Omnipotentis, et Sanctorum eius, quorum ius mutilare conatur, incurrat, et auctoritate Regali in viginti marcis argenti purissimi puniatur. Vt autem huius mee donacionis pagina in perpetuum uigeat, eam meo sigillo raborari p̄cepi. Anno Incarnacionis Dominice millesimo C°LXXX°III°. Nicolao Strigoniensi Archiepiscopo, Petro Agriensi, Johanne Wezprimiensi, Mycudino Gewriensi, Job Waciensi, Euerardo Nytriensi Episcopis; Farcasio Palatino Comite, Dyonisio maritimas partes et Bachiensem Comitatum gubernante; Thoma Albensi, Esau Bychariensi, Johanne Posoniensi, Samodyno Nytriensi Comitibus. Calanus uero Regis Cancellarius hanc cartam annotauit.

(Az esztergami káptalannak 1226-ki átiratából, mint alább.)

31.

Békekötés Raguza dalmatiai és Rovigno istriai városok közt.
1188.

Nos hominibus de Rubinio facimus rescriptum de renovatione pacis, quod fuit inter nos et hominibus Ragusii. Ego Bertaldus Gastaldio filius Siponi, et Johannes filius Somini, Scandole et Johannes de Antonio, et Peusu filius Dominicus Cavalero, Dominicus Galiodo Talliavento, filius Johannis Sigilfredo, Cesarius filius Vitalo. Isti homines iuraverunt firmam pacem in perpetuum cum hominibus Ragusii. Anno Domini millesimo centesimo octogesimo octavo, indictione sexta, octava die intrante mense Octubris, firmatum est hoc capitulare. Ego Diaconus Marinus, et Comunis Notarius Ragusii exemplavi precurrente anno Domini M. C. nonagessiexemplavi precurrente anno Domini M. C. nonagessimo mensis Februarii, die Sancti Blasi.

(Ljubics, Monum. sp. hist. Slav. Merid. I. köt. 14. l.)

32.

Egyezkedés Raguza város és Miroszlav comes közt. 1190.

† In Christi nomine, anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo, mensis Junii die XVII intrante. Salutationibus et locutionibus domini Comitis Miroslaui per nuncios suos Maurum Jupanum directis, hec est Raguseorum responsio : In primis uidelicet, si fortuna ei accidente

Ragusium intrare uoluerit, promittimus sine fraude salue illum recipere ad nostrum posse, et res illius, et homines eius, ut nostras personas dum in Ciuitate nostra steterit, nullo eidem iustitia faciendo. Et si contrarium ex proditione Ciuitatis aduenerit, consiliando insimul Comes Geruasius cum Nobilibus suis, similiter et Comes Miroslauus cum Nobilibus suis permittimus portare ipsum sine fraude cum rebus et hominibus suis quo uoluerit cum suo dexpendio, sicut et inter nos consuetudinem habemus. Et si redire ad ciuitatem nostram uoluerit: ad posse nostrum promittimus illum cum rebus et hominibus suis sine fraude recipere. Tamen ut nunc ipse iustitiam faciat Raguseis sine fraude, electis ex utraque parte judicibus, ante quorum presentiam iustitia secundum antiquorum mores finiatur. Et si facere illam nunc non potuerit, cum redierit, in terra sua facturus sit illam. Et hoc promittimus fideliter implere, saluo sacramento domini nostri Regis Tancred, et juramento pacis, defendere illum ab omnibus sine fraude et malo ingenio. Sic nos Deus adiuuet et hec sancta IIII evangelia. Ego Ger(uasius) Comes Ragusii in hoc ordine juro et omnes sequentes idem jurant. Vitalis Bodatie, Slabba Lucari Judex, Dersimirus Judex, Lucarus Pudisii, Lucarus Comitis Njcolay, Petrus Deperdi, Michatius Uicarius, Petrus Bubanne, Michael Goyslaui, Vitalis Uulpis, Michael eius nepos, Grosius Goyslaui, Teodorus Destilu, Archidiconus Marinus, Johannes Manaue, Dimitrius Rosini, Simon Stephani, Teodorus Domane, Vitus Lampri, P.zinagus Berisne, Ursus Bani, Sauinus Bonde, Marinus Derasti, Laurentius Pisiui, Teodorus Caputassi, Dubrisius Mathei, Johannes Gondole, Felix Traualle, Pauersenus Pesane, Michael Chunni, Stepi Demacca, Tesscius Derigina, Priasni Berisne, Petrus Derasti, Michatius Bersecii, Michael Manguini, Georgius Clementis, Johannes Ursacii, Michael Bontii, Johannes Petracce, Lampredius Uitalis, Vrsus Balli, Andreas Pauli, Michael Ursane, Petrus Domane, Marinus Grobe, Vitana Bitii, Laurentius Auelini, Margatia Bocini, Binzola Ualentini, Sergius Bladimiri, Sauinus Mazole, Germanus Michatii, Johannes Calepi, Teodorus Luce, Georgius Bacinoli, Duesius Uetris, Michatius Furaterre, Domane Platti.

Omnes homines, qui sacramentum hoc supradictum sine fraude et malo ingenio firme non tenuerint, Dei et Sanctorum

òmnium incurrant maledictionem, et cum diobolo in perpetuò inferno mancipentur et damnentur. Omnibus hec jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi in perpetuum amen.

† Quod scriptum ego Diaconus Marinus et Ragusii Communis Notarius plena in Curia Raguseorum residente Bernardo Archiepiscopo et Geruasio Comite cum Nobilibus et populo cuncto jussione cunctorum scripsi, compleui et roborani.

Ego Comes Miroslauus, sicut Comes Geruasius cum suis Nobilibus mihi jurauit, idem et ego illis juro, secundum supradictum capitulare recta fide et sine fraude perpetuo manutenere.

КРЬСТЬ	КНЄ
ЗѦМИ	РОСЬ
ЛѦ	ЅѦ· ⁝ ·

(Eredetie bőrhártyán a bécsi császári titkos levéltárban.)

33.

A pécsi káptalannak bizonyságlevele a Kan nemzetségbeli Siklósi Simon fiai közti birtokosztályról. 1191.

A B C

Farchasius Quinqueecclesiensis Prepositus totumque eiusdem loci Capitulum presens scriptum cernentibus salutem in Domino. Vniuersitati vestre presenti cedula innotescat, quod ad peticionem Comitis Buchk et Jule, filiorum Symonis de Suklos de genere Kan unum ex nobis, Magistrum Petrum Concanonicum nostrum (ad) ordinacionem seu diuisionem, quam inter se habere intendebant, transmisimus. Qui postmodum idem homo noster vna cum Comite Buchk et Jula fra-

tre suo in nostri presencia personaliter constituti, propositum exstitit et relatum, quod omnes possessiones eorum hereditarias presente homine nostro taliter diuisissent, quod medietas ville Suklos a parte septemtrionali cessisset in ius et proprietatem cum suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis Comiti Buchk, maiori filio Symonis supradicto; a parte vero meridionali remansisset Jule fratri suo antedicto. In Belkuz due ville Scuranfolua et Ztro uocate cum suis pertinencijs et vtilitatibus; item medietas duarum villarum Lok et Azarias a parte septemtrionali similiter cessisset in ius et proprietatem Comiti Buchk sepedicto; e conuerso ibidem in Belkuz due wille Kemus et villa Zapcha cum suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis; item medietas duarum villarum predictarum Lok et Azarias a parte meridionali cessisset et remansisset Comiti Jule prelibato. Nos autem ad peticionem predictorum litteras presentes conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum per manus Magistri Petri Lectoris Quinqueecclesiensis, anno gracie M° C° nonagesimo primo mense Marcio. Jurcone Cantore, Teodore Custode, Wencezlao Decano ceterisque quam pluribus ibidem existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, az egykor sárga selyemzsinóron függő pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

34.

II. Béla királynak Modrus horvátországi vármegyét tárgyazó adományа Frangepán Bertalan számára. 1193.

In nomine Sanctissime Trinitatis et Indiuidue Vnitatis. Bela Dei gracie Hungarie, Dalmacie, Croacie Rameque Rex. Quoniam fidelitas suscipit incrementum, quum merces fidelitatis digna retribucione compensatur, dignum ducimus illis Regie munificencie manum copiosius aperire, quos longeue

fidelitatis experiencia et exhibicio deuocionis continua gracie nostre reddit commendatos. Attendentes itaque oculo benigniore sinceritatem ac deuocionem dilecti et fidelis nostri Comitis Bartholomei, totam terram pertinentem ad Comitatum Modrus, cum pertinencijs et totis reditibus, ei et heredibus suis iure hereditario contulimus perpetuis temporibus possidendam. Tali paccionis interuentu: quod prenominatus Comes in exercitu Serenitatis Nostre infra limites Regni nostri cum decem loricis in compensacionem suscepti beneficij nobis assistat; extra Regnum vero cum quatuor loricis nobis seruiat; tamen tali tempore citatus veniat, in quo exercitus Croacie ex precepto Regio vniuersaliter ad exercitum fuerit conuocatus. Sub hac quoque condicionis forma includere decreuimus, quod si iam dictus Comes absque prole ingrederetur viam carnis vniuerse, vnus ex filijs fratrum ipsius eodem pacto conuencionis nostre obseruato sub Nostre Serenitatis dominio terram tranquille possideat et quiete. De cetero volumus, et Regia auctoritate decreuimus, quod omnes homines in terra illa nullo Judicio astare teneantur, nisi tempore, dum scilicet Banus in ea terra fuerit, quamdiu presens fuerit, iudicandi habeat potestatem; sed alias eos determinare non faciat. Verum tamen, si Dominus eorum, de hominibus suis aduersarijs eorum iusticiam facere noluerit, et querela ante Banum peruenerit, pro hominibus suis in solo tali casu ante Banum teneantur respondere. Si autem sepe dictus Comes cum tot loricis, quot in conuencione suscepit se exhibiturum, ad exercitum nostrum non venerit, et constiterit Serenitati Nostre, per pigriciam, aut incuriam et negligenciam suam factum esse, ad proximum sequentem exercitum duplicatis loricis accedat; vel quot loricis defecit, in alio exercitu totidem recompenset. Vt ergo huius nostre donacionis pagina perpetue firmitatis robur obtineat, et quod nulli liceat, eidem donacioni quicquam subtrahere aut minuere, ymaginis nostre in aurea bulla impressione fecimus communiri. Datum per manus Catapani Albensis Prepositi Hungarie Cancellarij anno Incarnacionis Domini millesimo centesimo nonagesimo tercio. Venerabili Job Strigoniensi Archiepiscopo existente, Saulo Colocensi Archiepiscopo, Kalano Quinqueecclesiensi Episcopo et eodem Dalmacie et Croacie Gubernatore, Crispino Chana-

diensi Episcopo, Dominico Zagrabiensi Episcopo. Mog Palatino eodem et Comite Wachiensi, Dominico Curiali Comite et eodem Budrugensi, Andrea Comite de Suprun, Wog Comite de Wychor, Fulcone Comite de Wasuar, Mathana Comite de Zounuk.

(Zsigmond királynak 1393-ki megerősítő privilegiumából, a budai kir. kamarai levéltárban. Számos hibával kiadva Fejérnél C od. Dip. II. köt. 292. lap.)

35.

Kalán pécsi püspök s Dalmatia és Horvátország kormányzójának Krapina, Okich és Podgoria tizedeit tárgyazó adománya a zágrábi egyház számára. 1193.

(Tkalcsics, Monum. histor. Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 5. lap. V. ö. Fejér Cod. Dipl. II. köt. 294. l.)

36.

Kalán pécsi püspök s dalmatiai és horvátországi kormányzónak Kamenic helységet tárgyazó itéletlevele a zágrábi egyház számára. 1193. körül.

Calanus Dei gracia Quinqueecclesiensis Episcopus Palle atus et totius Dalmatie atque Chroatie Gubernator. Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint salutem in eo, qui est vera salus. Quamvis bonorum posteritas prio-

rum suorum bona exempla imitari, doctrinam quoque opere propensius studeat adimplere, tamen quia quorumdam modernorum ad bonum pigra ad malum vero prona subtilitas predecessorum suorum iusta iudicia subvertere et bonos actus sinistra interpretatione molitur extingvere, dilectioni vestre duximus intimandum, quod procuracionis nostre tempore inter duos civiles, scilicet Descislou et Drassa, et Dominicum venerabilem Zagrabiensis Ecclesie Episcopum pro terra cuiusdam predii, nomine Kemenic, orta est dissensio. Requirentibus enim predictis civilibus terram illam in pesencia nostra, Episcopo quoque non eorum sed suam esse asserente, nos causam ordine canonico decidentes duobus Canonicis atque Archidiaconis Zagrabiensis Ecclesie, scilicet Barano et Timporio, tribusque Curialibus Comitibus scilicet: Tiwa de Wasca, Michaeli de Domburou, Martino de Kemenic super hoc, quod non civilium sed Episcopi terra esset, sacramentum indiximus. Accepto vero ab eis sacramento, predium illud scilicet Kemenic, a duabus viis coniunctis usque ad rivulum ubi habet metam terre, deinde ultra montem usque ad fluvium, nomine Rogozice, deinde usque ad alium fluvium, cui nomen Bogoce, a Bogocea autem per montem, qui Trabs appellatur usque ad caput unius vallis, que dicitur Jasconovina, Zagrabiensi Episcopo per manus duorum pristaldorum nostrorum, scilicet Ysani Curialis Comitis de Kris et Bonci, assignavimus. Ut igitur huius iuste examinacionis sentencia perpetue stabilitatis robore fulciatur, litteras super hoc testimoniales sigilli nostri munimine insignivimus. Volentes et precipientes, ne quis huic canonice observationi ausu temerario presumat contraire; si quis autem facere attemptaverit, anime sue periculum et dignam Dei ulcionum vindictam se noverit incursurum.

(Tkalcsis, Monum. histor. Zagrab. I. köt. 6. l.)

37.

III. Béla királynak a Borcha és Pel nevü javaknak birtokcseréjét tárgyazó privilegiuma Domokos bán számára. 1194.

In nomine Sancte Triuitatis et Indiuidue Unitatis. Bela secundi Geysce Regis filius, Hungarorum Rex Dei gracia, omnibus in Christo pie uiuentibus salutem in Domino. Cum inter cetera genera uirtutum sinceritatis meritum primum sit et precipuum; in uita rationi consonum extitit, ut hii, qui in sue deuotionis exibitione fidelitatis constantiam inuiolabiliter tenere studuerunt, largius in sui remuneratione recipiant stipendium. Sane igitur uniuersorum noticie duximus intimandum, quod cum quandam terram nomine Borcha de nostro dilecto cognato, scilicet de Dominico Bano, que fuit hereditaria, benigne receperimus, quam nostris exploratoribus assignauimus; pro eadem terra quandam aliam terram in concambium nomine Pel a iurisdiccione Castri Borsod exemptam, tam sibi quam suis heredibus iure perpetuo contulimus, et per nostrum fidelem Barrabam de Tawarnuc nostro supradicto dilecto cognato Dominico Bano libere ac pacifice perpetuantes confirmauimus possidendam. Cuius terre prima meta incipit ab aqua Woyos suren, et procedit ad rubeum, qui est in medio prato; exinde tendit ad Weguhomoc, quod est Scecu; deinde progreditur ad uiam Durugma; unde tendit ad sepulchrum Beque; exinde procedit ad stagnum Foloard; inde uero uadit ad metam — — — — — — ad minus predium, quod dicitur Chous; inde autem tendit ad aructeu ad priorem homoc; exinde procedit ad aructeu, et ibi est meta; inde tendit ad montem Dongou; deinde procedit ad salicem fin — — — — — degu; inde uero ad Tyciam, et inde iungitur priori loco. Vt igitur hec Regie donacionis facti concambii series irrefragabili stabilitate perduret in posterum, nec uicissitudinibus temporum occasione possit a sui fortitudine destitui, presentem paginam Regie Mayestatis sigillo fecimus insigniri.

Datum per manus Magistri Kathapani Albensis Prepositi aule Regie Cancellarii anno Dominici Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo quarto. Venerabili Job Strigoniensi Archiepiscopo existente; Saulo Colocensi Archiepiscopo, Petro Agriensi, Calano Quinqueecclesiensi, Bolezlao Waciensi, Ebrardo Nytriensi Episcopis existentibus; Moth Palatino Comite, Dominico Bano, Ysou Curiali Comite, Andrea Comite de Suprun, Mychaele Comite de Turunsun, Lamperto Comite Nytriensi, Petro Comite de Poson, et aliis quam plurimis Comitatus tenentibus.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

38.

Domokos bán alapítja a kedhelyi vagyis borsmonostrai apátságot. 1194.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod Ego Dominicus Banus ex permissione ac licencia domini Pape, et per consilium ac consensum Regis Bele, consencientibus ac simul dantibus uxore mea et filio meo, Abbati H. et fratribus Sancte Crucis sub iureiurando dedi VIII predia mea, cum omnibus reditibus et pertinencijs suis in perpetuum possidenda; quatenus crucem, quam susceperam, et viam quam ad sepulcrum Domini pergere debueram, reciperent a me, et cenobium Ordinis ipsorum construerent in honore Gloriose semper Uirginis Marie. Promisi me eciam daturum in opus monasterij CCC marcas argenti, boues C, uaccas L, oues mille, X mansiones seruorum. Sunt autem hec nomina prediorum que contuli, Meynhart, Babaduri, in quo construi cenobium decreui, et in eo sepeliri, Prezno, Mychsa, Zaka, Vkas, Baran, Dag. Que omnia integre cum vineis, molendinis, pratis, siluis, aquis,

terris cultis et incultis, Abbati et fratribus, ibidem Deo seruientibus perpetualiter libere possidendum contuli. Igitur ne aliquis unquam hominum post obitum meum, siue uxor mea, siue filius meus, uel aliquis de cognatis nostris hanc donacionem meam minuere vel infringera audeat, sigilli mei confirmacione statuj roborare.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levélban. Sok hibával kiadva Fejérnél Cod. Dipl. II. köt. 299. l.; v. ö. V. k. 1. r. 289. l.)

39.

III. Béla királynak ezen alapítványt megerősítő privilegiuma. 1195.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Bela secundi Geyse Regis filius, Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chrouacie, Rameque Rex in perpetuum. Regie dignitatis nostre Celsitudini expedibile dinoscitur, quamuis circa multiplices rerum uarietates animum exercere teneatur; diligenciorem tamen intencionem et promtiorem diligenciam in hys studeat adhibere, in quibus principaliter anime remedio consulitur, et pie peticionum uotis salubriter prouidetur. Nouerit igitur tam presens etas quam futura posteritas, quod cum dilectus ac fidelis Baro noster Dominicus Banus de remedio anime sue cogitans cenobium quoddam in confinio nostri Regni iuxta Theothoniam ponere uoluisset, primum fratres de Abbacia Sancte Crucis et tocius Conuentus sibi poposcit, qui die noctuque Domino famulantes in oracione alacriter persisterent. Abbas uero cum suis, ut viri discreti, fratres sibi denegauerunt, donec cognouissent, unde totus Conuentus stare potuisset, ad nostram presenciam accedentes; nobis presentibus Dominicus Banus ordinauit, ut septem uillas eis statueret, quas e

statuit, scilicet uillam Meynhart, Myhse, Parasno, Hukec, Boron, Soaka atque Dag. Ita tamen, quod defuncto ipso heres suus de illis uillis unam sibi eligeret, ut cum illuc venerit, ceteri populi Ecclesie non molestarentur, sed in propria sua uilla ospitaretur. Insuper XX mancipes seruorum cum centum bobus, et centum uaccis, atque mille ouibus, nec non trecentas libras ad edificacionem monasterij. Ipsi uero benigne receperunt, totum laborem super se assumentes, ut anno tercio transacto perfectum monasterium sibi ostenderent; et si quid super adderet, propria uoluntate, non aliquo cogente daret uel faceret. Vna nos pariter rogauerunt, ut seriem ordinacionis litteris nostris corroboraremus. Nos uero pijs peticionibus ipsorum condescendentes, litteras nostras presentes sigilli nostri munimine roboratas, tam propter Ecclesiam, quam superhabundantem maliciam secularem eis perreximus modum huius ordinis perpetuantes. Datum per manus Magistri Cathapani Albensis Prepositi, Aule Regie Cancellarij anno ab Incarnacione Domini millesimo centesimo nonagesimo quinto. Venerabili Job Strigoniensi Archiepiscopo existente, Saulo Colocensi Archiepiscopo presidente, Petro Agriensi Episcopo, Calano Quinqueecclesiensi Episcopo, Bolezlao Vaciensi Episcopo, Eurardo Nitriensi Episcopo, Dominico Bano, Esau Curiali Comite, Andrea Comite de Suprun, Mychaele Comite de Trenchyn, Lamperto Comite Nitriensi, Petro Comite de Poson.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett, a budai királyi kamarai levéltárban. Sok hibával kiadva Fejérnél Cod. Dipl. II. köt. 300. l.)

Ugyanaz XV. századi német fordításban.

In dem Namen der heiligen Dreiualtikait vnd vngetaylten aynikait. Bela des anderen Kunig Geysa sun von gotz gnaden zw Hvngern, Dalmacien, Croacien vnd Rame kunig ewikleich. Kunigleicher wirdikait Vnserer Hochwirt bechannt easichtig zesein, wie wol er doch pey menniger ding wandelbertikait sein gemuet schuldig ist ze vben, doch fleissigerensrin vnd berayteren fleiz schol er in den dingen darczu tuen,

in welchen da fürnams geraten wirt haylbertikait der sel vnd guetigem gelub der gepet haylsamikleich fargesechen wirt. Darvmb wizs geleich gegenburtigs alter, als künfftigs geslecht, so wenn der lieb vnd trew vnser Graf Dominicus Ban von dem Hayl seiner sel wegen gedacht hat ze pawen ain klaster, vnd in vnsers Reichs ent pey den Dewtschen legen hat wellen; hat er von ersten gefordert von dem Abbt von dem heyligem krewz vnd dem Conuent daselbs brueder die da tag vnd nacht got dienten vnd trostleich in yeren gepeten beliben. Aber der Abt mit den seyn als beschayden mannen versagten Im die brueder als lang hincz sew kanten, von wen oder wavon der gancz Conuent mochten besten; sint komen zw vnsrer gegenbirtikait vnd vnszegegenbart Dominicus der Ban hat geordiniret, daz er in wolt geben siben dorffer, vnd Ins auch geben hat. Daz ist daz dorff Menestorff, Strobelstorff, Prossing, Munichhof, Barastorf, Purczelstorff vnd Dag. In solcher mozs daz sò er styrb, sein erben Im ain dorf aws den erwellet, daz so er da hin kam, die anderen volk der kirchen icht vmbtrib oder betruebet, sünder daz er in seinem aygem dorff herberg behielt. Vber daz hat er in geben czwainczig dienstknecht, mit hundert Ochsen, vnd hundert kuen, tausent schof vnd drewhundert phunt pfenning zu des klasters paw. Si habent awch gelymphikleich genomen vber sich alle arbeit also daz sy an dem dritten — — — — — — — — — — daz er das tet aws aygem willen an kaynes — —. Da von habent sy vns mit einander gepeten,. das wir dy brieff der ordinierung mit vnseren brifen besterkten. Des yeren gueten gepeten verhengen vnser gegenburtig brieff mit vnsers Sigill beczaychnucz besterkt geleich durch der kirchen willen als auch vberflussiger der welt poshait wegen ingeraicbt haben die da den model der ordnung ewigen. Geben durch die hendt Mayster Cathapan Probst ze Weyssenburkch des kuniglichen sal Kanczler seyt Christ gepurd im ayndliffhurdystem vnd funf vnd newnczigistem iar. So der ersam her Job in Strigonia Ertzpuschof ist gewesen, vnd her Sawl des Gloczer Ertzpystumb stul in gehabt hat. So auch her Peter pyschoff zw Agria, Calanus zw fünffkirchen, Woleslaus Vaciner, Ewrardus Nitriner Pischofen sind gewesen. Vnd so awch Dominicus Ban, Esaw Hofgraf, Andre Graf ze Odenbürg,

Michel graf ze trintschin, Lamprecht graf ze Nitria, Peter Graf ze Prespurk Grafen sind gewesen.

(A papírra írt példány a budai kir. kamarai levéltárban. V. 6. Fejér Cod. Dipl. V. k. 1. r. 291. l.)

40.

III. Béla királynak Zund helység határszabályozását tárgyazó intézkedése. 1173—1196.

Capitulum Chasmensis Ecclesie stb. quod Magister Petrus filius Nicolai filij Myke de Rauen — — exhibuit nobis quasdam litteras priuilegiales olym domini Bele Dei gracia tercij Regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. secundi Geyse Regis filij domini nostri factum eiusdem possessionis Zund nuncupate tangentes stb.; quarum metarum tenor sic incipitur: Secunda terra est in Parrochia Baach Zund nomine, cuius mete sic ordinantur. Prima meta est iuxta Danubium in loco qui dicitur Vireui sub ecclesia Sancti Regis de Erdend; vnde uadit superius per Danubium usque illum locum, ubi Draua intrat Danubium; et inde adhuc superius inter Drauam et Danubium protenditur usque ad Tulreu; et inde reuertitur per Danubium ad locum, vbi Losiudnna deriuatur a Danubio; deinde iuxta Losyuduna descendit usque ad Kelifuka; vnde vadens per arundineta transit per mediam piscinam Keley, et inde protenditur ad locum, ubi Bozyafuka cadit in Wios, qui fluit subter villam Hysmaelitarum de Opus; de Bozyasfoka vero vadit ad locum qui dicitur Farkasagazto, vbi est meta; deinde ad viam, que vadit iuxta Bozyastou ad villam Sancti Gregorij, vbi omnia arundineta et piscine pertinent ad Machariam Comitem, terre uero arabiles ad Ecclesiam Sancti Gregorij; deinde per idem arundinetum uadit versus meridiem usque ad Schamul, ubi est meta, que separat terras San-

cti Gregorij a Maccharie Comitis; deinde per insulam Schamul vadit versus orientem per metas usque ad metam Fyzeg, et tenet metas cum Fyzeg, donec perueniatur ad terram Monasterij Sancti Philippi, iuxta quam per metas vadit ad metas terre Cheyzy, cum qua eundo per metas peruenit usque ad terras vduornicorum; et cum illa vadit per metas fere usque ad locum fori Mychaelis; et cum terra Mychaelis per metas eleuatas usque ad Wososkerequi; vnde flectitur ad occidentem ad magnam viam, que ducit ad Baach; et inde vergens versus septemtrionem vadit per aliquot metas; vnde reflectitur ad occidentem per metas eleuatas usque ad nogaruc; unde protenditur ad terram ville Tauarnicorum que vocatur Pila; et tenens metas cum terra tauarnicorum iuxta quandam siluam vadit ad vnam fossatam, et per fossatam usque pratum; et ultra pratum cum terra Petcu et Porbosclou protenditur usque ad Kenderez, ubi est meta sub arbore; et ab illo loco in terra piscatorum Bachyensis Castri uadit per metas usque ad rippam Wyos, et ibi est meta iuxta villam piscatorum; inde transiens ultra Wyos tendit usque ad Holazfenyr directe versus ecclesiam Herdeud, et ibi peruenit ad priorem locum qui dicitur Vireui. De tota vero terra illa metata Monasterium de Pauli habet terram ad duo aratra cum arundinetis, et silua, et terra arabili stb. Datum secundo die festi Beati Nicolai confessoris anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto.

(Eredetie bőrhártyán, a függő pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

41.

Endre Dalmatia, Horvátország és Zachulmia herczege a zágrábi püspöknek es egyháznak ad törvénykezési szabadságot.
1198.

Andreas Dei gracia Dalmacie, Croacie, Hulmeque Dux, secundi Bele Regis filius, venerabili in Christo patri Dominico, eadem gracia Episcopo Zagrabiensi, (salutem) in perpetuum. Justis petencium desideriis nos facile prebere decet assensum, et ea, que a racionis tramite non exorbitant, effectu prosequente complere. Justis igitur postulacionibus tuis grato concurrentes assensu, hanc populo tuo et Ecclesie Zagrabiensi conferimus libertatem, et sigilli nostri munimine confirmamus et roboramus tam Hungaris, quam Latinis seu Sclavis: ut si quis aliquem de populo tuo et Ecclesie predicte in causam trahere voluerit, sub te vel sub iudicibus a te constitutis eum debeat convenire; nec aliquis de iam dicto populo tuo et Ecclesie sub alio iudice teneatur alicui respondere. Quod si tu vel indices iusticiam nolueritis exhibere, et aliquis iudices tuos propter hoc voluerit convenire, tunc pro homine vel hominibus tuis sub Bano nostro, vel sub nostra clemencia iudex ille, qui iusticiam noluit facere, respondebit. Actum est hoc anno Dominice Incarnacionis MCLXXXXVIII. die lune V. Idus Maji indiccione prima, epacta XI. concurrente III. Andrea Bano existente, Fulcone Comite Brudrugiensi, Crazone Comite Guarastiensi. Datum per manus Belesini filii Cornelii Comitis.

(Tkalcsis, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 7. l.)

42.

A Frangepán család és Vegla sziget lakosai közti egyenetlenségeknek elintézése. 1198.

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Domini millessimo centesimo nonagesimo octavo, mensis Madii, indictione prima, die quinto. Testificamus nos quidem Rogerius Mauroceno Arbensis Comes et Thoma Longo habitator in confinio Sancte Marie Formose : quod quodam retro tempore, scilicet percurrente anno Domini millesimo centesimo nonagesimo septimo, mense Julio, indictione quintadecima, nos eramus in insula Vegle ante presentiam Boni filii Dondi de confinio Sancte Marine legatus domini nostri Henrici Danduli et Comunis Veneciarum, quando ipse legatus vocavit ante se Bartolomeus, Veglensis Comes nuper defunctus, et Veglisanos, et ostendit eis litteras scriptas Veglisanis per dominum Ducem et Consiliariis eius, in quibus inter omnia continebatur, quod idem Bonus filius Dondi deberet facere eis rationem, et quicquid inde faceret, predictus dominus Dux et Consiliarii eius ratum haberent. Ad hec predictus Bonus filius Dondi dixit eis, quod paratus erat complere et facere totum, quod ei ab illustrissimo domino Duce et eius Consiliariis iniunctum erat. Et dixit: Si quis ex vobis aliquid habet ad dicendum, dicat. Et illustris Comes Bartholomeus surrexit, et reclamavit se de suprascriptis Veglisanis dicens, quod ipsi non persolverant ei collectam de illo presenti anno, quam Rogerius Permarinus et Johannes Maurocenus Capetanei Exercitus Venetie illi dare consueverant. Et etiam proclamavit se de suprascriptis Veglisanis, de bannis et aliis foris factis, et de hoc, quod ipsi fecerant contra statutum suprascriptorum capitaneorum, et contra consuetudinem illius terre. Et volebat suprascriptus Comes Bartholomeus super dictis omnibus habere rationem. Et illustris Bonus filius Dondi dixit eisdem Veglisanis : Quid dicitis ? respondete Comiti. Et ipsi petierunt indutiam. Et sepedictus comes Bar-

tholomeus dixit, quod iamdictus legatus non debebat eis dare indutiam. Et illustris Bonus filius Dondi dixit, quod sibi videbatur dare eis induciam ; et dedit eis indutiam ad eorum voluntates. Et tunc precepit eisdem Veglisanis, ut ad constitutam diem, scilicet de indutia, quam ipsi petierant, fuissent ante eum, faciendum racionem iam dicto Comiti Bartholomeo. Qui ad predictum diem non venerunt. Et ex quo ipsi non venerunt, ut dictum est, predictus Comes Bartholomeus dixit predicto Legato, ut adiudicaret eos sibi secundum morem illius terre. Et illustris Bonus filius Dondi dixit, quod non videbatur illi tunc iudicare eos; imo volebat iterum eos vocare. Iterum illustris legatus per suum nuncium fecit vocare iam dictos Veglisanos, ut venirent ante se faciendum rationem illustrissimo Comiti; qui ad constitutam diem venire contempserunt. Et ex quo ad constitutam diem non venerunt, vocati semel, vocati iterum, vocati tercio, predictus Bartholomeus Comes lamentare se cepit de illustrissimo legato. Et sepe dictus legatus dixit illustrissimo Comiti Bartholomeo: Si habes aliquid ad dicendum, dic. Et ipse Comes Bartholomeus omnia per ordinem, que supra dixerat. Et illustrissimus Bonus filius Dondi fecit venire ante se ordinatos illius terre, et constrinxit eos per sacramentum, ut veritatem supra has prenominatas questiones tractarent bona fide sine fraude, quod eis rectum videretur dicerent, et veritatem inde dicerent et manifestarent. Qui per districtum sacramenti manifestaverunt, quod supra scripti Voglisani non persolverunt illam collectam de illo anno, quam illis Comes Bartholomeus petierat; et de bannis et aliis foris factis, de quibus illis Comes Bartholomeus calumpniabat, predicti Veglisani eidem Comiti rationem non fecerant. His et aliis visis et auditis, illustrissimus Comes Bartholomeus dixit illustrissimo legato: Non cognoscitis veritatem ex toto; dicite quicquid vultis. Et illustrissimus Bonus filius Dondi, habito consilio prudentum, per virtutem et potestatem, quam habebat a illustrissimo domino nostro Duce et Consiliariis eius, sicut ostenderat, ut supra continetur, condempnavit seu adiudicavit Veglisani sepedicto Comiti Bartholomeo tam de illa collecta, quam de bannis et aliis foris factis secundum consuetudinem illius terre. Condempnati seu adiudicati fuerunt Domnicellus, Drasellus filius Menco de Drasi, Johannes

— — — — — — de Leo, Constantinus de Caserá, Leo de Drasi et filia eius Sclava, Strasia de Spador, mulier de Strecha, Johannes de Zupana, Leo de Onemo, Christoforus cum filiis eius — — — — — et Menco, Qnirinus gener de Paulo Sudi, Symon de Marina, Ruba Sacco, Mulier Ninco de Drasi, Petrus de Sudi et eius fratribus, filius de Paulo — — — — — Petrus de Duimo, filius Piscadri et eius soror Maria, Constantinus de Slauga et frater eius Sdavi, Binna de Stoi, Andrea de Mamma, Johannes de Alberto, Johannes de Andrea de Manno, Arifino, Savarisius, Vulcinna et mater eius, Andrea Permanno et frater eius Johannes, Mena de Stasia, Madius filius Boricii, Vulcinna filius Marco de Sparaveri, Barba de Matelda, Scororius de Anselmo, Nichola de Madio, Cerne, Radosti, Mencagna de Barba et filia eius Dobri, Risso, Johannes de Chreni, Petrus Acius de Marino, Madius gener Lampredii, Radiz Dragimo, Bunna de Dabro, Denna soror de Bravo, Dobri de Simon, Bellus gener Risini, Benedocco et mater eius Domza, Dabrosa de Dabro et filia eius Matrona, Drosia, filia de Grossa, Natta de Auso, mulier de Selava, Berco, Stracogna, Girardus, Grubo de Kerzo et filio eius, Boncius de Morta, filius de Matafarro, mater de Muri Suno, Pletto, Johannes de Jordano, Sergia de Schera, Vtala et filia eius Vera, matrona de Troticio, filiaster de Zappo, Andrea Dogircina, Sirus, mulier de Andrea de Guo, filius de Nata, Bia Delza, filius de Zerno Velio, Pilzaerni, Johannes de Trellata, Piza de Dresle, Cossula, Grampiza, mulier Tecuni, Necotana, filius Bonicii de Greca, Crassio, Bona de Belauso, filius de Grigoro de Manduca Vacca, filius de Ninco Deleo, filius de Visvugna, Maria Deleo de Miragamba, Dessi Niga, Strasia de Siccio, filius de Uga, Gruba de Trecto, Johannes de Zanochi, mulier de Rastella, Mari, Visa, Pinataro, filia de Richelda, Murca, Sarracenus, Habraham, Raddi de Drasi et filius eius, filia de Burdasclo, Miraza, Bonfazo, Martinus de Criva, Corad, Andreas de Salaza, Belgi, Maria Assalaza, Johannes de Viusa, Guffulinus, Vera de Vescla filius de Pizina, Manacca, Grigurino, Marinus de Kerzo, Andreas de Kerzo, Stasia de Umcento, Petrus de Ardis diacono, Franzucco, Fusca de Auso, Stosi de Glitana Spento, Servus de Foriporta, Viusa, Menco de Stosi, Maiolo filius presbiteri Johannis, Vera de Sergi, Mazza de

Dossa, Cindrino, Crasna de Petrova, Lisis Leo filia de Marino de Prevocca, Mazo de Visa, mulier de Johanne de Sechira, Viatro, Grassi de Bosazo, Piza de Zampa, Demuiada, Georgius de Siclo, Bonamirus de Srallo, Johannes de Sera, Massicca, Nichola de Pulzo, filius de Dabraza, mulier de Batoca, filia de Lasana, Georgius de Saraceno, Malvasius, Petranna, de Scuavino Stossi de Arvi, Galdius de Depez, Maza, filia de Brataco, Madius de Cabernazo Dulci, mulier Demica de Suari, Nichola de Snega, Menco de Zanni, Skelfo, mulier de Za — — — —, Johannes de Segna, mulier de Marnechi, Priba mulier de Rodovano, Maricca de presbitero Russo, filia de Rinaldi et mater mater eius, Gener de Masicca, Leo de Miracamba, filia de Nemagna de Gambostorto, filius de Mazucco, filia de Johanne de Gerudo, mulier de Tecca Delanno, Menco de Longo — — — — — Azula, filius Johannis de Stoi, Johannes de Kesna, Marinolo, Drago de Cressa, Andreas de Zavino, Dux et filius eius, filia de Kenna, Barba de Cucuvaia, Licca, Maria filia Ciazulini, Sia de Nincagna, Bonito de Bala, Fuselo de Zevna, Petrazo de Comor, Calcina de Cacallo,Ciprianus, Sorcinus, Bratizolo et Soceracius, Menco de Habraham, Johannes de Scaranato, Gunbertinus, Cosmas de Kylliessa, Maria des Decca, Bia de Kilessa, filia de Zucca, filius de Paulo de Marino, Sarocca, Petravula de Cavallino, Verella de Tacnos, Sistina et soror eius, mulier de Barba Gingi, filia de Penzo, Guanara, Grossa, filia de Negula, Andrea de Orva et pater eius, filius de Marzuro, mulier de Gibulo, filia de Genua, de Plangipano, Creve, filius de Vicha, Tunella de Zampa, Leo Vardellus, Radda, Sergia de Vitrano Tolli de Budino, Bia de Marguro, Urania, Zanello de — — — os, Damigna fornarius, Vera de Opor, Johannes de Berta, mulier de Clicli, mulier de Andrea de Pitrigna, mulier de Mini, Menca de Dari, Fuscla de Corbo, Habraham filius — — — — de Scar — — — — — Biazola filia de Pidruto, Buna de Nerad, Bolca de Stisanel, Stephanus de Manduca Vacca, filius de Ponea, Daga Budala, Jacobus Pelizaro, Petrus de Zarara, filia de Pizula, Gretta de Vinca, filius Rodulfi, Bona de Guidon, Nabrus, Simon de Gereiva, Radda, Mia de Constrato, Georgius de Burgulina, mulier de Filusani, Bia de Sergia, Petrus de Pauno, Quirina, Moricca de Johanne

de Barba, Bauchyna, mulier de Johanne de Barba, Nanni, mulier de filio Auclini, filia de Perfold, filius de Signe, Sia de Durata, Dumnanna de Crivello, Bonicius de Zopi, Menco filius Johannis Trotici, Leogna de Drasi, Dumicellus, Christoforus, Petrus de Panno, Grubo de Kerzo. Hoc per testimonium dicimus domini illustrissimi Rogerii Mauroceni Arbensis Comitis, qui festinatione itineris scribere non potuit, pro se scribere, et hoc rogatus. Sigillum suprascripti Thome Longo, qui hoc rogatus. Sigillum illustrissimi Boni filii Dondi legati illustrissimi domini Ducis, qui pro se scribere rogavit. † Ego Jacobus Basilio testis subscripsi. † Ego Frebeza da Molino testis subscripsi. Andreas presbiter Plebanus Sancti Johannis Evangeliste et Notarius complevi et roboravi.

(Ljubics Monumenta spectantia historiam Slavorum Merid. I. kötet. 16. lap.)

43.

Imre király a zágrábi egyház népeit több jogosítványban részesíti. 1199.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 7. l. V. ö. Fejér Cod. Dipl. II. köt. 363. l., és Theiner Vetera Monumenta historiam Hungariam Sacram illustrantia I. köt. Róma 1859. 79. l.)

44.

III. Incze pápának sz. Péter monostora birtokát tárgyazó intézkedése Arbe szigetén. 1199.

Innocentius servus servorum Dei etc. Ugoni Abbati Monasterij Sancti Petri de insula Arbensi, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris monasticam vitam professis in perpetuum. Pie postulatio voluntatis etc. Ordo monasticus, qui secundum Deum et Beati Benedicti regulam etc. Locum ipsum in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentijs et appendicibus suis et terminis, qui sic distinguuntur: Primitus a capite macerie a monte usque ad riuum descendendo per riuum usque ad mare, et per mare et molendina; et ascendendo per montis verticem, et eundo per illum usque in priora confinia. Ecclesiam Sancti Cypriani cum pertinentiis et appenditiis suis, et terminis qui sic distinguuntur: A valle obscura usque in vallem de Frasinu; alie tres partes mare circumdant, una cum manumena, omnibusque scopulis; ad istum promontorium subjacentia, et valles que sunt apud Sanctum Cyprianum; et alie que sunt apud Sanctum Petrum; inter quas saline vestre et piscarie consistunt. Sane noualium etc. liceat quoque etc Prohibemus insuper etc. Cum autem generale etc. Sepulturam quoque etc. Salua tamen etc. Obeunte vero etc. Libertates etc. Decernimus etc. salua Apostolice Sedis auctoritate, et Diocesani Episcopi justitia. Si qua igitur etc. Datum Laterani per manum Rainaldi domini Pape Notarii Cancellarii vicem agentis VIII. cal. Junii, indictione secunda, Incarnationis Dominice anno MCXCIX. Pontificatus vero domini Innocentii Pape tertii anno secundo.

(Farlati, Illyricum Sacrum V. köt. 238. l.)

45.

Békekötés Raguza Dalmatia és Fani Olaszhon városai közt.
1199.

In Christi nomine. A nativitate eius sunt anni millesimi centessimi nonagesimi noni, indictione secunda, Fani, undecimo die introeunte mense Julii, tempore Innocentii Pape, Pontificatus eius anno secundo. Petrus Peri Dei gratia Fanensis Potestas. Noverit tam presens etas quam futurorum posteritas; cum habito prudentum Fanensium consilio firmam ac perpetuam pacem — — — — per nobilem Fanensem civem Guiducium Leazari concedere, in anima totius populi Fanensis civibus Ragusie seu Siracusane Civitas, et eiusdem Civitatis iurisdictioni subpositis facere iurasse istius et dicte Civitatis longevam amicitiam, sicut a nostris civibus accepimus recolentes; statuentes, quod nos dicte Civitatis homines ad nostram Civitatem venientes, stantes, reddeuntes in Generali Consilio sub nostra protectione ac defensione iurato pro posse suscepimus ac res eorum manutenere. Si quis vero hausu temerario prefate Civitatis homines, ac maxime negotiatores ad nostram civitatem venientes, vel res eorum offenderit, vel molestaverit, sciat, se in bannum facultatum suarum omnium ac Fanensis populi indignationem ad tantum excessum ulciscendum incursum.

Interfuerunt Uguicia Jordani, Ramerius de Ripa, Johannes Rustici, Jurius Periti, Carletius masarius Communitatis, Georgius, Guitto Rambetini, Federicus eius frater, Vivianus Marcii, Dominicus Nicole, Jordanus eius frater, Rainaldus Ugolini Ugonis, Robertus Guiducii, et alii quamplures. Ego Joannes Runus Imperiale auctoritate Notarius, et nunc Fanensis Civitatis Notarius, scripsi et absolvi.

Ljubics, Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium I. köt. 19. l.)

46.

Raguza város békekötése a Kacsics nemzetséggel. 1199. körül.

Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo — — — — nos Cazichi cum Raguseis facimus pacem sub sacramento et sub tali conditione: Ut ipsi Ragusei — — — — a Cazichis sani e salvi sint cum omnibus, neque, si in quocumque loco invenirentur, debeant ab ipsis molestari. Et si aliquis de Cazichis per fortiam aliquod Raguseis tulerit, personam ipsius tribuatur Raguseis. Si vero aliquis servus fugeret de Ragusio ad nos, et dominus eius querendo supervenerit, a nobis optimam et plenam habeat iustitiam. Et si naves de Apulia Ragusium venerint a Malonto usque ad Vratenic, salve fiant. Hec sunt nomina Cazichorum, qui iuratis: Jupanus Brena, filii Nicolay, Borislaus Simon et Bocdanus, Petrus Velcinnic, Tverdennus, Velcocna, Sebenna, Velcoe Dechianca, et frater eius Dragan, filii Grobinne, Dessislavus Raddos, et Sintca et Gurrech.

Et ex parte Ragusii pacem hanc firmandam, primo Comes iuravit Gervasius, salvo iuramento domini sui, Slabba Lucari Judex, Dersimirus Judex, Lucarus Nicolay, Dobre Stepatie, Vitus Lampredi — — — — Sergius Bladimiri, Petrus Bubanne, Savinus — — — — Simon Stephani, Dnesius Lampridius Dabranize.

Anno Domini centesimo nonagesimo — — mensis Februarii, die Sancti Blasii. Gervasius Comes facta Curia cum campana — — — — Nobilium et Sapientum, etc. statuitur, quod quilibet extraneus possit venire Ragusium per tres dies ante festum et ibi morari per alios tres dies immediate post festum, securus ab omni molestia et lesione, etiamsi foret cuicumque debitor. Quod per manus diaconi Marini Decamas, Comunis Notarii, scriptum est hoc capitulare.

(Ljubics, Monum. spect. hist. Slav. Merid. I. köt. 14. l.)

47.

Imre király megerősíti Chazma birtokát a zágrábi egyház számára. 1200.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Hemericus dei gracia Ungarie, Dalmacie, Croacie Rameque Rex in perpetuum. Inter cetera virtutum exercitia hoc nobis ad proventum superne remuneracionis conferre dinoscitur, quo Ecclesiarum Dei iura diligenter protegimus, et a calumpniancium inportunitatibus provida dispensacione salubriter expedimus. Huius itaque rei speculacione terram quandam nomine Chasmam, quam gloriosissimus progenitor noster Rex Ladizlaus Ecclesie Zagrabiensi contulit, per clericum nostrum Thomam, Canonicum Albensem, fideliter peragrari facientes presentis scripti auctoritate eidem Ecclesie inrefragabiliter confirmamus, et populum in ea constitutum ad instar Dumbrogensium et aliorum Ecclesie, de qua loquimur, subditorum in marturinarum et annone pensione sive hospicii debito non Bano, sed soli Episcopo respondere decernimus. Supramemorate vero terre meta prima est pons Regis Colomani, secus quem nomen Episcopi Prodani in corticibus arborum insculptum est. Hinc via dicti Regis dirigitur super magnum montem usque ad puteum eiusdem, a puteo autem ad Rosuk, de quo ad montem Sythua, inde ad fluvium Dobouk, deinde ad Belablata, hinc ad fluvium Prestika, qui currens iungitur prenominato fluvio Chasman. In villa vero Zelina prima meta est versus septemtrionem iuxta puteum, a quo protenditur in medio vallis usque magnam viam dividentem terram Bereslai et tendit ad ecclesiam sancti Johannis, de qua ad arborem cruce signatam dividentem terram Vgrini, hinc reflectitur versus occasum ad pontem Wratuslai de Lomni, sub quo ponte currit fluvius Zelina, hinc protenditur ad magnum montem usque metam Razumeni, inde ad supra memoratum puteum terminatur. Ut igitur istarum rerum

veritas indissolubili stabilitate duret in posterum, presentem paginam sigilli nostri titulo roboravimus. Datum per manus Desiderii, Aule Regie Cancellarii et Prepositi de Scibin, anno Dominice Incarnacionis MCC. Venerabili Job Strigoniensi Archiepiscopo existente, Reverendo Saul Colocensi Archiepiscopo, Calano Quinqueecclesiensi Episcopo, Ugrino Geurensi Episcopo, Dominico Zagrabiensi Episcopo. Mika Pallatino et Bachiensi Comite, Benedicto Bano et Comite de Zala, Legforo Voyvoda, Weyteh Curiali et Nitriensi Comite, Theodoro Comite de Budrig, Cepano Comite de Suprun.

(Tkalcsics, Monumenta hist. Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 9. lap.)

48.

Endre herczeg oda ítéli a zágrábi egyháznak Graboniza nevű földet. 1200.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. A(ndreas) Dei gracia Dalmacie, Croacie, Chulmeque Dux in perpetuum. In primaria legum sanctione cauta veterum prudencia suis in posterum sollerter providens in Regibus ac magnis Ducibus iusticiam amplius commendavit; justicia enim est, que reddit unicuique quod suum est. Eorum igitur vestigiis arcius innitentes, cum universis infra terminos dominii nostri iusticiam facere teneamur, primam ac precipuam circa Dei Ecclesias gerendam esse sollicitudinem cum favore Principum, nulli venit in dubium. Causam itaque, que versata est inter Dominicum Zagrabiensem Episcopum et Petrum fratrem Zadur de quadam terra, que vocatur Graboniza, cum Magnatibus nostris ordine iudiciario cognoscentes, comperimus esse terram supradicti Episcopi, predicto Petro plurium testimonio in iure convicto. Contulimus ergo terram predictam prememorato Episcopo iure

perpetuo possidendam, eiusque successoribus eodem modo relinquendam. Sed quoniam memorie inimicatur oblivio, oblivionis enim ortus est memorie defectus, huius nostri facti seriem, ne nubilo oblivionis deliteat, scripto comendari iussimus. Ut autem firmius robur obtineat sigilli nostri inpressione communivimus. Jobagionum vero nomina, qui tunc aderant, et testimonium gestis nostris perhibent, hec sunt: Mog Comes, Nicolaus Banus, Ata Comes, Martinus Comes, Isep Comes, Cresen Comes et ceteri complures. Prestaldi vero duo, Velceta de Gorra et Wrodizlaus de Zagrabia. Hoc autem factum est anno Dominice Incarnacionis. MCC. Datum per manus Jacobi Prepositi, Magistri eiusdem Ducis et Cancellarii.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 9. l.)

49.

Endre herczegnek Jerosa birtokot tárgyazó adománya Baran, a zágrábi egyház dékánja számára. 1200.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Andreas Dei gracia Dalmacie, Chroacie, Chulmeque Dux in perpetuum. Prudens veterum auctoritas versucias precavens et suis in posterum caute providens, in Regibus ac magnificis Ducibus dignas beneficiorum largiciones, quas suis impertiti sunt fidelibus, laudibus extollens lacius commendavit. Comperit enim fidelitatem rem esse preciosam, sed fidelitatis perseveranciam preciosiorem comprobavit, ceterisque virtutibus eam preeminere prospectans dignam eminenciori censuit remuneracione. Nos igitur a veterum vestigiis non exhorbitantes, sed pocius eos in omnibus imitantes servicii fidelitatem, quam nobis Baranus Zagrabiensis Decanus exhibuit, benignius attendimus, et in recompensacionem eiusdem servicii terram ei dedimus certis conterminiis et metis circumdatam, iure perpetuo possidendam,

et quibuscunque vellet dare vel vendere posset. Predicta vero terra fuit cuiusdam hominis heredibus omnino carentis, qui vocabatur Yerosa; et quum talium hereditates, omni spe sobolis privatorum, ad ius Ducatus devolvi debent, ius idem in proprietatem predicti Barani totaliter refudimus cum tranquilitate pacis perpetuandum. Sed quoniam oblivionis ortus est memorie deffectus, ne huius nostri facti series dilabentis evi fluxu per varias et successivas hominum posteritates annosa vetustatis fuligine deliteat, litteris commendari iussimus. Quod autem maius robur optineat, ad tenoris sui statum sigilli nostri impressione communivimus. Nomina vero jobagionum qui huic nostre institucioni interfuerint, et de eadem testimonium perhibent hec sunt : Mog Comes, Nicolaus Bannus, Dominicus Zagrabiensis Episcopus, Nicolaus Zadertinus Archielectus, Ata Comes, Cristol Comes, Crasun Comes, Isep Comes, Cersen Comes et ceteri complures. Hoc autem factum est anno Incarnacionis Dominice MCC. mense Octobri, indiccione quarta, quinto decimo die eiusdem mensis. Mete autem supradicte terre he sunt : ex una parte tangit fluvius, qui vocatur Dulus, ex alia parte conterminatur ville Pete et Vete, tercia vero ex parte conterminatur ad antiquam regiam stratam et protenditur usque ad pontem et ibidem terminatur. Datum per manus Jacobi Prepositi, Magistri eiusdem Ducis et Cancellarii.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 9. l.)

50.

L. soproni föispán meghaggja ispánjának Egyednek, hogy Tamás kereskedönek elszedett holmiját állítsa vissza. XIII. század kezdete.

(Ifj. Kubinyi Ferencz, Pótfüzet a Magyar Történelmi Emlékek I. kötetéhez, Pesten 1868. 8. l.)

51.

Endre herczeg Kagnis szávai szigetet tárgyazó adománya Domokos zágrábi püspök számára. 1201.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Andreas Dei gracia Dalmacie, Chrowacie, Chulmeque Dux in perpetuum. Juris racio videtur consulere omnium pie petentium vota animo sedulo, attentisque auribus debere admitti. Verum earum precum cercior specialiorque debet esse recepcio, quas persone venerabiles et cause pro quibus fiunt, faciunt esse commendabiles. Dignum est enim et racioni consentaneum, ut in remedium et salutem transeat animarum indubitanter, quicquid Deo datur vel dicatur Ecclesiis. Nos igitur dicte devocionis consideracione commoti ad fratris nostri domini Henrici illustrissimi Hungarorum Regis, ammonicionem et iustam petitionem atque pias preces venerabilis sacerdotis Dei Dominici videlicet Zagrabiensis Episcopi, dedimus insulam, que Cagnis dicitur, Zagrabiensi Ecclesie omni concussione et contradiccione remota perpetuo possidendam; contentam vero hiis terminis et metis : ab oriente ubi Sawa fluvius in

duas distincciones se dividit, prime mete signum occurrit videntibus in arbore populea, altera (vero meta) protenditur ad meridionalem plagam iuxta Sawam, ubi arbor nucifera signum gestat evidens factum cespitibus, ibi dividitur meta Carachuna, inde protenditur contra occidentem iuxta predictum fluvium ad rivum, qui vocatur Seregna, ibi vero predictus rivus intrat Sawam, ubi quercus est index mete. Rivus iste dividit metam a filiis Zesa, idem vero rivulus versus occidentem exhit de Sawa, ibique signum mete est positum in ulmo, inde vero protenditur ad septemtrionalem plagam usque ad maiorem distinccionem predicti fluvii, ubi eciam in arbore populea signum mete apparet. Verum Sawa fluvius dividit omnes metas a filiis Zesa. Sed quoniam memorie novercatur oblivio, oblivionis enim ortus est memorie defectus, huius nostri facti seriem sripto commendare iussimus. Ut autem firmius robur obtineat, sigilli nostri inpressione communivimus. Anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo primo, regnante gloriosissimo fratre nostro Rege Hemrico. Testes autem huius rei sunt iobagiones nostri, quorum nomina hec sunt: Mog Comes, Nycholaus Comes, Martinus Comes, Ata Comes, Cresen Comes; Crasun vero Comes est pristaldus eiusdem rei. Datum per manus Jacobi Prepositi Magistri nostri et Cancellarii.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 10. l.)

52.

Békekötés Raguza dalmatiai és Bari olaszhoni városok közt. 1201.

Nos Garganus de Cortisio Justiciarius Barensis, Leo Mancinus Barensium Judex, Rogerius Madii Ammiratus filius, et Leo Utcius cives Bari, voluntate et mandato omnium Barensium, iuramus in anima ipsorum et nostra ad Sacra Dei

Evangelia, firmam pacem et concordiam tenere deinceps ad duodecim annis universis hominibus Civitatis Ragusii, ut non offendamus eos nec in rebus, nec offendi faciemus ab aliquo, nec patiamur offendi bona fide sine fraude et malo ingenio. Ita quidem, quod nos Barenses studebimus et diligenter tractabimus cum omnibus vascellis Apulorum cursalium, qui per partes nostras transitum habuerint, ut iurent ad Sacra Dei Evangelia, non offendere homines Civitatis Ragusii nec in rebus nec in personis; et si hoc facere noluerint, non percipiemus eos, sed expellemus eos a portu et tenimento nostro, nec ullum auxilium aud consilium eis dabimus. Et si contingerit, quod absit, aliquem de tenimento Bari offendere aliquem Ragusinum, cum requisiti fuerimus de iustitia facienda, plenam eis iustitiam faciemus. Hec omnia observabimus bona fide sine fraude et malo ingenio, salva fidelitate et ordinatione domini nostri Regis Frederici. Sic nos Deus adjuvet, et hec Sacra Dei Evangelia. Incarnationis nostri Jesu Christi anno millesimo ducentesimo primo. Regnante domino nostro Frederico invictissimi Regis Sicilie, Ducatus Apulie, et Principatus Capue, anno quarto, mense Februario die octavo, indictione quarta. Quod Robbertus Notarius rogatu nostro scripsit imo interfuit.

(Ljubics, Monum. sp. hist. Slav. Merid. I. köt. 20. l.)

53.

Endre herczeg Kaian helységnek határait szabályozza Baran zágrábi dékán számára. 1202.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Andreas Dei gracia Dalmacie, Chrowacie, Chulmeque Dux in perpetuum. Quoniam in rerum temporalium mutabili varietate nichil adeo perpetuitati creditur conforme, quam quod viro-

tum memoria dignorum inviolabili permanere statu permittantur ordinaciones, et ne pravorum pateant incursibus pia proteccionis manu per successores conserventur. Quod nos quoque considerantes terram Kaianj castrensis, quam pie recordacionis pater noster illustrissimus Rex Hungarorum Bela Barano Zagrabiensi Decano perpetuo possidendam contulerat, assignans eam per hominem suum nomine Woychna, eidem confirmavimus resignantes per hominem nostrum nomine Stephanum. Dicta autem terra his metis circumcingitur: ab oriente confinis est terre Abraam, cognati Gurconis Comitis; deinde protenditur contra meridiem ad magnam pirum, confinisque est terre servorum Regis; hincque vergit contra occidentem super fontem lapideum iungens se terre castrensium, ac deinde versus semptemtrionem et iuxta castrum Nicola annectitur publice strate Zagoriensis, disiungens se a dictis castrensium terris revertensque ad inicium mete. Verum ne processu temporis huius nostri a labili hominum oblitteritur memoria facti series scripto commendari iussimus, et ut firmius robur optineat sigilli nostri impressione comunivimus. Sunt autem huius rei testes: Mogy Comes, Nicolaus Comes, Martinus Banus, Crasun Comes, Cresen Comes, Ata Comes. Datum per manus Jacobi prepositi Magistri nostri et Cancellarii. Anno Dominice Incarnacionis MCCII.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 16. l.)

54.

Szövetség Raguza dalmatiai és Termula olaszhoni városok közt. 1203.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Anno Incarnationis sue millesimo ducentesimo tertio. Regnante domino nostro Frederico Serenissimo Rege Sicilie, Ducatus Apulie, et Prin-

cipatus Capue, anno sexto Regni eius, tertio die stante mense Madii, indictionis sexte. Nos Mainardus Rogerius et Guillelmus Lombardus, Imperiales Judices Civitatis Termule, et ego Trasmundus, Miles Camerarius, una cum universo eiusdem Civitatis populo, volentes fraternitatem veram et amicitiam inviolatam cum Raguseis semper communicare et manutenere, pari consensu et comuni voluntate Raguseos omnes de cetero in cives nostros recipimus, et ipsos conservare et securos facere in civitate nostra volumus et obtamus. Preterea remittamus et quietamus universis civibus Ragusi plataticum universum et arboraticum in civitate nostra, ut de cetero sint apud dictis tributis liberi et absoluti, et nemo ab eis exigere valeat aut presumat, et sic non teneantur de his alicui respondere. Habeant etiam in Civitate nostra illud ius et privilegium, quod nos habere soliti sumus. Quod privilegium scripsi ego W. Julianides miles et notarius, qui interfui mandato predictorum Judicum, et iamdicti Camerarii, et totius populi. Actum in Termulis feliciter. † Ego Mainardus, Imperialis Index.

(Ljubics, Monum. sp. hist. Slav. Merid. I. köt. 20. l.)

55.

I. Richard angol király mint Raguza város es Lacroma sziget egyházainak jótévője. 1190—1203.

Rector et Consiliarii Reipublicae Ragusinae etc. Quoniam justum et rationi consonum est, veritatis testimonium perhibere; universis et singulis, ad quos spectat, et quomodolibet spectare poterit in futurum, fide testamur indubia et notum facimus: Qualiter, postquam Henricus secundus Anglorum Rex, sub Alexandro tertio felicis recordationis Pontifice Maximo, coram Illustrissimis dominis Cardinalibus Legatis ad

ld deputatis suspicionem in se de nece Beati Thomae Cantuariensis Archiepiscopi male conceptam juramento purgasset, et contra Saracenos Hierosolymam ire, cum communi Christianorum hoste bellum facere proposuisset, nec illud morte praeventus fecisset; Richardus primus Henrici memorati filius, et successor in Regno, postea poenitentiam pro patre facturus, bellum gessit huiusmodi, et subsequenter in navigatione sui itineris Angliam versus arrepti, adversa maris tempestate jactatus, tandem non sine magno vitae discrimine in Dalmaticum sinum delatus est. Quare ad Deum confugiens, in loco quem prius adiret, si evaderet, impensa ducatorum centum mille novam condere sub voto solemni ecclesiam destinavit. Et cum denique ad scopulum Lacromensem, Districtus jurisdictionis nostrae, prope Ragusium existentem, ubi Monasterium Patrum Monachorum Ordinis Sancti Benedicti reperitur, applicuisset incolumis, ibique votum pro gratia consecuta persolvere praeparasset; ad preces Reipublicae nostrae, indulto Apostolico praecedente, Ragusii illam, quae nunc Cathedralis sub titulo Beatae Mariae Virginis nuncupatur, fundavit ecclesiam; sub hac expressa conditione per Regem fundatorem apposita, ut Patres Lacromenses quotannis ibidem, tamquam in propria ecclesia, singulis festivitatibus Purificationis Beatae Mariae primas vesperas et missam pontificaliter celebrare deberent; prout cum Innocentii tertii favore Abbates eorum baculum mitramque gestantes, et sine contradictione, immo in praesentia Ordinariorum huic ministerio benigniter acquiescentium, celebrare consueverunt ab illis usque ad haec tempora recentia, in quibus per Archiepiscopos modernos, non sine scandalo Cleri et populi Ragusini, turbari et inquietari videntur. Et quia de his omnibus praemissis et singulis tum ex majorum traditionibus, tum ex veridicis historiarum monumentis, tum ex certo nostrarum chronicarum manuscriptarum testimonio nobis sufficienter constitit : ideo ne cui super hoc dubitari contingat, has nostras testimoniales patentes litteras, in Judiciis et extra fidem facturas, fieri ad instanciam Patrum Lacromensium, et per Cancellarium Reipublicae nostrae infrascriptum subscribi, ab sigilli nostri Protectoris Sancti Blasii, quo in similibus utimur, impressione roborari et communiri jussimus. Datum Ragusii a salutifera

Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo quingentesimo et nonagesimo octavo, indictione undecima, die vero vigesima Februarii.

(Farlati, Illyricum Sacrum VI. köt. 90. l.)

56.

Imre király Johannes Latinust vagyis wallón eredetű flandriait a Rivetelben lakó erdélyi németek tartozásai alól felmenti. 1204.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Hemiricus stb. Quanto pluribus stb.

(Néhai Czech János hátrahagyott kézirataiból közölve az Árpádkori Uj Okmánytár I. kötetében 91. l. Imre királynak ezen okmányát átirta és megerősítette V. István, akkor ifjabb király 1257., mint alább.)

57.

II. Endre királynak Gorra földet tárgyazó adománya a tapuskai monostor számára. 1205.

Andreas Dei gracia Hungarie Rex, etc. omnibus ad quos litere presentes pervenerint salutem et graciam. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod in remedium anime nostre et Dei intuitu terram de Gorra cum omnibus suis appendiciis eo iure et ea libertate, qua nobis tempore

Ducatus nostri servire tenebatur, cum omnibus hominibus, servis et liberis Deo et Beate Marie contulimus ad Abbaciam construendam, de Domo Clareuallensi, Ordinis Cysterciensis. Quapropter mandamus et hominibus prefate terre districte precipimus, quatenus dilectis fratribus nostris, presencium latoribus, et Ecclesie Dei devote obediant, et negocia ipsorum fideliter promoveant, et eo iure eisdem serviant, quo nobis consveverant. Quod si non fecerint iram et indignacionem nostram gravissime incurrent. Datum anno Regni nostri primo.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis 17. l.)

58.

II. Endre Czwezfey helységet tárgyazó adománya a fentebb, 56. sz. a. említett Johannes Latinus számára. 1206.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Regie Serenitatis deuocioni plurimum expedit, quod ex fonte nascitur pietatis, ut hospites omnes ad sinum sue benignitatis confugientes suscipiat et foueat; sed racio persuadet, ut eos propensius protegat et promoueat, quos ad honorem Corone et Regni utilitatem inspexerit efficacius inuigilare. Huius igitur rey speculacione salubriter ammoniti et Johan Latini hospitis fidelis nostri militis seruiciorum merita fideliter et efficaciter nobis impensa considerantes, terram quandam nomine Cwezfey pristaldo infideli (igy) nostro Andrea filio Teutonici Martini de villa Vratotus, hereditario iure in perpetuum ei contulimus possidendam. Qve terra his metis et terminis circumgingitur et concluditur. Incipit itaque prima meta de Barancuth, et progrediens terminatur ville Lewenech; vnde exiens

per quasdam metas tenet terminum cum villa Cowrnh; et inde terminus vadit per tres metas, donec perueniatur ad uillam Wellmer; inde progrediens per quasdam metas conterminam habet villam Sars; deinde similiter uadit per quasdam metas et coniungitur uille militum; unde procedens de meta in metam reuertitur ad predictam villam villam Baranculh; infra quas villas est terra Johan, quam ei dedimus. Que eciam est lustrata et metis assignata per iam dictum pristaldum, iobagionibus Albensis Castri testimonium inde perhibentibus. Quorum nomina hec sunt: Gyuna, Cyna, Gyurgy, Iseph, Willam, et aliis quam pluribus, quos tedet nominare. De cetero paci et quieti illius prouidere uolentes, eandem libertatem, quam frater noster Rex Hemiricus recolende memorie ei contulerat, sibi suisque heredibus presencium auctoritate concedimus; uidelicet quod in placito ad nullius iudicis adstet presensiam preter Regie Maiestatis et Comitis Palatini; cuius ius saluum esse uolumus, et vbicunque locorum domos, terras, uineas, molendina et alia quecunque bona, quascunque possessiones habuerit, uel in posterum prestante Domino poterit adipisci, sine aliqua dilaceracione uel infestacione precipimus permanere. Ad hec stabilimus, quod ad quemcunque locum ipse uel eius famuli causa mercacionis venerint, ab omni exaccione uel pensione tributi liberi sint et exempti. Decernimus ergo, et nulli omnino hominum fas sit, prenotatum Johan eiusque heredes in aliquo perturbare, et suam familiam inquietare, uel eius possessiones auferre uel aliquatenus minuere; sed integre et illibate permaneant illi illiusque in perpetuum heredibus usibus idoneis pro futuris. Ne igitur huius nostre donacionis uel institucionis series ab aliquo posterorum calumpniose possit infringi, presentis scripti patrocinio et Regie Serenitatis sigillo fecimus confirmari. Si quis autem pertinax et indeuotus presenti pagine temerario ausu contraire temptauerit, iram Omnipotentis Dey incurrat, et Regie indignacionis seueritatem uehemencius experiatur. Datum per manus Gotfredi Orodiensis Prepositi et aule Regie Cancellarij anno ab Incarnacione Domini M°CC°VI°. Venerabili Johanne Strigoniensi Archiepiscopo existente, Ca'ano Quinque Ecclesiensi Episcopo, Bolezlao Waciensi, Kalanda Vesprimiensi, Kathapano Agriensi, Desiderio Chenadiensi, Guthardo Zagrabiensi,

Symone Waradiensi, Petro Geuriensi. Mogh Comite Palatino et Bychoriensi, Chepano Bano existente, Chepano Comite Bachyensi, Gyula Budrugiensi, Marcello Supruniensi, Benedicto Woyowoda, Smaragdo Curiali Comite nostro et Zonuchiensi, Mercurio Posoniensi, Tiburcio Curiali Comite Regni et Albensi, Martyno Woswariensi, Ogyuz Zaladiensi, Nicolao Nitriensi, Poth Musuniensi, Nicolao Chenadiensi.

(V. István, akkor ifjabb királynak 1257-ki megerősítő privilegiumából, mint alább.)

59.

Treguán trau i püspök engedelmességet es hüséget fogad Bernát spalatói érseknek. 1206.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Ego Treguanus Traguriensis Episcopus spondeo, polliceor ei promitto atque juro per signum Vivefice Crucis et Sancta quatuor Evangelia, et has Sanctorum reliquias, quod ab hac die in antea obediens ero et fidelis Beato Domnio, et Vobis domine Bernarde Archiepiscope, et omnibus successoribus vestris catholice intrantibus, secundum omnia que continentur in canone de forma fidelitatis; et quod vocatus ad Synodum, vel ad consecrandos Episcopos, veniam, nisi fuero impeditus canonico impedimento; et quod in propria persona, vel per proprium et honestum nuncium Ecclesiam Beati Domni in festo ipsius annuatim visitabo, et privilegia eiusdem Ecclesie, et omnia jura, secundum posse meum defendam et manutenebo; res vero, que partinent ad mensam Ecclesie Traguriensis, nonnisi in casibus concessis alienabo. Hec omnia observabo bona fide et sine fraude. Sic me Deus adiuvet et hec sancta patrocinia.

(Farlati, Illyricum Sacrum IV. köt. 335. l.)

60.

A Morosini család Ossero (Ausero, Anseria) sziget és grófság birtokában. 1208.

Privilegium Roberti et Petri pro Comitatu Auseri de Ausero. Privilegium Roberti et Petri, sive Joannis atque Andree filiorum quondam Comitis Rugerii Mauroceno. In nomine Domini Dei et salvatoris nostri Jesu Christi, anno Domini millesimo ducentesimo octavo, mense Martii, indictione undecima Rivoalto. Post concessionis cartam, quam isto anno et mense, indictione eadem, factam habetis Roberto et mihi Petro, sive Joanni, atque Andree, filiis omnibus quondam Rugerii Mauroceno bone memorie Comitis Absarensis, de Comitatu Absari cum insula Leporaria et Auriola ac Seracana, et certis eiusdem insule Comitatus tenendum, quod ad Commune Venetie et ad ipsum Comitatum pertinent, cum omnibus redditibus et honorificentiis ad dictum Comitatum pertinentibus, salva regalia vestra per omnia et his, que ad Ducatum vestrum spectant et rationibus Ecclesiarum, in vita unius de nobis: Roberto videlicet, et Petro qui plus viverit; propter quem Comitatum supra scriptum, et insulas memoratas regere, conservare, manutenere, et deffensare debemus ad vestrum, vestrique Communis honorem et ipsius Comitatus utilitatem, secundum consuetudinem bonam, ab omnibus videlicet hominibus et omni gente, sine vestro vestrorumque successorum et Communis vestri auxilio, exceptis coronatis personis et eorum exercitu manifesto, sine fraude et ingenio malo. Debemus quoque nuntios vestros omnes honorifice recipere, tractare, et deducere, galeasque vestras similiter, et omnes inimicos Venetie, ut proprios inimicos habere. Nec debemus compagniam vel societatem aliquam cum ullo habere cursalium, vel aliorum, qui sunt manifesti predones aut raubatores, qui homines Venetie offendat, vel alios ad Venetiam venientes aut redeuntes ab ea; nec eos debemus recipere, nec fiduciam vel severitatem aliquam eis prestare, nec auxilium neque

consilium eis impendere, nec in aliquo necessaria ministrare, nec aliquid horum per ullum ingenium fieri facere. Omnia autem statuta servare debemus, que pro parte vestra mandaveritis nobis servanda per maiorem partem Consilii vos vel successores vestri; cum statuta tamen eadem per maiorem partem Consilii certis Comitatibus vestris facienda, pro sua vos parte dederitis, vel successores vestri. Debemus namque pro Comitatu supra scripto et insulis vobis et supra scripto Communi vestro solvere annuatim libras denariorum Venetie quadragintas in terra salvas, omni conditione et occasione remota; ducentas in Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et alias ducentas in octavis Nativitatis Dominice. Que omnia suprascripta ego suprascriptus Petrus sum districtus per sacramentum servare usque ad menses quatuor, postquam suprascriptus Robertus frater meus in Sclavonia venerit vel in Venetia infra tres menses de custodia, qua tenetur; infra quod spatium per quatuor mensium in Sclavonia, vel tantum in Venetia sui adventus. Si in eum modum ipse, quo ego sum vobis vestroquo Communi per iuramentum et promissionis capitulare obligatus, se obligaverit, et iuramento astrinxerit, ipse mecum, et cum aliis supra scriptis suis et meis fratribus Comes esse debet, et equaliter mecum supra scripta omnia tenebitur observare usque ad menses tres, ex quo supra scriptus Joannes frater noster prius venerit ad etatem. Quod si infra dictum terminum trium mensium eo modo, quo sum ego vobis vestroque Communi per iuramentum et promissionis cartam obligatus, se obligaverit et iuramento astrinxerit, ipse modo simili nobiscum in omnibus communiter et equaliter comes esse debet, et nobiscum omnia, que scripta sunt superius, pariter observare usque ad menses tres, postquam supra scriptus Andreas frater noster primo venerit ad etatem. Infra quod spatium trium mensium, si ipse, sicut ego vobis vestroque communi per sacramentum et promissionis cartam sum obligatus, se obligaverit et astrinxerit sacramento, in omnibus communiter et equaliter toti quatuor Comites esse debemus, et cuncta, que supra scripta sunt, equaliter observare. Sciendum tamen est, quia supra scripti Joannes et Andreas Comites non esse debent, ni in vita unius de nobis, Roberto videlicet et me Petro, qui plus vixerit, sicut etiam

superius dictum est. Si vero aliquis vel aliqui supra scriptorum meorum fratrum ea omnia secundum facienda ni simul et unicuique pro sua sibi parte superius designata non observarent, cum eo ego, vel cum eis Comes ero, qui mecum pariter pro se, et eo vel eis, vobis vestroque Communi cuncta, que supra scripta sunt, voluerit observare, et deinde tenebor ego et ille, vel ille observare in toto omnia, que sunt supra dicta. Si autem de suprascriptis fratribus meis nullus fuerit, qui eo modo supra scripta omnia, que dicta sunt, voluerit observare : solus Comes ero, et tunc solus debeo universa, que dicta sunt superius, observare. Quod si nec ego, nec aliquis suprascriptorum fratrum meorum suprascripta hec omnia voluerit observare : Comitatus ipse in vos et in Commune vestrum cum omnibus supra concessis redire debet cum omni plenitudine rationis, ad faciendum de omnibus, quidquid vestre fuerit voluntatis. Et insuper vobis vestroque Communi debemus marcas argenti emendare quingentas, ut in ipsa concessionis carta legitur. Promittens promitto ego supra scriptus Petrus cum meis heredibus vobis domino Petro Ziani Dei gratia Venetie, Dalmatie atque Croatie Duci, quarte partis et dimidie totius Romani Imperii dominationi et iudicibus ac sapientibus Consilii et Communi Venetie, ac vestris successoribus et heredibus, me hec omnia, ut continetur superius, servaturum, nisi remanserit per vos, domine Dux, vel successores vestros et maiorem partem Consilii. Signum suprascripti Petri Mauroceno, qui cum scribere nesciret, pro se scribi et hoc fieri rogabit.

† Ego Joannes Julioni testis.

† Ego Stephanus Enzo testis.

Signum Cancellarii : Ego Nicolaus Girardus presbiter, plebanus Sancti Fantini et Notarius, Ducalis aule Cancellarius complevi et roboravi.

Ego Vivianus scriptor, Notarius et Judex domini Henrici Dei gratia invictistimi Romanorum Imperatoris, autenticum huius vidi et legi, nec addidi, nec minui, nisi si quod in eo inveni : ideo in libro isto fideliter exemplavi, et propria manu me affirmavi atque subscripsi.

(Ljubics, Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium I. köt. 24. l.)

61.

Kereskedelmi szerződés Raguza dalmatiai és Melfi olaszhoni városok közt. 1208.

Nos homines Molficte, quia ex iuridico relatu seniorum nostrorum diligenti cura invenimus, inter homines Ragusii et Molficte cives matua dilectione et consanguinitatis proximitate sic esse conventum et stabilitum : ut nec Ragusii cives in Molficta plazam tribuerent vel scalaticum, nec Molfiocenses Ragusium plazam vel scalaticum et familiam vel ancoraticum, quod etiam mutuis privilegiis firmaverunt, in unum quorum, factum a domino Comite Robberto Cupersani, apud Ragusiam resedit, et aliud in Melficta. Et quia Ragusii privilegium a predicto domino Comite factum inveniri non potuit, sicut nobis per litteras significaverunt querentes, ut exemplar privilegii distincte mitteremus : sicut nobis per seniores nostros fuit significatum saniori consilio, dominum Rogerium de Pisana, filium domini Comitis Berardi, vicarium adivimus; et heo omnia, qualiter inter nos decursa fuerint spatio sexaginta annorum, significando mandavit nobis, ut bonos mores Civitatis et hos maxime modis omnibus servaremus iubendo, ut predictos homines Ragusii a plaza reliqua datione in Melficto liberi essent et quieti. Insuper mandavit nobis, ut predictos homines Ragusii assecuraremus omni tunc in predicta causa. Proinde nos Accarnus, Dei gratia Melfictensis Episcopus, et nos homines Melfictenses volentes, ut, quod per spatium sexaginta annorum inter nos servatum fuit, in antea servarentur, et in presenti renovaremus, mandavimus Josaffo Navolero, ut in anima omnium iurari ad Sacra Dei Evengelia hec omnia observare et adtendere, sicut per longum tempus observatum est et usitatum. Si quis autem contra huius scripti tenorem venire contravenerit, anathematis vinculo innodetur, et duodecim librarum auri pondere feriatur. Hoc autem renovationis scriptum actum est anno millesimo ducentesimo octavo, mense

Madio, indictione undecima, Regnique domini nostri gloriosissimi Regis Frederici anno undecimo. Et ut hec perpetue mandarentur memorie, iussimus scribi per manum Jacobi Notarii. Accarnus Melfictensis Episcopus, Gelis Melficte Judex.

(Ljubica, Monumenta spectantia hist. Slavorum Merid. I. köt. 26. l.)

62.

II. Endre király privilegiuma, mely által Wratiszló comest és testvéreit birtokukban megerősíti. 1209.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Andreas Dei gracia Vngarie, Dalmatie, Croatie, Rama, Servie, Galitie, Wladomirieque Rex in perpetuum. Quoniam ex annorum et temporum transvolutione humane dispositionis plerumque invida derogat oblivio, ideoque indagatrix veritatis et provida futurorum sibimet consuluit ratio, ut quod memoriter in cordis armariolo nequit observari, scriptis et attramento comendetur. Ideo est, quod cum dilectus et fidelis noster Comes Wratizlaus tempore, quo Ducatus fruebamur dignitate, quando etiam inter nos et bone memorie fratrem nostrum H(emericum) Regem discordia vertebatur, ob piissimam susceptionem et fidele servitium, quod nobis exhibuit, iacturam non modicam, tam domus sue combuste quam rerum ceterarum, precepto dicti fratris nostri tunc Regis passus fuisset; denique susceptis a Deo Regni gubernaculis ad presentiam nostram accessit, Regiam instanter rogitans Magestatem, ut patrimonium suum et fratrum suorum cum universis prediis et possessionibus eorum sub unius privilegii tenore corroboraremus. Nos enim peticionibus suis benignum prebentes auditum et merito, fideli nostro Banc Bano dedimus in mandatis, ut terram suam et possessiones cum metis diligenter inspiceret, quibus de meta ad metam per pristaldum nostrum,

ipsius Bani capellanum Cyprianum nomine, iuste circumdatis, sub sigillo suo coram quam pluribus castrensibus et Zágrabiensibus Canonicis nullo prohibente, nec in aliquo metis prefate terre contradicente, nomina prediorum et metarum supradicti Comitis et fratrum ipsius nobis fecit deportari. Que omnia, tam predia quam terras cum ceteris pertinentiis suis integraliter, sicut in presenti privilegio continetur, sibi cum fratribus suis, et per eum filiis et successoribus eorum, auctoritate Regia confirmamus, talem eidem terre concedentes libertatem : quod nullus Banus, nullus Comes sive quilibet alius de cetero super illam terram, nisi ex bona voluntate eorum, quoquo casu presumat descendere. Prima igitur meta predii Dobra nomine, quod est supradicti V(ratizlai) Comitis et consanguineorum eius, incipit a Zawa et tendit ad lapideum portum, deinde ad arborem pomi, ubi est meta de terra, deinde ad arborem piri, inde ad arborem cerasi, inde vadit ad arborem fagi, deinde progreditur ad arborem dumi, inde ad arborem fagi, que stat superius in monte, inde per directum ad cacumen montis ubi est meta terre, ibique dividitur a terra Sagrabiensis Ecclesie, inde revertitur ad locum qui dicitur Calz, inde descendens vadit ad rivum, deinde superius tendit ad arborem dumi, inde ad Ecclesiam, que est in honore Omnium Sanctorum, ab hinc descendit ad arborem populi, inde tendens progreditur ad aliam arborem populi, que stat iuxta rivum nomine Studensz, deinde tendit ad Zawam; a supradicta ecclesia Omnium Sanctorum dividitur terra sua quam absque consanguineis possidet. Ibi etiam habet predium pro se, ubi est ecclesia Sancti Martini, cuius predii meta incipit ex una parte Zawa et tendit usque ad Crapina, deinde ad Gypka, inde ascendendo tendit usque ad verticem montis, qui volgo dicitur Zelemen. Prima meta predii Poloniza nomine, ubi supradictus V(ratizlaus) Comes edificavit Ecclesiam nomine Sancti Nicholai, est versus occidentem ubi est aqua nomine Crapina, inde tendit ad rivum Ded potoka nomine, qui descendit de monte Vrsi, ubique dividitur a terra fratrum suorum. Petus qui dicitur frater V(ratizlai) Comitis habet predium nomine Lubenic infra metas supradicti Sancti Nicholai. Dobucha vero et Berizlo fratres V(ratizlai) Comitis habent predium nomine Bistra, cuius meta incipit iuxta Crapina, et tendit usque ad rivum Jerana,

inde ascendit usque ad montem Vrsi. Supradictus V(ratizlaus) Comes habet predium iuxta Crapina nomine Cherniz, cuius meta est iuxta aquam, et tendit usque ad rivum nomine Kammna, inde ad arborem dumi, inde progreditur ad magnam viam, que venit de calida aqua, ibi est meta de terra facta, et inde vadit ad Pritizcam. Aliud predium etiam V(ratizlaus) Comes predictus habet nomine Zlubiza, ubi edificavit ecclesiam Sancti Georgii, cuius meta, quam hostendit metarius nomine Nesdist pristaldo nostro, incipit ad arborem abietis, inde tendit ad rivum nomine Cladnik, inde inferius ad metam terre, deinde vadit ad Tupliza, inde ad arborem piri, deinde ascendit ad montem ubi est arbor dumi, ibique est meta de terra, inde tendit meta ad arborem sorbi, quam monstravit Nisk metarius predicto pristaldo nostro, inde tendit ad arborem quercii, ibique est meta de terra quam monstravit Nomoy, inde tendit ad metam Martini, ibique est meta de terra, inde progreditur ad locum qui dicitur Holm, inde ad magnam viam, que dicitur Torda via, inde tendit ad caput rivi, qui vocatur Cassina, inde ad locum qui dicitur Planina, quam monstravit Marcus, inde tendit ad arborem castance, inde ad locum qui dicitur Dubiza; abhinc vadit ad caput Vidak; inde revertitur ad primam metam. Aliud predium habet V(ratizlaus) Comes nomine Bystriza, cuius meta quam monstravit Petku, incipit ubi Sitomeria cadit in Crapinam, inde vadit iuxta aquam ad rivum qui dicitur Zdeed, inde ad locum nomine Claz, abhinc transiens vadit ad Globoucez, ibique est meta de terra sub arbore querci, inde ascendit ad metam de terra, que est in monte iuxta vineam, inde tendens meta per directum vadit ad arborem querci, quam monstravit Zelk, inde descendit ad arborem, que vulgo dicitur graber, inde ascendit ad magnam viam, ubi est arbor ilicis, et meta de terra, abhinc vadit ad magnam metam, que stat sub arbore dumi, inde tendit ad arborem castanee, que in meta terre stat, deinde vadit Bystrizam, ubi est magna meta de terra, inde transiens per mediam aquam, vadit ad arborem piri, ubi est meta de terra, inde vadit sub vinea usque ad caput rivi, deinde ad cacumen montis, ibique est meta de terra, inde descendens revertitur ad metam iuxta domum Martini, deinde vadit ad caput rivi nomine Lubenik, inde ad metam de terra,

ubi Lubenik cadit ad alium rivum, deinde vadit ad magnum fagum ubi est meta de terra, inde vadit ad locum qui dicitur Calzc, ubi est meta de terra, inde transiens iuxta viam, que cadit in rivum, vadit ad locum ubi rivus cadit in Crapinam. Cosina igitur frater sepedicti V(ratizlai) Comitis habet terram, que dividitur a terra fratris sui V(ratizlai) Comitis, in loco ubi predictus rivus cadit in Crapinam, in qua habet predium nomine Pihina, cuius meta incipit iuxta predictum rivum, qui cadit in Crapinam, quam monstravit Nemog, et vadit ad arborem pomi, deinde ad locum nomine Zavey, inde vadit ad duas arbores piri et tilie sub quibus est meta de terra, inde per montem ad arborem dumi, ibique est meta de terra, abinde tendit ad duas metas, que sunt sub fago iuxta aquam nomine Pichina, inde transiens aquam ascendit ad montem, ibi adiungitur cum metis fratris sui V(ratizlai) Comitis, quarum metarum fuit Cuplen metarius. Preterea prefatus V(ratizlaus) Comes habet predium nomine Horsouz, cuius meta incipit iuxta rivum Zelnik, quam monstravit Boyla metarius, et vadit ad caput supradicti Zelnik, ubi fuit alius metarius nomine Gerizlau, inde tendit ad arborem querci, ibique est meta de terra, cuius mete fuit Bolarin metarius, inde tendit ad rivum nomine Lucilniza, ibique est meta terrea, inde pertransiens tendit ad metam, que est iuxta domum Crisan, inde descendendo cadit in Crapinam, et inde revertitur ad primam metam. Prenominatus V(ratizlaus) Comes aliud habet predium nomine Plesiwza, cuius meta incipit ad caput Jaworoz et tendit ad Lipouz, ubi est meta de terra, deinde vadit ad Drenec, ibique est meta de terra, inde ad caput Brigana, ubi est meta de terra, et inde revertitur ad primam metam. Habet V(ratizlaus) Comes predium nomine Horonguza inter Zawam et Cherniz, quod est commune fratribus suis, cuius meta incipit ad caput Drenec, ubi est meta de terra, quam monstravit metarius Baran, inde tendit ad Zawam. Vransa etiam, cognatus supradicti V(ratizlai) Comitis, est particeps eiusdem predii. Toma vero et Petus fratres sepedicti V(ratizlai) Comitis habent predium nomine Otok, cuius meta incipit in portu Lilic, de qua metarius fuit Zobula, inde vadit ad rivum nomine Biztua, inde ad rivum Pioisa, deinde ad arenosum stagnum, inde vadit ad Mlacam, et inde cadit in Zawam, de qua fuit

metarius Crisan. Troceil frater prefati V(ratizlai) Comitis habet per se predium nomine Orechoug iuxta Zawam. Stephanus etiam habet predium nomine Poiatna, cuius predii sunt metarii Vresc ex una parte, ex altera Berizlou, ex tercia vero Posdis. Strizmer siquidem habet predium nomine Lipouz, cuius metarius est Martinus ex una parte, ex altera parte Berizlou, ex tercia parte Drasey. Ut autem hec a nobis omnium supradictorum tam prediorum quam aliarum possessionum sepedicti V(ratizlai) Comitis et fratrum eius facta confirmacio nullis unquam temporibus valeat retractari, et ne quis vicinorum eius, sive cuiuslibet condicionis alius, ipsum vel fratres eius de prediis et possessionibus sepedictis presumat de cetero molestare, presenti eam pagina in noticiam deduci posterorum et Regie auctoritatis sigillo iussimus insigniri. Si quis vero huic nostre confirmacioni obviator temerarius extiterit, Regiam graviter indignationem se noverit incursurum, et penam Regni consvetam, videlicet X marcas auri pro regali iudicio soluturum. Datum per manus Magistri Thome Aule Regie Vicecancellarii, anno ab Incarnatione Domini MCCIX. Venerabili Johanne Strigoniensi Archiepiscopo, Reverendo Bertholdo Colocensi Electo existentibus, Calano Quinqueecclesiensi, Bolezlao Waciensi, Catapano Agriensi, Symone Waradiensi, Kalenda Vesprimiensi, Gothardo Zagrabiensi, Desiderio Chenadiensi; W(ilhelmo) Transiluano, Petro Gueriensi, Ecclesias feliciter gubernantibus. Poth Palatino et Musuniensi, Bank Bano M(ichaele) Woiawoda existentibus, Marcello Bachiensi, Jula Budriguiensi, Moche Posoniensi, Nicholao Bichoriensi, Martino Keweiensi, Alexandro Simigiensi, Ochuz Suproniensi, Moys Ferrei Castri Comitatus tenentibus. Regni nostri anno V.

(Tkalcsics, Monum. historica Episc. Zagrabiensis I. köt. 17. l.)

63.

II. Endre királynak privilegiuma, melylyel III. Béla király 1193-ki privilegiumát megerősíti, Frangepán Guido számára. 1209.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Vnitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame Seruieque Rex in perpetuum. Regie Sublimitati interest, et equitas suadet naturalis, ut qui sua statuta a suis successoribus omnibus desiderat obseruari, ipse quoque suorum predecessorum sanciones pari stabilitate studeat obseruare, ut nulla vetustate dissoluantur, que succedencium sibi Regum auetoritas pari stabilitate decreuit roborare. Quum igitur Diuine recordacionis pater noster Bela Rex fideli nostro, Bartholomeo Comiti terram in Banatu tali libertate contulit possidendam, ut eam, si filio caruerit, cuicumque de consanguineis suis voluerit, post se possit relinquere possidendam; nos eadem libertate sibi confirmantes, et petitum ipsius benignius admittentes, nepoti suo Comiti Gvidoni de Wegla, quem sibi heredem instituit, concessa, ut si ipsum predicto Bartholomeo Comite patruo suo superuiuere contingerit, illo sine herede decedente, terram quam ex Regali beneficio idem Bartholomeus meruerat obtinere, ipse Guido eodem iure perpetuo possideat. Vt autem nostre confirmacionis series prelibata perpetue firmitatis robur obtineat, presenti pagina ad noticiam deduci posteritatis, et Regie auctoritatis sigillo iussimus roborari. Datum per manus Roberti Aule nostre Cancellarij anno Dominice Incarnacionis M°CC° nono. Venerabili Johanne Archiepiscopo, Reuerendo Bertoldo Colocensi Electo existentibus, Calano Quinqueecclesiensi, Boleslao Waciensi, Katpano Agriensi, Simone Waradiensi, Desiderio Chanadiensi, Willermo Transiluano, Guthardo Zagrabiensi, Petro Jauriensi Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Poth Musuniensi et Palatino Comite, Bancone Bano, Benedicto Woyuoda existentibus;

Marcello Baciensi, Jula Budrugiensi, Michaele Wichoricnsi, — — Baraniensi, Nicolao Curiali Comiti Kewenensi, Ochuz Supruniensi, Moch Posoniensi Comitatus tenentibus, Regni nostri anno quinto.

(IV. Béla királynak 1242-ki megerősítő privilegiumából, mint alább. Sok hibával kiadva Fejérnél Cod. Dipl. III. k. 1. r. 82. l.)

64.

II. Endre királynak ünnepélyes privilegiuma, melylyel a templomrendnek dalmatiai és horvátországi birtokát megerősíti. 1209.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Licet omnibus fidei Christiane cultoribus Regia Celsitudo subvenire teneatur, hiis potissimum opera misericordie propensiori cura debet impendere, qui et Crucem Salutiferam et Sepulcrum Dominicum contra cottidianum impetum paganorum proprii sanguinis effusione laudabiliter et devote confovere noscuntur. Fratrum igitur Milicie Templi religiosam devocionem et assiduos labores, quos ab hostibus Crucis Christi incensanter perferunt, considerantes et veraci iudicio commendantes, dignum et necessarium duximus omnes Templarios, qui infra Regni nostri sunt terminos, et tam in Dalmacia quam in Chroacia, et omnia eorumdem bona mobilia et immobilia ubique contra quemlibet hominem protegere, ut proposito sue devocionis Regali gracia et virtute securi tranquilla pace regi Christo deserviant. Regia auctoritate constituimus: ut nullus Banus vel Banilus, vel aliquis alius in Regno nostro descensum vel aliquod tributum vel collectam vel liberos denarios sive marturinas, vel denarios ponderis, vel exaccionem aliquam sive aliquod

onus cuiuscunque publice funccionis a predictis fratribus Templi et eorum iobagionibus et hominibus pro quibuslibet rebus presummat exigere. Et quia nichilominus nostri est negocii salubria predecessorum nostrorum instituta approbare atque defendere, omnia illa, que a predecessorum nostrorum Regum munificencia collata sunt predicte Milicie Templi, secundum institucionis eorum modum in iure Templariorum Regali auctoritate confirmamus, sicuti Rex Hemericus frater noster dulcis recordacionis confirmavit et in eius privilegiis continetur, scilicet: villam Fratrum Milicie Templi, que sita est in terra, que vocatur Pisana in Comitatu Gorre secundum terminos et metas illius ville. Prima meta usque Belox; deinde ad Cuthinam usque ad pontem Chaoval, postea ad Jamitha, sicuti via Regis est ad Banc; et de Banc usque ad Noac, et sicuti est via, que ducit ad fontem, qui est iuxta Gustuni, deinde tendit ad primam metam que dicitur Belox. Terram vero de Cuthina per rivulum de Wolchenis ad montem superius usque ad magnam viam iure perpetuo confirmamus. Jobagiones siquidem et omnes homines, quos habebant tempore Magistri Gaufridi Marcel et Kalani Bani tam in Dalmacia quam in Croacia, sicuti pater noster bone memorie B(ela) Rex predictis fratribus concesserat, ita et nos in perpetuum in pace concessimus possidendos. Villam quoque, que vocatur Cupa, quam illis ex concessione patris nostri B(ele) Regis Comes nomine Wolchis erogavit, de qua villa ex parte Regis fuit pristaldus Petrus frater Gregorii clerici eo tempore vice Regis iudicis, et Jurk de Brichina, pristaldus predicti Comitis. Et hii sunt testes super hoc donum: Michen pater Wolchete de Belina et Bramtho de Boniche et Brisano centenarius, qui habet divisionem sue terre cum eiusdem terre terminacione. Insuper quoddam predium Haco nomine, quod illis dedit Comes Gutitemerus, qui eodem tempore erat Comes Gorre, et ex concessione Regis Stephani, qui eo tempore regnavit in Vngaria; super hoc predium fuit pristaldus Johannes de Drawa et Comes Burili de Gorice. Quemdam civilem cum fratribus suis Iwk nomine, quem frater noster illustris H(emericus) Rex Hungarie predictis fratribus contulit in elemosinam, nos eis concedimus et perpetuo confirmamus. Forum eciam quod eis pater noster B(ela) Rex beate memorie pro luminari

ecclesie Beate Marie, que sita est in curia ipsorum fratrum dedit, sit in memoria ipsius et nostri stabile in eodem loco in sempiternum. Ipsis siquidem fratribus terram quandam civilium de Comitatu de Gorra cum suis hominibus, filiis quoque hominum, perpetuo possidendam contulimus. Que terra hiis metis circuncingitur : prima meta a publica strata, que vulgo via exercitus dicitur, et tendit ad Treztenic, dehinc quoque dirigitur ad viam antiquam cementario opere supereffusam, et dehinc protelatur usque ad Cepeni, et de Cepeni usque ad fluvium Glina, cuius fluminis utramque ripam quousque in eadem terra decurrit pretaxate domui dedimus. De eodem autem fluvio adiungitur terre Bris, tenditque ad Lipechena, ac revertitur ad dictam muratam viam. Hominum vero nomina sunt hec : Ochc, Budil, frater eius Slanem, Drasila, Wasete, Wolche. Dictos igitur homines et supervenientes in eam terram sub tali forma libertatis nominate domui dedimus: ut nulli respondere sew servire teneantur, nisi magistro et fratribus: immunes eciam sint omnium exaccionionum et colleccionum, que per Sclavoniam habentur, sive pro necessitate Ducatus imponentur. Villa vero, que vocatur Cresseno, quam pater noster predictis fratribus dedit, secundum tenorem privilegii nostra auctoritate inconcussa permaneat. Villa quoque de Tresina cum omnibus suis pertinenciis certis metis circumscriptis, quarum siquidem metarum nomina sunt hec: flumen quod vocatur Cremekysa, quod vadit usque ad Cupam, ex alia parte per magnam viam regis, que vadit Zagrabiam ex parte Boniche usque ad Cupam, superius est quidam mons qui dividit metas illius terre usque ad locum qui dicitur Selath, ut superius dictum est de Cresseno, perpetuo predictis fratribus permaneat inconcussa. Civitas vero Scev, quam eis illustris B(ela) Rex pie recordacionis in puram contulit elemosinam, cum omnibus appendiciis suis, silvis scilicet et pascuis, ceterisque ad ius regale spectantibus, ipsis fratribus semper firma permaneat et iure perpetuo inconcussa, cum ecclesia Beati Georgii in eiusdem civitatis territorio sita, quam eis Petrus Archiepiscopus Salonie dedit, consistat. Villam quoque, que vocatur Glogonice, quam Prudanus Zagrabiensis Episcopus sua pecunia emit, et ex patris nostri regis B(ele) concessione cum omnibus eiusdem pertinenciis

certis metis et terminis divisam fratribus Milicie Templi in puram contulit elemosinam, nos eisdem fratribus concedimus et confirmamus, jure perpetuo possidendam. Cuius siquidem prima meta incipit de rivulo, qui dicitur Zelna, in loco ubi stat cerasus duobus ramis,et ipse rivulus fluit in aquam Glogonicam, tenens ipsorum metas, et ipsa ducit ad metam Cuthe, ibique est alveus, in quo currit aqua, dividens metas, et vadit superius in rotundum monticulum, et ducit per silvam ad metam cuiusdam proceris nomine Viniuslau, quo terras, nemora impositis super arbores crucis signaculis itur ad viam, que ducit ad Crisiensem locum, iuxta quem ingens quercus stat, cruce denotata; inde vadit ad Zopoz per silvas sicut cruces super arbores sunt incise, de quo fluit aqua et vadit in aliam aquam, que dicitur Vertilena, de qua vadit superius in nemus, et transiens montes per signa crucis itur ad viam Rostinaz, inde ad aquam que dicitur Minor Vertilena, ibique est meta in terram et aquam de terra facta et crux in quercu, et illa Vertilena dividit terram usque ad viam que ducit ad Kemyheth; de illa via vadit per montes et valles et silvas, sicut sunt super arbores crucis, itur ad terram Veysa, qui est vicinus eidem terre, abhinc descendit in fraxinum in qua est crux, et inde per mediam aquam, que est ibi, et vadit in montem ubi est lapis et lacus, et iuxta eandem sunt cruces in arboribus, et sic repetit inferius ad aquam, que dicitur Zelna, ubi est cerasus duobus ramis. Terras eciam, que Batha et Bocko et Cramca nominantur, cum omnibus suis pertinenciis, quas frater noster H(emericus) Rex dono predecessorum nostrorum addidit predictis fratribus, concessimus et confirmavimus jure perpetuo possidendas. Quarum prima meta est pirus prope Dumbouech, et inde vadit descendendo in Glonice, et sicut eadem aqua decurrit usque ad terram Logdon sic est terra Templi, inde vero ubi terre Logdon adiungitur exit foras versus orientem et ibi est terrea meta ad radicem arboris, que ulmus dicitur, et tendit superius ad montem ubi est meta terrea sub quercu, et inde descendit in Grayena, et sicut eadem aqua tenet exinde usque ad locum ubi oritur, ubi est meta sub arbore que c(len) linqua Sclavonica nominatur, ad sinistram partem est terra Domus Templi, de eadem vero arbore ascendit superius ad tres cerasos, ubi est meta terrea

7*

inde descendit a latere montis inferius ad pothoc, qui Liscowiche dicitur; et ibi est meta terrea; et sicut ille r(ivulus) descendit in Cuprouice, sic est terra Templi; de Coprouice exit foras ad fontem, inde vadit superius ad montem per semitam, deinde vadit ad vallem super ripam de Coprouice ad fagum que est gibbosa, de fago vadit superius ad montem versus occidentem de s(upra) vineas, et exinde vadit ubi est via que terras Templi et Sepulchri dividit, et per viam vadit ad foveam que kalicha in Slavonico nuncupatur. Villam quoque que Esdel vocatur, quam Banus Boricius de Bozna pro remedio anime sue prefate Domui Milicie Templi ex concessione Regis Stephani, quam eciam pater noster Bela Rex sigilli sui munimine roboravit et in perpetuum contulit, et eciam terram quam eiusdem Boricii nepotes iam dicte Domui dederunt, cum suis metis et terminis perpetuo confirmamus. Terram eciam (Sanc)ti Martini, a Castro Zagrabiensi exemptam, antea pro salute anime nostre et pro remedio antecessorum nostrorum Domui Milicie Templi in puram dedimus elemosinam cum omnibus suis appendiciis libere, quiete, iure perpetuo possidendam; licet eandem terram Crakoni Volpot, cum adhuc nobis satis fidelis existerit, donassemus, et prout meminit super hoc ad partes nostras regale privilegium impetrasset, versa fide ipsius, veluti universos non latuit, sicut et caput et omnia propria (in)fami fraude perdidit, sic et predictam Sancti Martini terram, dampnato prefato privilegio, eius heredibus Regalis auctoritas et principum quem consilium exemit, et ut fideliores munere congaudeant digniori, ipsam terram pretaxate Domui his metis circumdatam. Prima meta est Prelistia per rivum Oriconox descendendo ad Licoos, deinde tendit ad Cuchia, hinc vadit ad magnam Schernet, de magna Schernet vadit usque quo cadit in Polica, de Polica cadit in magnam Schernet, et de Schernet cadit in (Zel)ina, ubi est terra episcopalis, inde vero tendit sursum Zelinam, et inde exit foras et venit ad parvam Chernet, deinde vero vadit ad Terbensapole, exinde graditur ad Choren, deinde protenditur ad Lupoglaue, deinde vero protelatur ad siccum Loignam, iuxta (terr)am Petchonis, de sicco Loigna progreditur sursum et cadit in magnam Loignam, de hinc vero protelatur iuxta terram Philippi usque ad magnam viam que ducit Zagrabiam, abhinc vero vadit ad

metam terream, exinde progreditur iuxta terram Hertconis ad Babi(na) gora, ubi meta facta est de terra, inde tendit ubi Bogord cadit in Zelinam, inde transit per medium Zeline et vadit ad duas piros, ubi meta facta est de terra, inde vadit per medium Clenoyze et vadit ad Dumbro, et inde progreditur ad parvum limitem, deinde vadit ad Chernichina, ubi sunt tres mete, deinde protenditur et cadit in Glouice, de Glouice vadit et cadit in Chernez, ubi est arbor que clin vocatur, et ibi est meta terrea, inde protenditur per silvam et vadit in Cassina, et ibi est sita arbor que dicitur brist, et inde transit Cassina et protenditur ad quercum ubi est meta terrea, inde vero recluditur in prenominata meta Prelistia. Quibus siquidem metis veraciter circumscriptis, in pretaxatam possessionem iam dictos Fratres Milicie Templi libere et quiete in perpetuum possidendam per pristaldum nostrum tunc Zagrabiensem Comitem nomine Vanleginum, contubernarium Banconis Bani, fecimus introduci. In quam terram et silvam predictis fratribus talem contulimus libertatem, quod nec portariis nostris, nec alicui hominum, nisi assensu et benivolencia eorumdem fratrum aliquid liceat iudicando usurpare, vel usurpando iudicare. Preterea ad preces dilecti nostri fratris Cononis predicte Domui Templi servicium duorum liberorum hominum de Gorra, quos cum hereditate, heredibus et pertinenciis eorumdem a servicio communi sex generacionum excepimus, videlicet: Velizlaum et Chudizlaum, ut servicium quo nobis vel Bano tenebantur, in posterum perpetuo Templariis impendere teneantur. Ceterum sicut Rex Bela pater noster pro Dei amore Fratribus Templi dedit, ut Domus eorum et predia, per amplitudinem tocius Regni constituta, quadam singulari libertate premineant, ut a nullis videlicet prorsus invadantur hospitibus, nec Banus nec aliquis alius in illis presumat hospitari, nisi qui ab eorumdem fratrum benivolencia receptus fuerit: ita nos eis perpetuo confirmamus. Item omnes possessiones eorum munificencia Regum, largitate Principum, plebis devocione concessas, nullus Comes, nullus Princeps, nemo Baronum perturbare presumat, quas in quacumque parte habuerint Regni nostri. Ut igitur huius nostre constitucionis, concessionis, collacionis, confirmacionisque series nullis unquam temporibus infirmetur, sed inviolabili stabilitate subsis-

tat, presentem cartam super hiis confectam bulle nostre auree fecimus patrocinio communiri, quam nulli hominum infringere vel ei ausu temerario liceat contraire. Data per manus Magistri Thome, Aule Regie Cancellarii, Albensis Prepositi, anno Gracie millesimo CCIX. Venerabili Johanne Strigoniensi Archiepiscopo, Reverendo Bertholdo Archielecto Colocensi existentibus, Calano Quinqueeclesiensi, Bolezlao Vaciensi, Catapano Agriensi, Symone Waradiensi, Calenda Wesprimiensi, Desiderio Chenadiensi, Gothardo Zagrabiensi, Petro Geuriensi Episcopis Ecclesias suas feliciter gubernantibus. Poth Palatino et Musuniensi Comite, Bank Bano, Benedicto Vayvoda, Marcello Bachiensi, Jula Budrugiensi, Ochiuz Supruniensi, Monzh Posoniensi, Mich Bihoriensi, Martino Novi Castri, Alexandro Simigiensi, Moys Ferrei Castri, Farcasio Albensi, Comitatus tenentibus, Regni nostri anno sexto.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 20. l.)

65.

III. Incze pápának bullája, melylyel sz. Benedek Garam melletti monostorának birtokát megerősíti és az apostoli szék pártfogása alá veszi. 1209.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs . . . Abbati Monasterij Sancti Benedicti de Grana eiusque fratribus tam presentibus quam futuris religiosam vitam professis in predicto Monasterio religiosam uitam eligentibus. Apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eopropter, dilecti in Domino filij, uestris iustis postulationibus clementer annuentes, — — et prefatum Monasterium Sancti Benedicti de Grana, in quo Diuino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti

priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et Beati Benedicti regulam in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiter obseruetur. Preterea quascumque possessiones et quecunque bona idem Monasterium inpresentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci; firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec proprijs duximus inscribenda vocabulis :

Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm, et cum omnibus pertinentijs suis; Ecclesias Sancte Marie de Sytoua, et Sancti Egidij prope monasterium; terram Susolgi cum silua et uenatoribus; terram in Celiza, de Varanza, uillam piscatorum, et uillam Pechen, uillam Pezer, uillam Cheleoen, uillam Coach, uillam Tholomach, uillam Ceuleus, uillam Brethka, uillam de Samto, uillam de Semellah, uillam Tholomach, uillam Kalon, uillam Chefar, uillam Tayna, uillam Celepsen, predium Tessar, uillam Golluch, uillam Sichoua, uillam Charad, predium Pagran, uillam Bescene, porcionem uille de Oudouort, uillam de Gurich, uillam de Samto in medio Girach, predium Firzieg, uillam Pelli, uillam Sach, uillam Chon cum piscinis et stagnis, predium Alpar, partem uille de Somolum, predium Vrs cum uinitoribus et uineis, uinitores e uineas de Samug, porcionem uille de Ludan, piscatores vzonum ad finem Sitoua, in Camaran piscinam vzonum, in Chokot nautas, in Waz aurifabros, uillam Richrz, porcionem uille de Suillan, uillam Beillo, terram in Fus, terram in Seliche, tertiam partem de Bors, tributum fori de Sobozlou, tributum aque in Beld, tributum lignorum que feruntur super Goron, decimas aratorum Monasterij et hominum suorum ubique existentium, capellam Sancti Martini de Odort, uillam Chenesis, uillam Sichor, predium Gesteuge, et quartam partem decimarum trium Capellarum.

Sane noualium uestrorum, que proprijs manibus et sumptibus colitis, siue de uestrorum animalium nutrimentis, nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos uel laicos liberos et absolutos, a seculo fugientes, ad conuersionem recipere, et eos absque contradi-

ctione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum uestrorum, post factam in Monasterio uestro professionem, fas sit, absque Abbatis sui licentia de eodem loco discedere, discedentem uero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Obeunte uero te, nunc eiusdem loci Abbate, uel tuorum quolibet successorum, nullus sibi qualibet subreptionis astutia seu beneuolentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, uel fratrum maior pars, consilij sanioris, secundum Deum et adprobata uestri ordinis instituta prouiderent eligendum. Decernimus ergo, ut nullus omnino hominum audeat prefatum Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auffere, uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexactionibus fatigare; sed omnia integre conseruentur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnibus profutura; salua Sedis Apostolice authoritate et Diocesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisque persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere uenire temptauerit, secundum nostra commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se Diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sanctissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia pacis inueniant. Amen.

(P. H.) (Pápai jegy.)

† Ego Innocentius Apostolice Ecclesie Episcopus ss.

† Ego Guithus tit. Sancti Laurentij in Lucina Presbiter Cardinalis ss.

† Ego Centius Sanctorum Johannis et Pauli Presbiter Cardinalis tit. Pamachii ss.

† Ego Petrus tit. Sancti Marcelli Presbiter Cardinalis ss.

† Ego Benedictus tit. Sancte Susanne Presbiter Cardinalis ss.

† Ego Rogerius Presbiter Cardinalis tit. Sancte Anastasie ss.

† Ego Petrus Sancte Pudentiane tit. Pistoris Presbiter Card. ss.

† Ego Petrus Portuensis et Sancte Rufine Episcopus ss.
† Ego Johannes Albaniensis Episcopus ss.
† Ego Johannes Sabinensis Episcopus ss.
† Ego Nicholaus Tusculanus Episcopus ss.
† Ego Guido Prenestinus Episcopus ss.
† Ego Gregorius Sancti Georgij ad Uelum Aureum Diaconus Cardinalis ss.
† Ego Guido Sancti Nycholai in Carcere Tulliano Dioconus Cardinalis ss.
† Ego Octauianus Sanctorum Sergij et Bachi Diaconus Cardinalis ss.
† Ego Johannes Sanctorum Cosme et Damiani Diaconus Cardinalis ss.
† Ego Pelagius Sancte Lucie ad Septa Solis Diaconus Cardinalis ss.

Datum Laterani per manum Johannis Sancte Marie in Cosmidin Diaconi Cardinalis, Sancte Romane Ecclesie Cancellarij, idibus Maij indictione V., anno Domini M°CC°VIIII°, Pontificatus uero domini Innocentij Pape III. anno duodecimo.

(Eredetie bőrhártyán, a budai királyi kamarai levéltárban. Sok hibával kiadva Fejérnél Cod. Dipl. III. köt. 1. r. 93. l.)

66.

II. Endre király megerősíti Chepán nádornak Lesnissa helységet adományozó végintézkedését a templomrend számára.
1210.

(I)n nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Vnitatis. (A)ndreas Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomeriqeiue Rex in perpetuum. Quum dies hominis breues sunt et ipsius breuitatis terminus ignoratur, expedit vniuersis suppremum diem iudicij operibus misericordie preuenire, ut in futuro metere ualeant, quod in presenti seculo

seminarunt. Ad quam messem cottidie anelantes, et diuturnis gemitibus suspirantes, dignum et necessarium duximus, vniuersas Dei Ecclesias et personas sacris officijs mancipatas in Regno nostro protegere, vniuersaque beneficia munificencia Regum siue Principum largitate eis erogata confirmare. Sacre igitur Milicie Templi religiosam deuocionem et assiduos labores, quos ab hostibus Crucis Christi incessanter perferunt, considerantes et ueraci iudicio commendantes, terram quandam nomine Lesnissa de Comitatu de Posega exceptam, quam Chepano Bachiensi et Palatino Comiti ob insignem sue fidelitis constanciam, et multiplicia insignia meritorum primitus contuleramus; ipse quoque in extremis laborans nostro benigno assensu eandem terram predicte Milicie Templi in testamento erogauit, certis distinctisque metis undique diuisam pro remedio anime nostre Domui Milicie Templi concedimus et confirmamus. Prima meta incipit a loco, qui dicitur Starsa, et tendit ad fluuium Dobroreka; deinde Dobroreka est ei pro meta usque dum cadit in flumen Lesnissa, postea Lesnissa est sibi pro meta, usque quo cadit in Zouam; Zoua uero inferius descendens usque ad Tortina metam facit dicte terre, pars tamen Zoue ad dictam Domum Milicie Templi noscitur pertinere; postea autem per Tortina ascendens superius uersus aquilonem uadit usque ad torrentem Wieperyek; Wieperyek autem protenditur ad viam Ban; deinde per viam Ban transiens tenet metam cum filio Marci, et inde tenens metam cum filio Marci protenditur ad collem magnum Pizun; vnde protenditur ad Scelemen, et per collem Scellemen reuertitur ad predictum locum Starsa. Sicut enim predicto C. Palatino Comiti pie memorie concesseramus, quod quicquid homines super eandem terram habitantes Regi siue Bano in marturinis uel alijs fiscalibus exaccionibus soluere tenentur, sibi soli, et post eum suis heredibus soluerent annuatim, ita pro remissione peccatorum ipsius, quem tenere dileximus, et nostrorum, supra dicte Domui Milicie Templi in perpetuum concessimus. Sciendum est autem, quod super hanc donacionem sepedicto C. Palatino duo priuilegia cera et auro bullata dederamus; sed quia eo defuncto, cum fratres Milicie Templi mitteremus in possessionem eiusdem terre, et priuilegium auro bullatum non conperuissent constituimus, quod si quis iniquo ductus consilio tempore de-

currente contra ipsos fratres cum aureo priuilegio agere conaretur, eius vana et superflua accio inimicum (igy, irritum) teneatur. Terram etenim Racessan Petri filij Thatar, quem meritis suis exigentibus suspendio iudicauimus, predicte terre adiacentem, sicut sepe memorato Chepano dederamus, et ipse die qua obijt iuste ac pacifice possidebat, ita iam dictis fratribus Milicie Templi perpetuo concessimus possidendam. Prima meta eiusdem terre est secus aquam, que dicitur Lesnica, ubi (pergens) via nomine Ducanta transit ipsam aquam Lesnica; illa uero via descendens de Potus ducit Rudmam, et est pro meta pre cacumen montis per Zoym ad tres fontes, et per locum qui uulgo dicitur Eruk usque ad albam fagum; deinde descendens uersus meridiem per quandam semitam signatis crucibus ex utraque parte vie tendit ad tres dumos; vnde transiens vadit ad locum vbi, dum Ducatum regeremus, aprum interfecimus, ac proprijs manibus crucem in quadam arbore incidimus, iuxta quem locum sunt mete tres filij Marci, et ducunt ad fontem, cuius riuulus Raconicha nuncupatur, et est pro meta descendens inferius usque ad metam terream, a qua descendit rediens uersus occidentem, et ducit ad predictam aquam Lesnissam, que aqua est pro meta usque ad primo dictam metam Ducanta. Concedimus eciam et confirmamus sepe dicte Domui Milicie Templi terram, quam Odolla nepos Borichij Bani cum Ecclesia Sancte Marie in medio fundata, fratribus eiusdem Domus nostro benigno assensu erogauit, cum terris cultis et incultis, cum siluis, pratis et vineis, cum piscinis et ceteris omnibus, sicut cum certis et distinctis metis predictus Odolla iure hereditario possedit, et nobis presentibus nullo contradicente pro remedio anime sue condonauit; terram quoque quandam in Wodicha, quam Domui Templi Stephanus bone memorie Comes de Goriza erogauit cum suis metis et certis pertinencijs, sicut iuste et uicinorum noticia ipsi fratres pacifice possident, ita eis concedimus et confirmamus. Terram insuper, quam sepe dicte Domui Damaldus Comes in Comitatu de Goriza sitam, pro remedio anime sue donauit, cum suis certis metis et pertinencijs, vt stare dinoscuntur, fratribus ipsius Domus concedimus et confirmamus. Concedimus autem et confirmamus ipsis fratribus Milicie Templi ad preces fratris Cononis Magistri eorum, seruicium

duorum hominum, videlicet Velicelay, et Chudicelai vterini eius, qui nobis et soli Bano a progenitoribus suis seruire tenebantur, ut, in quo nobis vel Bano seruiebant, tam ipsi, quam ab ipsis descendentes soli Domui Templi cum suis terris et pertinencijs in perpetuum seruire teneantur. Vt igitur he a nobis facte donaciones, concessiones et confirmaciones nullis vnquam temporibus valeant reuocari, presentem paginam sigilli nostri robore fecimus communiri. Datum per manus Magistri Thome Vesprimiensis Prepositi et aule Regie Cancellarij anno ab Incarnacione Domini M°CC°X°. Venerabili Johanne Strigoniensi Archiepiscopo, Reuerendo Bertoldo Colocensi Electo et Bano existentibus, Calano Quinqueecclesiensi, Bolezlao Vaciensi, Catapano Agriensi, Simone Waradiensi, Desiderio Chenadiensi, Willermo Transiluano, Gothardo Zagrabiensi, Petro Jauriensi, Roberto Vesprimiensi, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Poth Palatino et Musuniensi Comite, Michaele Woyouoda existentibus; Petro Bachiensi et Curiali Comite Regine, Nicolao Keweyensi et Curiali Comite, Mog Posoniensi Comitatus tenentibus, Regni nostri anno sexto.

(IV. László királynak 1272. megerősítő privilegiumából a budai kir. kamarai levéltárban.)

67.

II. Endre király ünnepélyes privilegiummal megerősíti a topuskai apátság javait és szabadságait. 1211.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crovacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie Rex in perpetuum. Licet Christianissimi Reges, antecessores nostri, qui sancte religionis cultu victoriosos dies suos feliciter instruxerunt, nobis sufficiant ad

exemplum, quod ad promovendam Sanctam Ecclesiam nostre Christianitatis devocio suscitetur: manifesta tamen evidens et probata in nobis creatoris nostri benignitas, beneficiorum collacione multiplici, devocionem nostram efficacius animavit ad colendum, diligendum et exaltandum in omnibus nomen eius, cuius misericordia a tot et tantis sumus periculis liberati, de exilio ad regnum, de carcere ad solium mirabiliter sublimati, filiorum optata procreacione et dierum tranquilitate potiti. Cum ergo videamus antecessores nostros pro remedio animarum suarum in diversis locis Regni sui diversa monasteria fundasse et ea possessionibus libertatibusque dotasse: nos tum eorum exemplis imbuti, tum eciam proprie devocionis voto quod dudum animo conceperamus inducti, monasterium ad honorem Beate Dei Genitricis et Virginis Marie in loco, qui dicitur Toplica, duximus construendum, fratribusque Clarevallensis Domus, Ordinis Cysterciensis, in eodem loco Deo iugiter servituris, Monasterium ipsum cum omnibus possessionibus et libertatibus, quibus ipsum dotavimus, hereditario iure contulimus possidendum. Dedimus autem eidem Monasterio in dotem, totum videlicet Comitatum de Gorra cum omnibus pertinenciis suis preter pertinencias Templariorum in eodem Comitatu contentas, et preter sex generaciones cum tenumentis earum, quas ad iuridicionem volumus pertinere. Statuimus ergo, quod memorata Ecclesia Beate Marie de Toplica omnia iura predicta Comitatus de Gorra, alia ab his, que paulo ante excepimus, libere et integre perpetuoque possideat sub eius libertatis integritatisque tenore, quo Duces Sclavonie seu Comites de Gorra eadem antea possederunt, sive ea sint in terris, sive in pratis, sive in villis, sive in silvis, sive in foris et venacionibus, sive in aquis et portubus, molendinis et piscacionibus, sive in servis iobagionibus, sive castrensibus cum integris eorum serviciis et redditibus, quibus Duci vel Comiti servire consueverant, sive in aliis possessionibus quocumque nomine censeantur. Si quis vero post tempus huius nostre donacionis, que facta fuit Regni nostri anno secundo, aliquid de rebus eiusdem monasterii, videlicet de terris, vineis, redditibus, serviciis et maxime de piscacionibus, fraudulenter vel violenter subtraxerit, districte precipimus et sub pena Regie indignacionis edicimus, quod illud cessante con-

tradiccione eidem Ecclesie restauretur. Sunt autem nomina piscaturarum hec : Illouenie, Brathchouycha, Lubyn, Vustiloygne, Cherneth, Terdeche, Bukouia. Et quia propter quarundam aliarum terrarum intermixtionem non sine magno dispendio possent omnes mete terrarum predicti monasterii distinctis limitibus comprehendi, nos pro metis nomina principalium eiusdem Comitatus parcium ad idem monasterium de Toplica pertinencium presenti scripto fecimus annotari. Que sunt hec : Toplica cum metis suis, Golina cum metis suis, Bouicha similiter et Podegas terra ultra fluvium Cuppam, ab eo loco (ubi fluvius) qui dicitur Crauazca cadit in Cuppam usque ad terminos et metas Pescenyce, que est villa fratrum Hospitalis, Hoythna cum metis suis, Strysov, Dossice et terra Maladece et terra Brestet, Crasteuyze super Sauam cum pertinenciis et piscaturis suis, Moschenyce et terra Strepyz cum idemptitate metarum suarum, Bachus quoque eodem modo, Peche et terra Stanko, et terra Berkis, et terra Bodilo, que est super Glinam, Obeth cum metis suis, terra quoque Mogos, Chvltych, Melinoga, Stresyche, Wyzocha, terra scilicet Rados et Graduner nec non Yalseunyza, terra Murta cum metis suis. Similique modo : Brebroujza et Ozelsco cum terminis suis, Gradissa similiter et terra Prouygna et Chauche cum metis suis. In Vernycia et Chernyha et terra Sclavoygna et Copachia cum metis earum. Insula Bogdan et terra Holdice et Zelobeth et Delym cum integritate metarum suarum, Gozna et Chavwa cum omnibus pertinenciis suis. Terra quoque Ruiske et Cudina et terra Crete cum omnibus earum pertinenciis. Terra Slauen, terra Raten super fluvium Glinyza, terra Godimeri et Stebencha cum metis suis, terra quoque Gostowe et fratrum suorum et Ryvkowa et Lescowa et Werkouyla cum earum metis. Terra Veychenych et terra Gaygna cum metis suis, terra Myzeloygna et terra Vulcan super Wustimaye et Gracheniza terra scilicet Boylenic, terra quoque de Brochina cum appendiciis suis ubi sita est prima grangia de Toplicà. Insuper et Slatygnich et terra Tersa, Stresigna cum metis suis, terra Cranko filii Hlapoygna et Lohovicha, terra scilicet Muschonis cum omnibus metis suis, terra quoque Waletha et Bucha cum earum metis et pertinenciis, insuper et terra que vocatur Chernech, que fuit terra Lesconis cum portu super

Sawam. Principaliores quoque redditus et servicia, que nos tempore Ducatus nostri de eodem Comitatu recepimus annuatim, presenti pagine duximus inserenda. Pro marturinis unaqueque mansio viginti quatuor frisaticos solvere tenetur annuatim. Ab hac autem marturinarum sollucione nullus exemptus est preter quinque, quorum hec sunt nomina : Bremiuer in Bouicha, Wulkan, Werkis, Bogdan et Gostowe. Istorum quinque iovbavgionum quilibet cum fratribus suis uterinis et nepotibus debet Ecclesie de Toplica tres pensas annuatim et descensum tenere. Porcos vero regios debet Ecclesia de tota terra sua colligere, ita quod nullus ab eorum sollucione sit exemptus. Homines de foro Toplice, preter marturinas, reddere debent tonellam vini, bovem unum, et de singulis domibus panem unum, et hoc ter in anno, scilicet : in Natali Domini, in Pasca, in Assumpcione Beate Virginis. Centuriones cum suis subiectis servicium suum fideliter adimpleant, videlicet in metendo, congregando et inserendo omnes segetes Ecclesie. De casualibus proventibus in reparandis domibus, quocienscunque necesse fuerit, et in aliis debitis serviciis, in secando fenum et congregando proprio victu et vehiculis ; et annuatim persolvant Ecclesie quod olim Duci vel Comiti pêrsolvebant, scilicet : quatuor boves et triginta gallinas, quatuor anseres, trecentos panes, triginta ydrias de vino, quadraginta cubulos avene. Et de servicio Comitis Curialis cubulum similaginis, cubulum millii, cubulum mellis, bovem unum, quindecim gallinas, ovem unam, quindecim ydrias vini, triginta cubulos avene et anserem unum. In Bachus sunt homines, qui debent ibidem reparare domos et dolia, molendinum et furnum pro necessitatibus fratrum tenere, et quocumque Comes Curialis preceperit pro necessitatibus Ecclesie ire. In Abbatis tum et fratrum arbitrio relinquatur, prout utilitati Ecclesie sue viderit expedire, reddituum vel serviciorum sibi debitorum consuetudines commutare seu conveniencius ordinare ; dummodo id diligenter attendant, quod antiquorum reddituum vel serviciorum equipollencia in ipsius commutacionis seu ordinacionis tenore integra conservetur. Constituimus insuper, quod cuilibet libero homini aliunde venienti terram supradicte Ecclesie liceat habitare, et eidem monasterio ea, qua ceteri hospites serviunt lege, serviat et nullus eum impedire aut

res eius detinere presumat, dummodo de recessione eius nullum domino, de cuius terra recessit, preiudicium inferatur. Sicut autem liber intravit, ita quando voluerit liber discedat. Sicut itaque Regni nostri consuetudo legitima exigebat, nos memoratos fratres Domus Chlareuallensis in prefate elemosine nostre possessionem per pristaldum nostrum, videlicet Martinum filium Woya Comitem legitime fecimus introduci. Qui pertinencias eiusdem Monasterii cum diligenti examine in scriptis redactas, prout in presenti pagina superius sunt descripte, sub sigilli sui testimonio roboravit. Statuimus eciam et Regali auctoritate sanctimus, quod hoc Monasterium nostrum de Toplica Regale sit, inmune et liberum et a iurisdicione cuiuslibet iudicis preter Regis exemptum. Nullus Bannus seu Comes, seu alius iudex infra terminos nostre potencie constitutus super populum ipsius Monasterii iudicare, vel in pertinencias eius iurisdicionem audeat exercere, preter personam Regis, vel eum iudicem, qui ad peticionem Abbatis fuerit Judex constitutus eidem Monasterio delegatus a Rege. Abbas vero plenariam et irrefragabilem habeat potestatem universum populum suum vel per se vel per suum Comitem Curialem iudicare, sub eius libertatis et potestatis plenitudine, qua Comites de Gorra eundem populum antea iudicabant. Et ut breviter concludemus : dictum Monasterium de Toplica tanta libertatis, immunitatis et auctoritatis gaudeat prerogativa, quanta cetera Monastaria Regalia ex concessione antecessorum nostrorum preeminere noscuntur. Predictis fratribus nostris de Toplica de solucione tributi tam in exitu et introitu portarum, quam in ceteris locis Hungarie, in quibus mercaturas ad proprios usus exercebunt, eam concedimus libertatem, qua Agriensis et Pelisiensis Ecclesie ex Regali dono utuntur. Huius itaque elemosine nostre tenorem perpetuo ratum inviolabilemque fore statuimus, eumque auctoritate Regia perhenniter confirmamus per presentem paginam sigillo nostro munitam. Datum per manus Magistri Thome, Aule Regie Cancellarii et Bezprimiensis Prepositi, anno ab Incarnacione Domini MCCXI. Venerabili Johanne Strigoniensi Archiepiscopo, Reverendo Bertoldo Colocenci Electo et Bano existentibus, Kalano Quinqueecclesiensi, Bolezlao Waciensi, Catapano Agriensi, Symone Waradiensi, Desiderio Chanadiensi,

Willelmo Transilvanensi, Gothardo Zagrabiensi, Petro Geuriensi, Roberto Bezprimiensi Ecclesias feliciter gubernantibus, Poth Palatino et Mussuniensi Comite, et Mychaele Waivoda existentibus, Petro Bachiensi, Jula Budrigiensi, Banchone Bichoriensi, qui et Curialis est Comes Regine, Marcello Keueyensi qui et Curialis Comes est, Ochus Suppruniensi, Nycholao Posoniensi Comitatus tenentibus. Regni nostri anno sexto.

(Tkalcsics, Monumenta historica Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 25. lap.)

68.

Vigilia olaszhoni városban, Vitta raguzai polgárnak panasza néhány vigiliai polgár ellen tárgyaltatik. 1211.

In Episcopio Vigiliensis Civitatis, coram Episcopo et Imperiali Secretario comparuit quidam Vitta nauclerus civis Ragusinus, querelas deponens contra aliquos cives Vigilienses, qui astrinxerunt eum solvere de anchoratico, arboraticho ac plateaticho, dicens, iam ex antiquo cives Ragusii Vigiliensis urbis applicantes litora, nihil solvisse pro anchoratico aut arboratico aut mercibus Vigiliis emptis aut venditis ; neque sub tali titulo unquam aliquid solvisse Vigilienses Ragusii iam ex antiquo. Pro conservatione bonorum morum introductorum tempore Regis Friderici et suorum predecessorum, quum revera de hoc extet pactum cum Ragusio, declaratur : liberum esse predictum Vitam naucleram, et quoscumque cives Ragusii venientes Vigilias, ab exactione anchoratici, arboratici et plateatici. Propterea ordinatur Bartolomeo Notario Communis, ut istam resolutionem ponat in scriptis. Anno millesimo ducentesimo undecimo, Regni domini nostri Friderici invictissimi Regis Sicilie, Ducatus Apulie etc. anno quar-

todecimo, mense Junio, sexto die eiusdem, indictione quartadecima.

(Ljubics Simon, Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium I. köt. Zágráb 1868. 27. l.)

69.

II. Endre királynak Hidegkut (Frigidus Fons) nevű helységet tárgyazó adománya a szent sír szerzetesei számára. 1212.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Andreas Dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Galitie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Sancta et salubris est deuotio, Deo seruientibus manus karitatis elargiri, de quibus pie confiditur, quod eorum orationibus assiduis ira Summi Judicis misericorditer flectitur, et celestis aule janua clementer aperitur. Inde est, quod nos pro remedio anime nostre fratribus Sancti Sepulcri terram non habitatam, que Frigidus Fons uocatur, et Mediasmaiele, et siluam que circumdatur riuulis, in perpetuum contulimus possidendas. Primus riuulus Cumluspotoc dicitur, et uadit ad riuulum, qui dicitur Chuespotoc; inde ad fluuium Recdenic nomine, qui descendit in fluuium Tople; item a capite Cumluspotok, qui transit per medium campum, et descendit in riuulum Cepesen, circumdat montem Mediasmaiele; et inde procedit in Tople. In possessionem uero huius terre per fidelem nostrum Nicolaum Banum tunc Comitem Noui Castri fratres predicte Domus Sancti Sepulcri legittime fecimus introduci. Preterea fratribus eiusdem Domus talem concessimus libertatem, ut nullus in Regno nostro Comes uel Judex constitutus a populo iam dicte Domus denarios liberos, pondera, decimas porcorum, et maxime illos denarios, qui colliguntur in tribus festis, videlicet in Natiuitete Domini, in Pasca, et festo Sancti Regis, a iam dicto po-

pulo Domus exigat; nam fratribus eiusdem totaliter remisimus. Insuper firmiter precipimus, vt nullus Comitum uel Judicum supradictum populum iudicare presumpmat; omne enim iudicium Magistro predicte Domus dimisimus; in siluam et terram et aquam piscatoriam et non piscatoriam, ut Comes Nicolaus de Nouo Castro per fidelem hominem suum Laurencium nomine supradictis fratribus assignauit, nullus intrare uel piscari uel uenacionem exercere presumat; ab jobagionibus eorum nullum tributum aliquis tributariorum in foris uel in portibus exposcat; volumusque Deo pacefice seruiant. Si quis uero contra preceptum nostrum populum uel fratres sepedicte Domus fatigare uel indebite molestare presumpserit, Regiam grauiter indignacionem se nouerit incursurum. Vt autem hec a nobis facta donatio perpetue firmitatis robur obtineat, presentem paginam supradictis fratribus concessimus sigilli nostri testimonio roboratam. Datum per manus Magistri Thome aule Regie Cancellarij et Cybiniensis et Vesprimiensis Prepositi anno ab Incarnacione Domini M°CC°XII°. Venerabili Johanne Strigoniensi Archiepiscopo, Reuerendo Bertoldo Colocensi Archiepiscopo et Woiuoda existentibus, Calano Quinqueecclesiensi, Cathapano Agriensi, Symone Waradiensi, Desiderio Chenadiensi, Willermo Transsiluano, Roberto Vesprimiensi Ecclesias feliciter gubernantibus. Banc Palatino et Keweiensi Comite, Michaele Bano existentibus; Jvla Bachiensi et Curiali Comite, Andrea Budrigiensi, Micha Bichoriensi, Nicolao Posoniensi Comitibus; Regni nostri anno octavo.

(Eredetie bőrhártyán, melynek pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban. Ugyanott találtatik ezen okmánynak az egri káptalan által 1337. »Georgius, Petrus et Paulus filij Magistri Johannis filij Georgii de Somos pro se, et pro eodem Magistro Johanne patre ipsorum, item pro Ladizlao, Nicolao, Johanne et Iwanka fratribus ipsorum« történt előterjesztésére készített átirata.)

70.

II. Endre királynak Gorra vármegyét tárgyazó adománya a topuskai apát számára. 1213.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Andreas Dei gracia Hungarie Rex etc. Licet omnia Cysterciensis Ordinis Monasteria, que olim bone memorie patres nostri Reges Hungarie construxerunt, specialiter diligamus, maxime quia ceteris Deo firmius inherere et tam assiduis quam devotis oracionum gemitibus celos pulsare et ipsum celorum dominum frequenter pro nostris excessibus exorare creduntur: Monasterio tamen de Toplica, quod de proprio nostro fundavimus Regni nostri anno primo, ampliori dileccionis prerogativa tenemur, eo quod Fratres Clarevallensis Cenobii inibi convocavimus ad sacrosancte religionis augmentum, qui et Deo indefesse serviant, et ipsius misericordiam in districto examine nobis assiduis oracionibus valeant impetrare. Ut igitur temporalibus subsidiis sufficienter adiuti liberius Deo vacent, illis pro anime nostre remedio et antecessorum nostrorum, dedimus totum Comitatum de Gorra, sicut illum possedimus dum Dux fuimus ultra Drawam, cum prediis et metis eorum, cum aquis et piscacionibus, cum terris et pratis, cum nemoribus et silvis et venacionibus, cum omnibus redditibus, consvetudinibus et cunctis utilitatibus, que omnia ita libere teneant, sicut ea tenuimus, cum Dux fuimus ultra Drawam, exceptis sex generacionibus. Addimus eciam huic donacioni nostre tantam libertatis prerogativam, quod nullus Banus, nullus iudex nec aliquis alius, preter bonam voluntatem Abbatis, super dictum monasterium descendat, vel super populum eius, vel eundem populum audeat iudicare vel in iudicium trahere ante quamlibet personam preter personam Regis. Hospites autem et castrenses tocius prenominati Comitatus solvant in monasterio Toplice singuli de singulis mansionibus annuatim marturinas sicut nobis solvere solebant, et

cubulum unum frumenti, et alium avene, cuius mensura erit quatuor pugnorum, a festo Sancti Mychaelis usque ad festum Omnium Sanctorum, sicut et marturinas. Preterea solvant iidem hospites et castrenses collectoribus marturinarum, qui ex parte Ecclesie missi fuerint, de qualibet mansione duas pagachias et cubulum unum avene, et galinam unam. Et hec omnia ad Ecclesiam de Toplica propriis vehiculis portabunt. Soli castrenses tenentur singulis annis, quociens necesse fuerit, stabula quorumlibet animalium facere vel emendare, et hec propriis sumptibus et expensis. Constituimus insuper, ut de castrensibus predictis nullus aliquem audeat retinere. Sciendum est autem, quod in terra Monasterii Toplice sunt quidam iobagiones, qui singuli cum parentela sua solvent tres pensas frisaticorum annuatim Ecclesie Toplicensi eo tempore quo marturine solvuntur. Quorum nomina sunt hec: Gostue cum parentela sua solvet tres pensas, Bremieur cum parentela sua solvet tres pensas, Berkis cum parentela sua solvet tres pensas, Wratizla cum parentela sua solvet tres pensas, Petrus filius Murta cum parentela sua solvet tres pensas, Bogdan cum parentela sua de Insula solvet tres pensas, Holdice cum parentela sua solvet tres pensas, Wlchota cum parentela sua solvet tres pensas, Zrepiz cum parentela sua solvet tres pensas, Berglez cum fratribus suis ultra Culpam solvet tres pensas, Zlobez cum parentela sua solvet tres penses, Dilia cum parentela sua solvet tres pensas, Nestursa albus cum parentela sua solvet tres pensas, Wicho cum parentela sua solvet tres pensas, Hemelcho cum septem fratribus suis solvet tres pensas. Gostue, et Petro filio Murta, quoniam Abbati T(heobaldo) et predecessoribus suis et Ecclesie Toplice legittime servierunt, et quia in ipsius T(heobaldi) Abbatis comitatu erant, tum privilegium hoc a nobis optinuit ad multas preces eiusdem Abbatis; illis scilicet Gostue et Petro et heredibus suis in perpetuum concessimus, ut de omnibus quos ad predia que nunc tenent attraxerint, terciam partem marturinarum habebunt, et Ecclesia Toplice duas partes. Predia Gostue sunt: Maya et Stebenche; predia Petri: Yelseunenice, Serno et Celna. Omnes vero isti supradicti, qui solvunt tres pensas, per totum Regnum Hungarie ad iussionem Abbatis vel illius qui vices eius mandato ipsius suppleverit, quociens iussi fuerint,

in propriis equis et sumptibus ipsi et heredes eorum ire tenentur; et si ire noluerint, Abbatis iudicio subiacebunt. Insuper tam castrenses quam alii omnes homines terre illius cuiuscunque condicionis fuerint, in eadem terra manentes, porcos, qui ad ius Regis spectare solebant, Monasterio Toplice in perpetuum absque contradiccione aliqua ipsi et heredes solvant. In foro Templariorum de Gorra habent fratres nostri de Toplica medietatem tributi, preter pisces et peccora et primum denarium. Super hac donacione nostra tandem pristaldus noster fuit Herch, frater Rolandi et filius Bertholdi, qui eandem terram perambulavit, et supradicte Ecclesie fratribus assignavit. In hac tandem donacionis nostre pagina duximus inserendum : quod si quis Banus vel Judex vel quilibet alius, ex quo primam fundacionom fecimus Monasterio Toplicensi, videlicet Regni nostri anno primo, aliquid subtraxerit Monasterio de elemosina mea, quam supradictis fratribus contuli et eis in presenti privilegio confirmavi, liceat eius loci Abbati repetere non obstantibus quibuslibet instrumentis a nobis vel a quolibet per falsam suggestionem impetratis. Igitur stabili firmitate sanctimus, ut nullus unquam hanc nostre constitucionis paginam audeat infringere, vel ei ausu temerario contraire; quod qui presumpserit, iram Regiam, vel rerum suarum omnium ammissione, tamquam reus lese Maiestatis, absque retractatione aliqua se noverit incursurum. Et ut hec a nobis facta donacio nullis unquam temporibus valeat aboleri, ad preces venerabilis Theobaldi tunc temporis eiusdem loci Abbatis presentem paginam sigilli nostri testimonio fecimus insigniri. Datum per manus Thome Albensis Prepositi et Hungarie Cancellarii, anno ab Incarnacione Domini MCCXIII. Venerabili Johanne Strigoniensi Archiepiscopo, Reverendo Bertholdo Colocensi Archiepiscopo, et Weiwoda existentibus, Kalano Quinqueecclesiensi, Cathapano Agriensi, Symone Waradiensi, Desiderio Canadiensi, Wilhellmo Transilvaniensi, Gotthardo Zagrabiensi, Petro Geuriensi, Roberto Vezprimiensi, Jacobo Waciensi Ecclesias feliciter gubernantibus. Banc Palatino et Posoniensi Comite, et Martino Bano existentibus, Jula Bachiensi et Curiali Comite, Andrea Budriensi, Hvgone Keuueniensi, Micha Bichoriensi, Nicholao Suppruniensi, Alexandro Sumuni-

ensi, Baien Albensi Comitatus tenentibus. Regni nostro anno VIII.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 28. l.)

71.

II. Endre királynak Szent Miklós Erchy melletti szigetét tárgyazó adománya a topuskai apátság számára. 1213.

Andreas Dei gracia Hungarie Rex etc. omnibus ad quos literre presentes perveniunt, salutem in Domino. Universitati vestre notum esse cupimus, quod insulam Beati Nyeholai de Erchy Deo et Beate Marie et Domui Clarevallensi devote contulimus, et terram Toplice et Gorre secundo scripto confirmavimus testimonio. Unum volumus et auctoritate Regia precipimus, ut omnes in prefatis terris viventes Ecclesie Dei et Abbati inibi commoranti devote obediant et servicia debita impendant.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 30. l.)

72.

II. Endre király felruházza a topuskai apátot népei feletti törvényhatósággal. 1213.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Andreas Dei gracia Hungarie Rex etc. Licet omnia Cystercien-

sis Ordinis Monasteria, que olim bone memorie sancti patres nostri Reges Hungarie construxerunt, specialiter diligamus, eo quod et Deo firmius inherere, et tam assiduis quam devotis oracionum gemitibus celos pulsare, et ipsum celorum dominum frequenter pro nostris excessibus exorare crenduntur: Monasterio tamen de Toplica, quod de proprio fundavimus, Regni nostri anno primo, ampliori dilectionis prerogativa tenemur, eo quod Fratres Clarevallensis Cenobii ad sacrosancte religionis augmentum inibi convocavimus, qui et Deo indefesse serviant, et in districto examine nobis ipsius misericordiam valeant impetrare. Ut igitur temporalibus subsidiis sufficienter adiuti liberius Deo vacent, illis pro anime nostre et antecessorum nostrorum remedio dedimus Comitatum de Gorra, sicut illum possedimus cum Dux fuimus ultra Drawam, cum prediis et metis eorum, cum aquis et piscacionibus, cum terris et pratis, cum nemoribus et silvis et venacionibus, cum redditibus, serviciis, consvetudinibus et cunctis utilitatibus, que omnia ita libere teneant et in perpetum possideant, sicut ea possedimus, cum Dux fuimus ultra Dravam, preter sex generaciones. Addimus eciam huic donacioni nostre tantam libertatis prerogativam, quod nullus Banus, nullus Judex vel aliquis alius supra dictum Monasterium descendat, vel super populum eius preter bonam voluntatem Abbatis, vel eundem populum audeat iudicare vel in iudicium trahere ante cuiuslibet personam preter personam Regis. Statuimus eciam, quod Comes Curialis, quem Abbas constituerit, eandem potestatem habeat in exercendis iudiciis, quam habuit Comes noster, dum eumdem tenuimus Comitatum. Hospites autem et castrenses eiusdem Comitatus solvant Monasterio Toplice singuli de singulis mansionibus annuatim marturinas sicut nobis solvebant, et cubulum unum frumenti, et alium avene, cuius mensura erit quatuor pugnorum, a festo Mychaelis usque ad festum Omnium Sanctorum; et eodem tempore marturine solvantur. Cetere omnes ceteras consvetudines prosequuntur. Gostue, et Petro filio Murthe, quoniam Abbati Theobaldo et predecessoribus suis et Eccelesie fideliter servierunt, ad preces Abbatis ipsis et heredibus eorum concessimus de hominibus, quos ad predia que nunc tenent attraxerint, terciam partem marturinarum habere. Super hac autem donacione nostra fuit Herch,

frater Rolandi et filius Bertholdi, qui eandem terram perambulavit et sepedicte Ecclesie fratribus assignavit. In hac tandem donacionis nostre paginam stb. (mint fentebb 70. sz. a.)

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 30. l.)

73.

II. Endre királynak rendelete, hogy a topuskai monostornak vagyona épségben fenntartassék. 1213.

Andreas Dei gracia Hungarie Rex, etc. omnibus Banis, Judicibus, ad quos litere presentes pervenerint, salutem et graciam. Ex conquestione dilecti Abbatis nostri Toplice nobis innotuit, quod elemosina nostra, quam ei per privilegium nostrum contulimus, de die in diem minuitur, quod nobis et in obprobrium cedit et in Ecclesie nostre Toplice maximum detrimentum; maxime de castrensibus suis, quos aliqui de viciniis eius contra privilegium nostrum detinere presumunt. Unde vobis auctoritate Regia firmiter precipiendo mandamus, quatenus dictos castrenses, quos Abbas vel fratres eius nobis nominaverint, sicut graciam nostram diligitis, Ecclesie nostre Toplice, remota occasione, absque contradiccione aliqua restitui faciatis, ita quod eiusdem loci Abbas vel fratres pro defectu iusticie ad nos recurrere minime compellantur, immo eos vice nostra, quia nostri sunt et a nobis remoti, fideliter defendatis.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 31. l.)

74.

II. Endre király a topuskai monostort megerősíti birtokában és jogosítványaiban. 1213.

Andreas Dei gracia Hungarie Rex etc. Theobaldo Abbati et fratribus Toplice Cysterciensis Ordinis in perpetuum. Cum omnia Cysterciensis Ordinis monasteria, que olim bone memorie patres nostri Reges Vngarie construxerunt, specialiter diligamus, eo quod et Deo firmius inherere, et tam assiduis quam devotis oracionum gemitibus celos propulsare et ipsum celorum dominum frequenter pro nostris excessibus exorare creduntur: Monasterio tamen de Toplica, quod de proprio fundavimus Regni nostri anno primo, ampliori dileccionis prerogativa tenemur, eo quod fratres Clareuallenses ad sacrosancte religionis augmentum inibi convocavimus, qui et Deo serviant indefesse et in districto examine nobis ipsius misericordiam valeant impetrare. Ut igitur temporalibus subsidiis sufficienter adiuti liberius Deo vacent, illis pro anime nostre es antecessorum nostrorum remedio dedimus in perpetuum totum Comitatum de Gorra, sicut illum possedimus cum Dux fuimus ultra Dravam, cum prediis et metis eorum, cum aquis et piscacionibus, cum terris et pratis, cum nemoribus et silvis et venacionibus, cum redditibus et consvetudinibus et serviciis et cunctis utilitatibus, que omnia ita libere teneant, sicut ea tenuimus cum Dux fuimus ultra Dravam, exceptis sex generacionibus. Addimus eciam huic donacioni nostre tantam libertatis prerogativam, quod nullus iudex neque aliquis alius preter bonam voluntatem Abbatis super dictum monasterium vel super populum eiusdem Monasterii audeat descendere vel eundem populum iudicare vel in iudicium trahere ante quamlibet personam preter personam Regis. In hac tandem donacionis nostre pagina duximus inserendum : quod si quis Banus vel Judex vel quilibet alius, ex quo primam donacionem fecimus, videlicet Regni nostri

anno primo, aliquid predicto Monasterio subtraxerit de terris vel pratis vel piscacionibus vel quibuslibet rebus aliis que supra nominavimus; liceat Abbati eiusdem loci ea repetere non obstantibus quibuslibet instrumentis a nobis vel a quolibet per falsam sugestionem impetratis. Igitur stabili firmitate sanctimus, ut nullus unquam hanc institucionis paginam audeat infringere vel ausu temerario contraire; quod qui presumpserit, iram Regiam cum omnium rerum suarum amissione tamquam reus lese Maiestatis absque retractatione aliqua se noverit incursurum. Et ut hec a nobis facta donacio nullis unquam temporibus valeat aboleri, ad preces verabilis Theobaldi tunc temporis eiusdem loci Abbatis presentem paginam sigilli nostri testimonio fecimus insigniri.Datum per manus Thome Albensis Prepositi, Hungarie Cancellarii, anno ab Incarnacione Domini MCCXIII. Regni autem nostri anno VIII.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 32. l.)

75.

Ziani Péter velenczei dogenek beismerése, hogy Frangepán János veglai gróf Velencze irányában tartozásainak eleget tett. 1213.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo tercio decimo, mensis Madii, indictione prima, Rivoalti. Plenam et irrevocabilem securitatem facimus nos quidem Petrus Ziani Dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Croatie Dux cum nostris heredibus tibi namque Johanni Veglensi Comiti et tuis heredibus de quantocumque nobis dari tenebaris in anno nuper transacto, finis cuius anni fuit festum Sancti Michaelis nuper sub indictione eadem transgressi millesimi, tam pro regalia nostra,

quam etiam pro Comitatu Vegle et insule totius atque pro insula de Perviki secundum tenorem unius promissionis carte, quam Henrico Dandulo bone memorie predecessori nostro fecisti hic in Rivoalto anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo nono, mensis Aprilis, indictione secunda, velut in ea legitur, et legitur de premissis; quam promissionis cartam pro vigore et robore suo Judices, Consilarii, Advocatores et Camerarii Communis Venetiarum, eiusdem Venetiarum populi callaudatione nobis transactarunt per securitatis cartam exinde factam anno Domini millesimo ducentesimo septimo, die nono intrante mensis Septembris, indictione undecima, Rivoalti, ut in ea plenius continetur. Nunc autem, quia tu de suprascripto anno nuper transacto nos cum integritate paccasti et deliberasti, a modo igitur in antea inde securus et qietus permanebis in perpetuum; quia nihil de ipso anno nuper transacto, sicut dictum est, remansit, unde te amplius requiri aut compelli nollumus pro ullo ingenio. Quod si unquam contra hanc securitatis cartam irrevocabilem temptaverimus, componere promittimus cum nostris heredibus tibi et tuis heredibus auri libras quinque, et hec securitatis carta in sua firmitate permaneat.

† Ego Petrus Ziani, Dei gracia Dux, manum misi.

† Ego Johannes Vituri testis subscripsi.

† Ego Henricus Polani testis subscripsi.

L. S. Ego Michael Bonifacius Presbiter et Plebanus Sancte Marie Jubianici et Notarius, complevi et roboravi.

(Ljubics, Monum. spect. hist. Slav. Merid. I. köt. 28. l.)

76.

II. Endre királynak a Gorre megye feletti törvényhatóságot tárgyazó adománya a topuskai apát és monostor számára. 1213. körül.

Andreas Dei gracia Hungarie Rex etc. omnibus presens scriptum inspecturis salutem in eo, qui est salus omnium. Licet inter cetera virtutum opera largiendi beneficium a plerisque semper commendetur; ibi tamen memoria precipue commendatur, ubi pro salute ipsius largientis, beneficii receptores Divinam misericordiam die noctuque inemoriter deprecantur. Hac itaque racione salubriter premoniti, Domui Toplice de Gorra, nostre videlicet prime devocionis plantacioni, concedimus et volumus, ut Comitatus Gorre cum universis suis pertinenciis et populis in eo commorantibus, preter sex generaciones, ita serviant et ea consvetudine, qua nos iam dudum Regie Maiestatis libertate cum privilegio nostro confirmantes in perpetuum concessimus serviendum. Quapropter hanc nostre donaciones stabilitatem presencium posterorumque noticie significantes, firmiter damus in mandato nostro fideli Bano, videlicet nunc existenti et omnibus quicumque loco vel tempore aliquo post ipsum fuerint constituendi, quatenus Abbatem et Monachos Sancte Marie in Toplica de Gorra et populum sibi subiectum, nec pro descensu contra voluntatem Abbatis in populo Ecclesie exigendo, nec pro gravamine alicuius exactionis inquirendo deinceps inquietare presumatis sive molestare, sed eo iure et libertate, qua nos per privilegium nostrum eis concessimus, pacifice ipsos possidere permittatis. Preterea universis populis et iobagionibus castrensibus ad prefatam Ecclesiam spectantibus mandamus et firmiter precipimus, quatenus omni remota erroris caligine fideliter et debito more sepedicte Ecclesie Abbati et fratribus suis servire studeatis in omnibus, sicut decet dominis vestris.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 33. l.)

77.

II. Endre királynak védlevele a topuskai monostor számára. 1213. körül.

Andreas Dei gracia Hungarie Rex etc. Universis Comitibus in Sclavonia constitutis salutem et graciam. Mandamus vobis et precipimus, quatenus Domum meam de Toplica custodiatis, a malefactoribus et raptoribus defendatis; alioquin indignacionem Regiam incurretis; quia qui male fecerit predicte domui, quasi qui tetigerit pupillam oculi mei. Precipimus eciam, ut si quis de elemosina nostra aliquid subtraxerit predicte domui, id eis restituat in instanti.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 33. l.)

78.

II. Endre királynak rendelete a topuskai monostor jobbágyaihoz, hogy az uradalmi tartozásokat teljesítsék. 1213. körül.

Andreas Dei gracia Hungarie Rex etc., jobagionibus Ecclesie de Toplica salutem. Mandamus vobis et firmiter precipimus, quatenus tribus vicibus per annum cum curribus vestris ad preceptum Abbatis vel Prioris serviatis, et item tribus diebus per annum in propria persona laboretis. Quod si non feceritis, iram Regiam graviter incurretis.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 34. l.)

79.

II. Endre király vásártartási jogot engedélyez a topuskai apátnak Bachusa helységre nézve. 1213. körül.

Andreas Dei gracia Hungarie Rex etc., omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem. Presentibus notum esse, volumus, et non latere posteros, nos elemosinam nostram de Toplica in omnibus augmentari cupientes, Abbati eiusdem loci concessisse et licenciam dedisse, forum faciendi in Bachusa, quod eadem firmitate libertateque volumus roborari, qua cetera Regni nostri fora gaudere dinoscuntur. Hinc est quod districte precipimus et sub pena Regie indignacionis indicimus, ne quis homines undecunque ad dictum forum venientes seu inde recedentes impedire vel molestare presummat, sed pocius gracie nostre recuperacionis obtentu eos protegat et defendat.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 34. l.)

80.

II. Endre király a topuskai monostor népeinek jogi állását biztosítja. 1213. körül.

Andreas Dei gracia Hungarie Rex etc. Precipio omnibus presens scriptum inspecturis, quod quicumque populos Abbatis Toplice vel terras detinuerit, vel super populos illius fertonem collegire nobis fecerit, et ipsos cum terra eorundem restituat Abbacie prenotate. Quod si non fecerit, iram nostram

graviter incurret et totam possessionem suam dare Abbacie in perpetuo possidendam non dubitet.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 34. l.)

81.

II. Endre királynak több zágrábi várnép földjét tárgyazó adománya Baran zágrábi dékán számára. 1214.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Regia benignitas circa sibi benemeritos consvevit congrue manum largitatis ampliare, pro quibus intercedit longanimis servicii fidelitas, et pro quibus morum probitas dignoscitur efficaciter allegare. Attendentes itaque dilecti ac fidelis nostri Barani Decani Zagrabiensis, fidelitatis constanciam, quam nobis in omnibus favorabiliter exhibuit, et digna remuneracione dignam esse perpendentes, in recompensationem sui servicii terram quorumdam duorum fratrum, videlicet Cehna et Weretk, castrensium Zagrabiensis Castri, sibi et suis successoribus contulimus libere et pacifice perpetuo iure possidendam, scilicet: ut sive vendendi sive donandi seu in testamento ecclesiis vel aliis personis relinquendi, cessante omni contradictione, liberam de cetero ex nostra auctoritate habeat potestatem. In cuius terre possessionem ipsum per pristaldum nostrum Martinum Banum, qui tunc temporis in illis partibus Banatus fungebatur dignitate, secundum Regni nostri consvetudinem fecimus indroduci. Prima igitur meta terre supradicte incipit a villa Scepnicha, predii eiusdem Baran Decani; deinde tendit versus aquilonem et venit ad quandam publicam stratam, que in illis partibus via regis vocatur, et per eandem viam vadit usque dum predicta via

intrat in quandam aquam nomine Tornua; et per eandem aquam derivatur donec predicta Tornua defluit in Zowam, et versus australem partem eadem Zowa circuit omnes alias terras eiusdem Barani Decani huic terre contiguas, de qua in presenti agitur, ac per eandem aquam Zowa revertitur ad supradictam villam Sepnicha unde primo meta processerat. Indulsimus eciam eidem Barano Decano, et per eum suis heredibus perpetuo marturinas C mansionum, de parte que nos contingit, ita ut nullus homo Bani ad colligendas marturinas transmissus super predictas C mansiones de populo iam dicti decani descendere, aut collectam marturinarum de cetero exigere presumat, sed totaliter sepedicto Barano Decano relinquat in pace colligenda. Ut autem hec a nobis suprafate terre ac marturinarum facta donatio nullis unquam valeat temporibus retractari, et ne quis sepedictum Baranum Decanum aut eius successores super hiis audeat de cetero molestare, presentem paginam sigilli nostri caractere fecimus insigniri. Datum per manus Thome Aul° Regie Cancellarii et Albensis Prepositi, anno ab Incarnacione Domini MCCXIIII. Venerabili Johanne Strigoniensi, Reverendo Bertholdo Colocensi Archiepiscopis existentibus, Kalano Quinqueecclesiensi, Cathapano Agriensi, Desiderio Cenediensi, Symone Waradiensi, Willelmo Ultrasylvanensi, Gothardo Zagrabiensi, Petro Geuriensi, Roberto Wesprimiensi, Jacobo Watiensi Episcopis Ecclesias feliciter gubernantibus. Nycholao Palatino et Comite Budruguiensi, Ocuz Bano et Comite Symigiensi, Jvla Woyawoda et Comite Zounukiensi existentibus, Salamone Bachiensi, — — Magistro Tawarnicorum, Micha Bihoriensi, Soyargdo Posoniensi, Johanne Supruniensi, Pothone Mussuniensi, Misca Ferrei Castri, Martino Cenadiensi et Curiali Comite, Nycholao Albensi, Comitatus tenentibus. Regni nostri anno nono.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 35. l.)

82.

István zágrábi püspök több jószágot adományoz az ottani káptalannak, mit Bertold kalocsai érsek helyben hagy. 1215.

B(ertholdus) Dei gratia Sacre Colocensis Ecclesie Archiepiscopus omnibus presencia scripta perscrutantibus in ve(ro) [salutari salutem]. Bone rei dare consultum cum sacris sanctionibus pium profecto probetur esse et honestum. Nos — — — — — — — — — — — — — — — — (pe)tencium facilem tenemur con(ceder)e assensum — — quod ab equitatis tramite n(on) — — — — — — — — — — — — — — ca iustis p(recibus) — — — — — — — — — (Zagr)abiensis Electi, fratris nostri in Christo dilecti — — — — — — — — — — — — — — Canonicis eiusdem Ecclesie, eorumdem p — — — — — — — — — — — — num duxerat affectum caritatis — — — — — — — — — — — — — — — — cuimus firmitatis eff — — — — — — — — — — tionis continentia per predicti Electi privilegium, hoc tenore exprimitur.

Ego S(tephanus) Dei gracia Zagrabiensis Episcopus notum facio omnibus presentem paginam inspecturis: quod pietate motus, fratrum nostrorum iustis peticionibus, et potissime paupertate eorum circumspecta, hec predia, videlicet Sciteh et Odra, Pribisseu et Drencina, sicut in magno privilegio Regis Hamerici habebatur; hoc tamen non obstante, quod predia in iam predicto privilegio Haimerici Regis inter bona episcopalia computantur, contuli, donavi proprietatem cum usu fructu naturalem, civilem possessionem, simul cum vero dominio tradidi fratribus meis possidenda perpetuo, promittensque, fideliter renunciando omnibus privilegiis constitutis vel constituendis, omnique consvetudini, actionibus et exceptionibus et allegationibus, irrepetendo supra dicta predia; nullo tempore ausu temerario contra paginam proprie donationis veniendo, possessionem fratrum meorum

perturbare, sed pocius in pacifica possessione eos ab omni infestante defensare. De metis vero quibus predia concluduntur, et de testibus in privilegio proxime recitato sepe dicti Electi plenarius continetur.

Nos itaque votis diligencium Deum debito concurrentes assensu hanc donationem confirmamus, ratum et gratum habemus, statuentes, quod nulli unquam hominum contra paginam nostre confirmationis liceat dicta predia perturbare indebite; quod si quispiam ausu temerario attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei se noverit incursurum. Anno ab Incarnatione Domini MCCXV. Regnante in Vngaria glorioso Rege Andrea, B(ertholdo) Arciepiscopo Colcensi existente, et J(oanne) Bano Sclavonie existente.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 36. l.)

83.

A római szék kiküldött biráinak bizonyságlevele, hogy a szent Egyed somogyvári monostor magát a pannonhalmi apátságnak fizetendő tizedre kötelezte. 1215.

Notum sit omnibus has litteras inspecturis, quod nos Jauriensis Episcopus, et Waradiensis et de Beel Abbates iudices fuimus a domino Papa delegati, in causa que uertebatur inter Abbatem Sancti Martini ex vna parte, et Abbatem et monachos Symigienses ex altera, super decimis prediorum, orreorum, cellariorum et populorum suorum, et parrochianorum Capelle Sancti Petri, et aliarum rerum que ad Symigiense Monasterium pertinebant. Haas decimas Abbas Sancti Martini predictus tamquam debitas suo Monasterio uendicabat. Cumque super hys coram nobis aliquamdiu fuisset processum; tamen recognoscentes Monachi, quod predicte decime ad ius et proprietatem Monasterii Sancti Martini pertine-

rent, iurauerunt in presencia nostra, se de cetero predictas decimas integre saluturos. Idipsum Abbas, qui postmodum successit, Herveus nomine, recognouit et promisit coram nobis, vnacum monachis suis, et testimoniales suas litteras et Conuentus concessunt Abbati predicto. Quarum tenor talis est:

Notum facimus stb. quod Ego Herveus Abbas Sancti Egidii stb. (következik a somogyi konventnek 1215-ki elismervénye, mint azonnal 84. sz. a.)

Nos autem predictam recognicionem ratam et firmam habentes, has litteras testimoniales nostris sigillis munitas ad perpetuam rei memoriam et firmitatem fieri fecimus, ut censeantur publica munimenta. Actum est hoc anno Domini M°CC°XV°.

(Dénes nádornak 1238. ítéletlevéléből, mint alább.)

84.

A Szent Egyed somoggvári apát és monostor elismervénye, hogy a pannonhalmi apátságnak tizedet fizetni tartoznak. 1215.

Notum facimus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod Ego Herveus Abbas Sancti Egidii de Symigio, et nos Monachi eiusdem Monasterii, constituti videlicet in presencia Jauriensis Episcopi, et Abbatis Waradiensis, et Abbatis de Beel, a domino Papa delegatorum Judicum, pro causa scilicet que uertebatur inter Abbatem et Monachos Sancti Martini de Pannonia, et Nos Symigienses, communi consilio et consensu tocius nostri Capituli, nolentes sequi maliciam et iniquitatem Hilliberti Abbatis et suorum fautorum, qui perturbabant possessiones Monasterii Sancti Martini de Pannonia in decimacionibus aratrorum, orreorum, cellariorum propriorum, et populorum nostrorum, ac parrochianorum Ca-

pelle Sancti Petri; nolentes eciam contraire priuilegiis Sancti Regis et Romanorum Pontificum, sed malentes iuri parere, quam improbe litigare; promittimus et firmiter nos nostrosque successores obligamus ad solucionem predictarum decimarum, quia eas de iure debet habere, plenam et integram prefato Monasterio faciendam; videlicet de omnibus aratris, orreis, cellariis propriis, et populis nostris, et parrochianis Capelle Sancti Petri, non impediemus, nec faciemus impediri, nec per nos nec per successores nostros; sed omnium pedictorum decimas dictum Monasterium pacifice et quiete possideat, sine nostre successorumque nostrorum contradiccione. Et ut perpetuitatis robur optineant, has litteras fecimus nostro et Conuentus nostri sigillo roborari. Actum est hoc anno Dominice Incarnacionis M°CC°XV°.

(Dénes nádornak 1238-ki itéletlevéléből, mint alább.)

85.

II. Endre királynak Sz. György helységet tárgyazó adománya főpohárnoka Sebes számára. 1216.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerique Rex in perpetuum. Cvm Regie Celsitudinis munificencia nullis terminis coarcetur, sed optima in Principe donandi mensura inmensitas iudicetur: precipua tamen est erga benemeritos circumspeccio adhibenda, ne quis apud illum sui laboris premio defraudetur, qui sue liberalitatis beneficia eciam ad externos usque protendit. Inde est, quod fideli nostro Sebes Magistro Pincernariorum ob eximia sue probitatis et merita, et intemerate fidelitatis eius constanciam, predium quoddam Sengurg nomine ex nostra Regia largitudine a Chepano Bano Miche filio comparatum, cvm qua-

tuor uillis eidem predio pertinentibus, quarum nomina sunt hec : Cheka, Joan, Cazteilan et Ybrehart, sibi et per eum heredibus suis perpetuo contulimus possidendam (így). Talem siquidem dicto predio cum uillis sibi pertinentibus donantes libertatem, quod super populum in illis commorantem nullus collectorum ponderum siue liberorum denariorum pondera seu liberos denarios de cetero presumat exigere, nec eciam ad parandas indagines uel fossata, seu eciam ad aliquod negocium castri ire constringantur. Concessimus autem prefato S. fideli nostro, ut in supradicto predio Sengurg forum ab omni exaccione tributi liberum possideat; ita quod nullus tributarius conuenientes ad iam dictum forum super exaccione tributi presumat indebite molestare. Uerum quia presentis priuilegij series prioris sigilli nostri munimine, quod in occisione Regine Gertrudis nostre dilectissime coniugis fuit deperditum, consignata fuerat, presentem paginam renouandam fore dignum duximus, et alio sigillo, quod contra false cauillacionis dolositates, que possent accidere, parari fecimus, ut facta per nos predicti predij Sengurg donacio tam nostris, quam nostrorum successorum temporibus firma semper et inretractabilis permaneret, in perpetuum roborauimus. Renouatum per manus Thome Albensis Prepositi et aule Regie Cancellarij anno ab Incarnacione Domini M°CC°XVI°. Venerabili Johanne Strigoniensi, Reuerendo Bertoldo Colocensi Archiepiscopis existentibus; Calano Quinqueecclesiensi, Cathapano Agriensi, Desiderio Cenadiensi, Symone Waradiensi, Willermo Vltrasiluano, Petro Geuriensi, Roberto Wesprimiensi, et aliis Episcopis Ecclesias feliciter gubernantibus. Jvla Palatino, Pousa Bano, Dyonisio Magistro Tawarnicorum et Comite Noui Castri, Ochuz Curiali Comite existentibus, Regni nostri anno XII°.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét töredéke vörös-sárga selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

86.

II. Endre királynak Nyitra megyei Kosztolán nevü föld adományát tárgyazó privilegiuma főpohárnoka Sebes számára. 1216.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crouacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Cum Regie Celsitudinis munificencia nullis terminis coartetur, sed optima in Principe donandi mensura inmensitas iudicetur : precipua tamen est erga bene meritos circumspectio adhibenda, ne quis apud illum sui laboris premio defraudetur, qui sua liberalitatis baneficia eciam ad extraneos usque protendit. Eapropter fideli nostro Sebes ob continuum sue fidelitatis seruicium et prerogatiuam meritorum, quandam terram Costulan nomine in Comitatu Nitriensi sitam, et ad ipsum Castrum pertinentem, certis metis ex omni parte a circumiacentibus terris distinctam sibi et per eum suis heredibus jure perpetuo contulimus possidendam, et eum per pristaldum nostrum Hene consanguineum Hyrce quondam Comitis in possessionem eiusdem terre fecimus introduci; metas eciam a prefato pristaldo erectas ad maiorem rei certitudinem presenti scripto duximus inserendas. Dicta terra incipit ab aqua Dwdwag, ibi tenet metam cum terra ville Byssenorum ; et inde ascendit superius, et inueniuntur arbores, et ibi sunt mete sub arboribus, videlicet terra congregata super stipites ipsarum arborum ; ibidem eciam tenet metam cum filijs jobagionum de Nitria, videlicet Fonchol et fratrum suorum ; et inde procedendo tenet metam cum villa Boguna ; et ibi reperitur vallis, et per vallem eundo superius tenet metam cum terris ville Radichov ; et ibi reperitur quedam via que separat dictam terram a terris ville Wyteluche, positis tamen terreis metis aliquibus iuxta eandem viam ; eciam eadem via vlterius procedens separat terram sepedictam a terris filiorum Johannis,

Mathei videlicet, Petri et Emerici; inde inuenitur vallis, per quam transit eadem via, in cuius medio est quedam pirus, super cuius stipitem terra congregata est pro meta; vbi eciam tenet metam cum filijs Herche, Stepano videlicet et Zobozlov; et inde aquam Dwdwag, et aquam Bysturus; postea et inde transiens per medium prati venit ad vnum locum, qui vocatur Feketesar, vbi tenet metam cum villa Bey, terris eiusdem ville Bey pertingentibus vsque ad dictum Feketesar; et inde eundo inferius vadit ad pratum vbi est pirus, super cuius stipitem terra congregata est similiter pro meta; et ibi tenet metam cum villa Byssenorum et villa Bey; et inde transiens predictum fluuium Dwdwag reuertitur ad primam metam. Verum quia presentis priuilegij series prioris sigilli nostri munimine, quod in occisione Regine Gertrudis nostre dilectissime coniugis fuit deperditum, consignata fuerat: presentem paginam renouandam fore dignum duximus, et alio sigillo, quod contra false cauillacionis dolositates que possent accidere, parari fecimus, ut facta per nos iam dicte terre Costulan nomine prefato Sebus Magistro, et per eum suis legitimis successoribus donacio tam nostris quam nostrorum successorum temporibus firma semper et inretractabilis permaneat, in perpetuum roborauimus. Renouatum per manus Thome Albensis Prepositi et aule Regie Cancellarij anno Dominice Incarnacionis M°CC°XVI°. Venerabili Johanne Strigoniensi, Reuerendo Bertoldo Cholocensi Archiepiscopis existentibus; Kalano Quinqueecclesiensi, Kathapano Agriensi, Willelmo Vltrasiluaniensi, Desiderio Cenadiensi, Petro Geuriensi, Roberto Vesprimiensi, Stefano Zagrabiensi, Jacobo Vaciensi Episcopis Ecclesias feliciter gubernantibus. Jula Palatino, Pousay Bano, Dionisio Magistro Tauarnicorum et Comite Noui Castri, Ipoc Wayuoda, Ocuz Curiali Comite existentibus, Regni nostri anno duodecimo.

(A győri káptalannak 1397. »quartodecimo kalendas Nouembris,« »Comites Temel et Petrus filij Petri; ac Thomas filius Johannis de Zenthgyurg; item Georgins et Nicolaus filij Nicolai de Bozyn« kérésére kiadatott átiratából; a budai kir. kamarai levéltárban.)

87.

II. Endre királynak Bazin helység adományát tárgyazó privilegiuma Tamás nyitrai főispán számára. 1216.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmatie, Chroatie, Rame, Seruie, Galitie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Cvm Regie Celsitudinis munificencia nullis terminis coartetur, sed optima in Principe donandi mensura inmensitas iudicetur: precipua tamen est erga bene meritos circumspectio adhibenda, ne quis apud illum sui laboris premio defraudetur, qui sue liberalitatis beneficia etiam ad extraneos usque protendit. Inde est, quod fideli nostro Thome Comiti Nytriensi ob continuum sue fidelitatis seruitium et insignia meritorum, terram quandam Bozen nomine, que ad Castrum Posoniense pertinebat, certis metis undique a circumiacentibus terris distinctam, sibi et per eum suis heredibus iure perpetuo contulimus possidendam, et per Pothonem tunc Comitem Posoniensem ipsum in possessionem eiusdem terre fecimus introduci; qui ad metas eleuandas circumquaque quendam suum contubernarium Gregorium nomine destinauit. Mete autem hoc ordine disponuntur: Prima meta est caput Zolose; inde uadit ad fluuium Hylyunit; transito autem Hylyunit tendit superius ad quandam uiam diuidentem terram uille Mhyr a terra, quam dicto Comiti Thome concessimus; et per eandem uiam tendit ad fluuium Bistric; et per Bystric tendit superius usque ad locum, ubi dictus Bystric scinditur in duas partes, et per sinistram partem tendit superius usque ad caput; a quo loco transiens per mediam uiam Jablan uenit ad uiam Misle; et tendendo parum superius per eandem uiam declinat ad sinistram dimissa illa uia, et ibi est meta lignea; a qua descendendo peruenit ad caput fluuij Luthynt, qui separat predictam terram a terra ville Turdune; et per dictum Luthynt descendendo venitur ad quandam viam, que uia transiens per pratum, quod dicitur

liget, ducit ad quandam fossatam; transit illam, et per eandem uiam procedit aliquantulum, et via derelicta tendendo ad sinistram peruenit ad fluuium Succa; et per eundem fluuium tendit inferius ad unum nemus, quod dicitur Lipounuc; et de Lipounuc incipit tenere metam cum uilla Svslan, et uadit usque ad nemus; quo nemore transito per medium tendit superius, et per metas de terra procedendo, sinistra parte pertinente ad villam de Suslan, quod est ad dextram est dicti Thome Comitis usque ad primam metam. Inter dictas tamen metas sunt multe alie mete de terra et super arbores, quas necesse non est nominare. Verum quia presentis priuilegij series prioris sigilli nostri munimine, quod in occisione Regine Gertrudis nostre dilectissime coniugis fuit deperditum, consignata fuerat; presentem paginam renouandam fore dignum duximus, et alio sigillo, quod contra false cauillacionis dolositates, que possent accidere, parari fecimus, ut facta per nos predicte terre Bozen donacio tam nostris quam nostrorum successorum temporibus firma semper et inretractabilis permaneret, in perpetuum roborauimus. Renouatum per manus Thome Albensis Propositi et aule Regie Cancellarij, anno ab Incarnacione Domini M°CC°XVI°. Venerabili Johanne Strigoniensi, Reuerendo Bertholdo Colocensi Archiepiscopis existentibus. Calano Quinqueecclesiensi, Cathapano Agriensi, Desiderio Chenadiensi, Symone Waradiensi, Willelmo Transsiluanensi, Petro Gevriensi, Roberto Wesprimiensi, et alijs Episcopis Ecclesias feliciter gubernantibus. Jvla Palatino, Pousa Bano, Dyonisio Magistro Tawarnicorum et Noui Castri Comite, Ochuz Curiali Comite existentibus, Regni nostri anno XII°.

(Eredetie bőrhártyán, a kék-sárga-vörös selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban. Az okmánynak része kiadva Fejérnél Cod. Dipl. VII. köt. 2. r. 475. l. V. ö. u. o. 464. l.)

88.

II. Endre királynak Lengend földet tárgyazó adománya Tamás, Botch fia számára. 1216.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Reuerenda Regum sublimitas, etsi innate sibi nobilitatis quodam priuilegio largitatum suarum donis extraneis eciam debeat occurrere; precipuam tamen erga suorum subditorum differencias debet habere diligenciam; ut quanto quis sibi fidelius famulatur, tanto propensius munificencie sue donis remunerandus fore censeatur. Animaduersione siquidem Regie circumspectionis nostrorum fidelium seruicia pre occulis mentis habentes, propter eximie fidelitatis constanciam, quam in nostro fideli Thoma filio Botch multarum probitatum exhibicione veraciter sumus experti, in suorum recompensacionem meritorum pro concambio terre sue, quam pridem sibi contuleramus in Scipus, terram deserti loci, vbi magnis laboribus propriis sumptibus duas magnas villas constituerat, terram quandam quinque mansionum populorum castri de Nevgrad exemptam nomine Lengend, tam sibi quam suis heredibus contulimus in perpetuum possidendam. Quem in possessionem dicte terre per fidelem iobagionem nostrum tunc temporis Palatinum, scilicet Banchonem fecimus introduci, licet interpolato aliquanto temporis spacio, presens priuilegium fieri iussissemus; quia cum dictus Thomas in iam dictam terram introductus fuisset, quidam de iobagionibus dicti castri nomine Wylmos cum sociis suis super medietate dicte terre ipsum prohibuit, quod propria (sua) terra esset, nec Rex eam sciendo contulisset. Super qua dum diu disceptatum inter eos fuisset, tandem ordine judiciario presencia nostri probatum est, quod dictus Wylmos nichil ibi iuris habuisset. Vnde nos factam liberaliter a nobis donacionem, sicut iuste; quia quod poteramus tradidimus, sigilli nostri munimine roborauimus. Cuius terre

prima meta incipit ab oriente sub ulmo cum villa Drug, et uadit superius super fluuium usque montem Fagha; vnde tendens sursum per viam uenit ad radices alti montis super salices; inde tendit ad stagnum Racta, ubi tenet metam cum Blasio; inde transiens berch uenit ad Susuc super caput uallis; inde ad metam Dionisij, vnde reuertitur ad priorem metam, ubi orta fuerat. Cuius eciam ad augmentum, quia modica fuerat, de terra propria in deserto in sinu Matra date terre contigua dedimus; cuius prima meta incipit ad radicem montis Fagha iuxta metam castrensium; vnde uadit sursum super fluuium versus Cucopu; quam relinquens ad sinistram vadit ascendendo in eodem fluuio; de quo egrediendo secundum cursum solis uenit ad superiorem partem Nezdezubaia; inde ad montem Sumus transiens viam, qua itur ad Chomoc, uenit ad Racpotoc, et ibi desinit cum Matra, et incipit cum villa Bewrs, et uenit descendendo per fluuium ad radices alti montis sepius nominati. Datum per manus Hugrini aule Regie Cancellarij anno Dominice Incarnacionis M°CC°XVI°.

(Béla ifjabb királynak 1230-ki megerősítő okmányából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

89.

Békekötés Sebenico város és Arbe sziget közt. 1216.

Anno M°CC°XVI° indictione V. die XII. intrante Octobris Sibenici. Temporibus equidem domini Petri Ziani incliti Ducis Venetiarum, Dalmatie atque Croatie, et Venantii Arbensis Episcopi, et Marci Mastropetri Egregii Comitis. Ego namque Damaldus Spalatensis et Sibenicensis Comes pro me meisque hominibus de Sibenico, et Ego Marcus Mastropetro Arbensis Comes pro me et Communitate Arbensi universa, hoc instrumentum pacis et concordie perpetualiter habendum fieri

jubemus, tali videlicet modo: Quod quidquid offensionis ex utraque hactenus extitit, ex toto penitus remittatur; preter quod homines de Sibenico vobis domino Marco Mastropetro et vestre Communitati Arbensi hinc ad festum Beatorum Apostolorum Petri et Pauli primitus venturum — — — — centum perperos aureos bonos justi ponderis pro damno ab ipsis vobis facto dare teneantur. Quos si in termino prescripto vobis soluere non curauerint etc.

(Farlati, Illyricum Sacrum V. köt. 239. l.)

90.

II. Endre király Orosz nevü hívét, a szent király jobbágyai sorsából, birtokával együtt nemesi rangra emeli. 1217.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. A. Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Gallicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Licet ad salutis et temporalis uite prouentum Regie plurimum expeditat Serenitati, uniuscuiusque seruiciorum merita recompensacionum gratitudine frequentare benigno, quo decet, fauore Magnatum, quorum uirtutibus pariter et consilijs Corone Regnique status fulcitur inconcusse, peticiones effectu digno manticipandas admittere. Hinc est utique, quod nos nostri fidelis Wruz jobagionis Sancti Regis de Zala seruicium nobis in aduentu nostre karissime coniugis Yoles fideliter inpensum cognoscentes, et opera probitatis, que in multis Regni negocijs excellenter tam in Regno quam extra Regnum, specialiter que iuxta castrum Boronch cum nobili apparatu militari exercuit, recolentes, peticione ipsius propria et digna, consensu Magnatum Regni nostri, ipsum cum tribus fratribus uterinis, Mogus, Cozma, Guepsa, et cum uniuersis heredibus ipsius et fratrum suorum habitis et habendis, a jobagionibus Sancti Regis de Castro

Zaladiensi penitus exemptum, liberum et inmunem manere precipimus; Regia statuentes auctoritate, ut liceat amplius ipsi IIII cum fratribus nominatis, Tompsun, Edelin, Bacheu, Girgis iam natis, et inposterum nascituris, et cum predijs, Camar scilicet, Wirmile et Mura, terris pariter eorundem ad eos hereditario iure pertinentibus, aurea et perpetua perfrui libertate, et inter seruientes Regis annumerari perpetuo. Vt igitur huius rei series per omnia successorum nostrorum tempora salua semper et inconcussa permaneat, presentem concessimus paginam sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum per manus Magistri Hugrini aule Regie Cancellarij anno ab Incarnacione Domini M°CC°XVII°. Venerabili Johanne Strigoniensi, Reuerendo Bertoldo Colocensi Archiepiscopis existentibus, Calano Quinqueecclesiensi, Desiderio Chenadiensi, Willelmo Ultrasiluano, Symone Varadiensi, Jacobo Vaciensi, Roberto Vesprimiensi, Petro Geuriensi, Stephano Zagrabiensi, Thoma Agriensi Episcopis Ecclesias feliciter gubernantibus; Jula Palatino, Bancone Bano, Dyonisio Magistro Tawarnicorum et Comite Noui Castri, Rophoyn Voyuoda, Ochuz Curiali Comite, et ceteris Comitibus Comitatus tenentibus, Regni nostri anno XIII°.

(IV. Béla királynak 1260-ki megerősítő privilegiumából, melyet IV. László király 1282. megerősített, s melyet 1348. »tercio die octauarum Beati Martini confessoris« a veszprémi káptalan átírt. Sok hibával kiadva Fejérnél Cod. Dipl. III. köt. 1. r. 197. l.)

91.

II. Endre király Sebes comest feljogosítja, hogy Csötörtök nevü helységben vásárvámot szedhessen. 1217.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie Lodomerieque Rex in perpetuum. Excellentissima Regnm dapsilitas (így) licet eciam ad extraneos bone commendacionis fragrancia dilatari debeat; ad illos tamen copiosius largicionis sue dona debet extendere, qui sua Regie Maiestati non tantum fideliter, uerum eciam indesinenter inpederunt seruicia, nec condigna suis laboribus receperunt beneficia. Cum itaque noster fidelis et dilectus Sebus Comes per eximia probitatum opera, per indecidue fidelitatis obsequia coram oculis nostris indesinenter claruisset, in suorum recompensacionem meritorum, licet quod facimus pro minimo reputemus, tributum fori Cheturthuc in uilla sua constituti, et similiter pedagium cum tribu (kijavítva; előbb volt pon) tis de Diduag super suam terram existentis racione nostre porcionis, saluo iure aliorum, tam ei quam suis heredibus contulimus in perpetuum possidenda, per presencium scripta tam Comiti de Poson, quam omnibus aliis, ad quos presens pagina peruenerit, auctoritate Regia districtissime precipientes, quatenus memoratum nostrum fidelem et eius heredes super hac nostra donacione nullatenus impedire, nec aliquatenus presumpmant molestare. Verum quia mordax et insopita malorum pernicies, bonorum actibus inuidens et quieti, quod ordinatum est legitime, molitur retractare; vt hec a nobis pro multiplici continue fidelitatis exigencia nostro fideli facta donacio per omnia successorum nostrorum tempora salua semper et inconcussa permaneat, presentem concessimus paginam sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum per manus Hungrini Magistri aule nostre Cancellarij anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo

septimo decimo. Venerabili Johanne Strigoniensi, Reuerendo Bertoldo Colocensi Archiepiscopis existentibus; Calano Quinque-Ecclesiensi, Desiderio Chenadiensi, Willermo Transiluano, Roberto Wesprimiensi, Simone Waradiensi, Petro Geuriensi, Jacobo Waciensi, Stephano Zagrabiensi, Thoma Agriensi Electo Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Jula Palatino, Dionisio Magistro Thauarnicorum et Comite Noui Castri, Bancone Bano, Rophoyn Woyuada, Ochuz Curiali Comite, ceterisque Comitatibus Comitatus tenentibus, Regni nostri anno terciodecimo.

(Eredetie bőrhártyán, melynek hátához a királynak nagy alaku pecséte vörös selyemzsinórral van függesztve, a budai kir. kamarai levéltárban.)

92.

II. Endre király Egyed nevü hívének regi szabadságát biztosítja. 1217.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Andreas Dei gracie Hungarie, Dalmatie, Crohatie, Rame, Servie, Gallitie, Lodomerique Rex in perpetuum. Sicut mortale genus hominum sue libertatis dignitati, quam a primis generantibus cunctis equalem habuerat, abutendo tradita sibi potestate, meruit spoliari: sic eiusdem posteritatis successio, si bonis resurgat operibus, in quolibet hominum pristine conditionis remedio meretur reformari. Hinc est, quod nos salubriter ammoniti, presentium atque posterorum noticie clarescere volumus: quod ad honestas preces fidelium nostrorum: Venerabilis videlicet D(esiderii) Chonadiensis Episcopi, et Ciriaci Zagrabiensis Prepositi quendam hominem nomine Egidium, qui a primogentoribus suis ad Banatus dignitatem servicio pertinebat, cum omnibus suis heredibus,

per eum habitis et habendis, et cum terris et prediis ad eum sive iure hereditario sive alio quocumque modo pertinentibus, perpetue libertati donavimus, ita videlicet: ut tam ipse quam eius successores, nec Bano nec cuiquam hominum ratione pristine conditionis respondere teneatur; sed cum omnibus suis heredibus, inter nostros servientes computabilis habeatur. Predia autem dicti Egidii, que nostre audientie, cum omnibus terminis ipse Egidius pro confirmatione recipienda declaravit, sunt hec: Insula, Craztenica, Preulaca, Selin, Cherenlec, Rucha, Quiquinik. Prima meta terre predicte Insule, incipit a rivo qui vocatur Ztrugua, et desinit in viam proximam que ducit per campum, qui vocatur Surina; et transit magnam silvam et veniet ad rivum, qui vocatur Mlaca; et iuxta illum descendit usque ad arborem mali; postea tendit in hornum, deinde venit in ulmum; deinde desinit in proximum fontem, qui est in Zawnca; et per illam descendit in rivum, qui est in meta domini Episcopi; et per ipsum transit et desinit ibidem in proximam viam; et per illam venitur in arborem populum, et transi ibidem campum; et veniet ad arborem nucum; inde revertitur ad predictum rivum, qui vocatur Ztrugua, et in ipso descendit et finitur in magna Zowa. Prima meta dicte terre Craztenice incipit a quodam rivo, qui exit de Zowa, qui eciam vocatur Martuwice; et iuxta illum descendit usque ad proximum nucum; deinde tendit in piscinam, et iuxta illam descendit usque ad rivum, qui vocatur Zowichka glowa; et ibidem transit et intrat alium rivum, qui vocatur Dulga mlaca; et in illo tendit sursum quoadusque pervenitur ad magnam arborem populi; de illa tendit ad minorem populum; et inde procedens tendit in Zowam, et ibi finitur. Prima meta terre supradicte Preulaca incipit ab orientali parte ab ipsa Zowa, in loco qui vocatur transitus leprosorum, et ducit per proximam viam in rivum qui vocatur Mertuwica; et per illum descendit usque ad proximam pirum, iuxta quam composita meta est; inde ducit in hornum, deinde tendit ad rivum, qui vocatur Obonin, iuxta quem alia composita meta est circa quatuor arbores hornos; et tendit iuxta predictum rivum usque ad aliam compositam metam circa duas ulmos; deinde ducit ad magnam ulmum, et ibi transit agrum et veniet ad arborem mali; inde itur in magnam viam ad

pirum, circa quam meta est, et tendit in ipsa via usque in rivum qui vocatur Coztnica; et per illum tendit sursum, usque alium rivum qui vocatur sicca Coztnica; inde tendit sursum et veniet in fraxinum; inde tendit sursum usque ad pirum, inde transit aliam pirum et vadit ad ulmum, inde itur ad cerasum siccam, que stat secus rivum qui vocatur Mlaca; inde tendit sursum ad cerasum nigram iuxta Mlaca; inde tendit ad pirum iuxta ripam, que vocatur Ztrugua, iuxta illam descendit usque ad predictum fluvium Zowa, qui est inicium et finis eiusdem predii. Prima meta terre que vocatur Selin, incipit ab occidentali plaga a fonte, qui vocatur Zlatouzti iuxta ecclesiam Johannis Baptiste; et descendit in fonte ipso usque ad divisionem ipsius, una pars ipsius fontis tendit contra meridionalem partem, in qua predicta dirigitur meta, et tendit in alium rivum, qui vocatur Odra; per illum descendit versus orientalem partem, et venitur ad rivum secundum supradicti fontis Zlatousti, et tendit in caput ipsius et ibi finitur. Prima meta terre Chernelec, incipit a parte orientali in magna arbore fagi, iuxta rivum qui vocatur Jelseuz et tendit in proximum montem ad aliam fagum et ascendit sursum per vallum et veniet in hornum; deinde veniet in viam que est in cacumine eiusdem montis, per illam tendit ad magnam hornum, circa quam composita meta est; et ibi transit viam, et descendit alia parte de predicto monte ad arborem castanearum; deinde descendens transit ripam et venit in pirum circa quam composita meta est; inde tendit sursum in alium montem ad viam, que in cacumine ipsius est, in qua meta circa hornum composita est, de illa transit duas compositas metas et venit in prunus arborem; inde itur sursum usque in bivium, in quo composita meta est circa hornum; inde itur sursum ad arborem mali iuxta vineam, inde tendit versus orientalem plagam et veniet in hornum, de ipsa descendit ad pirum, et descendit donec veniat in supradictum rivum, qui vocatur Jelshewec. Prima meta terre Rucha est contermina terre Munozlou, terre scilicet filiorum Macharei Comitis; inde tendit ad Zawam; deinde in Lachinam, inde pe silvam redit et conterminatur iterum terre predicte filiorum Macharei Comitis. Prima meta terre supradicte Quiquinik, incipit ab ipsa Quiquinik, et descendit in

Lomnicam; inde ascendit in fluvium qui vocatur Ses; inde ascendit in bivium, quod dicitur Pomneu; inde in Wericam fluvium, inde ascendit per vallem et redit in Caluucz. Ut igitur hec a nobis facta libertatis donacio, per omnia nostrorum successorum tempora salva semper et inconcussa permaneat, presentem paginam concessimus, sigilli nostri munimine in perpetuum reboratam. Datum per manus Magistri Hugrini Aule Regie Cancellarii, anno ab Incarnatione Domini MCCXVII. Venerabili Johanne Strigoniensi, Reverendo Bertoldo Colocensi Archiepiscopis existentibus, Calano Quinqueeclesiensi, Desiderio Chonadiensi, Wilelmo Ultrasilvano, Symone Waradiensi, Jacobo Waciensi, Roberto Vesprimiensi, Petro Geuriensi, Stephano Zagrabiansi, Thoma Agriensi Episcopis Ecclesias feliciter gubernantibus. Jula Palatino, Bancone Bano, Dionisio Magistro Tawarnicorum et Comite Novi Castri, Rophoyn Woiwada, Ochuz Curiali Comite, et ceteris Comitibus Comitatus tenentibus. Regni nostri anno tercio decimo.

(Tkalcsis, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 36. l.)

93.

II. Endre királynak a zágrábi egyház és népei jogosítványait és szabadságait megerősítő privilegiuma. 1217.

(Tkalcsics, Monum. histor. Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 44. lap. V. ö. Fejér Cod. Dipl. III. köt. 1. r. 210. l.)

94.

II. Endre királynak a zágrábi egyház jószágait megerősítő és biztosító privilegiuma. 1217.

(Tkalcsis, Monum. histor. Episc. Zagrab. I. köt. 38. lap. V. ö. Fejér Cod. Dipl. III. köt. 1. r. 214 l.)

95.

II. Endre királynak rendelete a Maros folyón működő sótiszteihez, hogy a zágrábi egyházat bizonyos sójövedelemben részesítsék. 1217.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Immensa Regum dapsilitas licet nullis dandi limitibus coharctari debeat, ad illos tamen diligencius munificencie sue dona debet extendere, qui et temporalium bonorum impensu sibi fideliter obsecuntur, et in offerendis oracionum sacrificiis pro pace Regis et Regni, Deo jugiter ac devote famulantur. Cum itaque curis et defectibus Ecclesiarum omnium in Regno nostro Christo militancium earum tamen maxime, que ad nos speciali patronatus iure pertinent, diligentem apponere providenciam debeamus; Zagrabiensis Dioecesis Monasterium, per nostrum antecessorem sanctum Ladislaum Regem immortalis memorie fundatum, postmodum autem multorum elapsu temporum divina sic disponente gracia nostri patronatus suffragio dedicatum, temporali commercio volentes eterna metere, huiusmodi largicionis stipendio liberalitate

Regia in perpetuum dotavimus: quatenus salinarii super Marisii fluvium constituti de salibus aquaticis, eiusdem Ecclesie Canonicis et non Episcopo, valens quinquaginta marcas de salibus in loco qui vocatur Zegedin, annuatim ante festum Sancti Regis Stephani persolvere teneantur, ac iam dictis Canonicis usque Zagrabiam absque omni tributo deportandis, et cum omnimoda libertate, si eis expedierit vendicioni exponendis. Verum quia rei geste memoria facili lapsu mortalium mentes deserit, et que pia fidelium disponit sedulitas in sopito malignancium impulso quandoque contigit vacillare, ut hoc a nobis pro nostrorum remissione peccatorum, Divine pietatis intuitu, legitime facta largicio non per salinarios, non per quempiam alium alterari vel retractari valeat, huius execucionem negocii vice nostra, Sancte Colocensis Ecclesie Archiepiscopo commisimus, ita videlicet, ut excluso quolibet salinariorum et aliorum quorumlibet gravamine, sumpmam iam dicte pecunie quolibet anno plene faciat adimpleri. Et ut hec per omnia successorum nostrorum tempora salva semper et inconcussa permaneant, presentem concessimus paginam sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum per manus Hugrini Aule Regie Cancelarii, anno ab Incarnacione Domini MCCXVII. Venerabili Johanne Strigoniensi, Reverendo Bertholdo Colocensi Archiepiscopis existentibus, Calano Quinqueecclesiensi, Desiderio Chanadiensi, Vilhelmo Transylvano, Roberto Wesprimiensi, Simone Varadiensi, Petro Geurinensi, Jacobo Vaciensi, Stephano Zagrabiensi, Thoma Agriensi Electo, Episcopis Ecclesias feliciter gubernantibus. Jula Palatino, Dyonisio Magistro Tavarnicorum et Comite Novi castri, Bancone Bano, Ochuz Curiali Comite, Raphoyn Voywoda ceterisque Comitibus Comitatus tenentibus. Regni nostri anno tercio decimo.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 46. l.)

96.

II. Endre király Tibor comesnek az ó-budai szigeten levő monostorától a pesti vámjövedelmet elvevén, annak fejében az említett monostornak bizonyos sójövedelmet adományoz. 1217.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Venerandi Regie stirpis successores tam diligentem in suorum antecessorum donationibus et institutis debent habere diligentiam, ut si quid ex hijs uel annosa temporum canitie, uel importuno malignantium impetu labefactari uiderint, non tantum in melius immutare, sed immutata studeant auctoritatis sue testimonio roborare. Cum itaque frater noster Emericus Rex inclite memorie medietatem tributi de Pesth Monasterio Tyburcij Comitis de Insula iure perpetuo contulisset, et nos postmodum idem tributum ad magnam insulam nostris deputassemus usibus, in eiusdem restauracionem plenariam LX marcas de salibus terrestribus annuatim in Polonia persoluendas memorato Monastario in perpetuum assignauimus. Verum quia rei geste memoria facili lapsu deperit; (ut) hec a nobis facta commutatio nostris nostrorumque successorum temporibus salua semper et inconcussa permaneat; presentem concessimus paginam sigilli nostri munimine inperpetuum roboratam. Datum per manus Magistri — — — — aule Cancellarij, anno Dominice Incarnationis millesimo CC°XVII°. Venerabili Johanne Strigoniensi, Reuerendo Bertoldo Colocensi Archiepiscopis existentibus; Calano Quinqueecclesiensem, Wilhelmo Transsiluanem, Roberto Wezprimiensem, Symone Waradiensem, Petro Geurgiensem, Desiderio Cenadiensem, Jacobo Vaciensem, Stephano Zograbiensem, Thoma Electo Agr(iensem Ecclesias) feliciter gubernantibus. Jvla Palatino, Bancone Bano, Dyonisio Magistro Tauarnicorum et Comite Noui Castri, Ochuz Curiali Comite, Raphain Voiauada,

ceterisque Comitibus Comitatus tenentibus, Regni nostri anno terciodecimo.

(Eredetie bőrhártyán, a kék-fejér selyemzsinóron függő pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

97.

II. Endre király Paulinus és Jakab comeseknek Turdos helységük fejében, melyet az esztergami egyházmak adományozott, Burin nevű föld adományával kártalanítja. 1217.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Andreas Dei gracia Ungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Cum ea, que bonorum deliberacione legitima disponuntur, et maxime que Regia pertractat auctoritas, salva semper et inconcussa permanere debeant. Ad universorum presencium atque posterorum noticiam clarescere volumus: nos in commutacionem ville Turdos, quam nostris fidelibus Paulino Comiti et Jacobo dederamus, et postmodum Sancte Strigoniensi Ecclesie contulimus, terram ville Burin, que ad Castrum Posoniensi prius pertinebat, exceptis castrensibus, memorato Paulino Comiti et Jacobo et eorum heredibus, per nostrum fidelem Lampertum filium Omodey, in perpetuum contulisse; ita videlicet: ut sicut Strigoniensis Ecclesia villam Turdos iurisdiccione perpetua suscepit possidendam, eodem iuris ordine sepedicti Paulinus Comes et Jacobus frater eius et eorum successores, tamquam sua patrimonia possideant in perpetuum sine condradiccione, sub eisdem metis et terminis, quibus unquam plenarie nec non pacifice iam dictum Posoniense Castrum possidebat. Cuius metę conterminales sunt hii: versus orientem populus monasterii Sancti Martini de Pannonia, de Sala, hinc procedendo conterminatur ville Zemere; hinc

tendit ad villam Mynolth nomine Beren versus meridiem; hinc transit aquam Duduag, et transit procedendo iuxta Beren, villam Moynolth memorati; hinc ad villam Zele, ita quod in terra, pratis et silvis et piscinis Zele, villa Beren Posoniensis suam habet legitimam porcionem; hinc participat metas cum udvornicis Regis versus occidentem; hinc tendit ad villam Nek castrensium; et inde circuiens venit ad predium Berecie, domine Bogosloe, et transiens Duduag versus Sala Abbatis, conterminatur predio Sebus Comitis, nomine Thumoy versus occidentem; hinc procedit ad tres populos et rediens ad terminos populorum Abbatis Sancti Martini venit ad priorem metam. Ut igitur hec per nos facta donacio pariterque disposicio per omnia successorum nostrorum tempora salva semper et inconcussa permaneat presentem concessimus paginam sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum per manus Magistri Hugrini Aule Regie Cancellarii, anno ab Incarnacione Domini MCCXVII. Venerabili Johanne Strigoniensi, Reverendo Bertholdo Colocensi Archiepiscopis existentibus, Kalano Quinqueecclesiensi, Desidero Chanadiensi, Villelmo Ultrasilvano, Symeone Waradiensi, Roberto Wesprimiensi, Jacobo Waciensi, Petro Geuriensi, Stephano Zagrabiensi, Thoma Agriensi Electo Episcopis Ecclesias feliciter gubernantibus. Jula Palatino, Bancone Bano, Dyonisio Magistro Tavarnicorum et Comite Novi Castri, Rophoyn Voyvada, Ochuz Curiali Comite, ceterisque Comitibus Comitatus tenentibus. Regni nostri anno tercio decimo.

(Tkalcsics, Monumenta hist. Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 47. l.)

98.

A pécsi káptalannak bizonyságlevele, hogy Endus Athának fia Basal nevü birtokát Péter Endus fiának eladta. 1217.

Petrus Quinqueecclesiensis Prepositus et totum eius Ecclesie Capitulum omnibus, ad quos presentes littere peruenerint salutem in Domino. Quum ea que geruntur in tempore labi solent cum tempore; dignum est, vt ea que posteritatis memorie commendanda sunt, litterarum testimonio confirmentur. Inde est, quod vniuersitati vestre notum esse volumus, quod Petrus filius Endus, ex consensu Illustrissimi Regis Andree, tertij Bele Regis filij, ab Endus filio Atha predium quoddam nomine Basal, cum quatuor capitibus libertinorum, octoaginta quatuor marcis comparauit, eique pecuniam per manus duorum, Nicolai scilicet filij Esav, et Nicolai filij Sebastiani, quos inter ipsos Regia Celsitudo pristaldos destinauerat, in presencia nostra plenarie persoluit. Terminus autem illius predij, sicut ex relacione duorum pristaldorum, et vtriusque partis assensu (így), incipit de Rywo Alma, et vadit per paruam vallem ad Orman ad occidentem; et inde uadit versus aquilonem in uia, et peruenit ad terram Sancti Jacobi; inde uadit ad orientem ad vnum riuum qui vocatur Kutusd et per eundem riuulum vadit ad occidentem, et ibi ascendit per uallem; et ibi meta, que est communis cum villa Symigyensi, que vocatur Bato, et per vallem uadit ad occidentem ad magnam viam, que vocatur via Imperatoris, et illa uadit ad orientem, et ibi meta que est communis cum villa Abbatis Sancti Martini, que vocatur Ruorch, et per eandem viam ad pontem Alma, qui vocatur magnus pons, et per eundem fluuium Alma versus meridiem iuxta predium Zuda, et inferius ad terram Stephani filij Martini; inde ad terram Jacobi filij Wagyus; inde ad eundem locum vnde incepimus; et ibi est terra Benedicti filij Martini. Huic vendicioni, et illius terre circuicioni assenserunt omnes vicini circumiacentes, quorum

nullus secundum assercionem pristaldorum supradictis metis contradixit; affuit eciam Pousa frater supradicti Endus, qui predium illud uendidit, et alij quam plures, quorum nomina longum est enarrare. Et ne de cetero super hoc aliqua controuersia possit oriri, placuit tam pristaldis, quam partibus, vt hoc testimonio nostro firmaretur. Vt igitur hoc perpetue stabilitatis robur optineat, nos ad peticionem ipsorum presentes litteras sigillo Capituli nostri communitas huius rei testimonium perhibentes Petro contulimus, rogantes et obsecrantes in Domino, ne quis eorundem testimonio contradicere presumat. Actum est hoc anno Dominice Incarnacionis M°CC° decimo septimo, indiccione quinta, epacta XI. concurrente sexto. Domino ac patre nostro Calano Quinqueecclesiensi kathedre feliciter presidente; Tyburcio Preposito de Posoga existente, Lodomerio Preposito Sancti Johannis et Archydiacono de Baranya, Michaele Hospitali Magistro, Laurencio Cantore, Johanne Archydiacono de Tolna, Paska Archydiacone de Ozyuagh, Garino Archydiacono de Marchia, Jacobo Archydiacono de Wathy, Petro Archydiacono de Walko, Johanne Archydiacono de Regun, Georgio Custode.

(A pécsi káptalannak 1350-ki »Johannes filius Pauli de Zenthelsebeth de genere Gewr« kiadott átiratából a budai kir. kamarai levéltárban.)

99.

II. Endre királynak Guzke horvátországi helységet tárgyazó adománya Gucei Pontius templomrendi főmester, s a magyarországi és szlavoniai templariusok számára. 1219.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Andreas Dei gracia Ungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Cum ex Regis Regum testimonio plene cognoverimus, immunda queque per

elemosinarum largicionem posse penitus emundari, et alibi scriptura mercenarium condigna mercede dignum esse manifestat: idcirco gravissimas et non modicas expensas, quas dilectus et fidelis noster frater Pontius de Guce, per Hungariam et Sclavoniam Domorum Milicie Templi Magister, ob honorem Regium nostrique corporis securitatem, tam eundo ultra mare, quam redeundo per Greciam, de bonis Domus fecit, considerentes; per cuius consilium et auxilium post Deum, sicut credimus, ad propria remeavimus, labores quoque continuos, quos nobiscum, et propter Nos, Serenissimamque coniugem nostram Y. Reginam sustinuit, pre oculis Regie Maiestatis habentes, et insuper ad peticionem ipsius Regine, nec non pro salute tam corporum quam animarum nostrarum, terram quandam in Croacia, terre Castri de Sten, et terre de Modruz et de Bozane contiguam, Guzke nomine, cum omnibus pertinencijs suis integraliter et absque ulla diminucione, in recompensacionem expensarum et laborum, quos dictus Magister frater Pontius de Guce propter nos et dominam Reginam, sicut prediximus, sustinuit, Sacre Milicie Templi ita libere, sicut ceteras helemosinas, quas in Regno nostro possident, obstante nullo priuilegio super predicta terra prius vel posterius forsitan impetrato, iure perpetuo contulimus possidendam; videlicet quod nullus Banus, nullus Comes, nullus Baiulus, siue quilibet alius, super populum in predicta terra commorantem, absque licencia et voluntate fratrum Templi presumat descendere, uel ipsum super exaccione alicuius collecte casu quolibet molestare. Et in possessionem terre prefate fratres Domus Templi per fidelem yobagionem nostrum Dodomerium Comitem fecimus introduci. Cuius terre prima meta incipit iuxta rivulum qui vocatur Gernowize; inde vadit versus meridiem ad locum qui dicitur Cedelou; inde usque Wrata, ubi est tercia meta; hinc vero tendit versus Busan usque Bame Camenice, que est diuisio inter Busan et Gueshe, ubi lapis est fixus, ibique est area triturandi; inde protenditur usque in Crastino, ubi est ecclesia Sancti Georgij Sanctique Marcy; inde ad aquam que est iuxta Watenic; inde ad montem Malecenic in Chesche et Vinador versus occidentem; inde uadit ad Jeccenize; inde protenditur ad Cherniche uersus orientem; inde siquidem uersus diuisiones de Guezke et

Modrus ad lapidem qui vocatur Pes Ursi; inde uero ad montem Plaz; inde quidem diuiditur in montem Plaz et Gueske; hinc tendit ad Gernewize; inde uero reuertitur ad priorem metam, videlicet ad riuulum Gernowize. Ut autem hec a nobis Deo et Sacre Domui Templi facta donacio nullis unquam ualeat temporibus retractari, presentem paginam aurei sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum per manus Ugrini aule Regie Cancellarij et Colocensis Archielecti, anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo XVIIII°. Venerabili Johanne Strigoniensi Archiepiscopo existente; Wilhelmo Ultrasiluano, Desiderio Cenadiensi, Roberto Vesprimiensi, Thoma Agriensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Stephano Zagrabiensi, Cosma Geuriensi Eyiscopis, Ecclesias feliciter gubernantibus. Nicolao Palatino et Supruniensi Comite, Nenka Woiuoda existentibus; Micha Bihoriensi, Demetrio Ferrei Castri, Smaragdo Posoniensi, Batiz Mussuniensi Comitatus Comitibus tenentibus. Regni nostri anno sextodecimo.

(III. Honorius pápának 1226-ki megerősítő bullájából Theinernél; Vetera Monumenta hist. Hung. Sacr. illustr. I. köt. Róma 1859. 68. l. Hiányosan kiadva Fejérnél Cod. Dipl. III. köt. 1. r. 272. l.)

100.

A keresztesek csurgói konventjének bizonyságlevele, hogy Julad comes és fia Arnold 40 girányi adósságuk fejében Harazna birtokukat Ochuz comesnek elzálogosították. 1219. körül.

Nos Conuentus Domus Hospitalis de Churgo damus pro memoria; quod secundum continenciam litterarum Conuentus de Zala vidimus contineri, quod Comes Julad, et Arnoldus filius suus, in solucionem quadraginta marcarum Comiti Ochuz soluere tenebantur in duobus terminis, uidelicet uiginti marcas in octaua Sancti Martini partim in denarijs banalibus et

partim in extimacione condigna, alias uero uiginti marcas in octaua Pasce soluere tenebantur. Hoc adiecto tamen, quod idem Julad Comes, ac filius suus Arnoldus, pro ipsis quadraginta marcis quandam possessionem eorum in pignore obligauerant Harazna uocatam iuxta Drauam existentem; cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis usque finalem solucionem Comes Ochuz possidebit; et si tamen ipsum terminum pretermitteret in soluendo; extunc incurreret penam duppli. Ceterum ipsis terminis aduenientibus, uidelicet in primo termino pro Comite O. St. Comes coram nobis comparuit; ipso alio termino adueniente pro eodem domino suo Comite O. Crisius plebanus coram nobis comparuit; et quia in duobus terminis modo aliquo pro dicto J. et Arnoldo filio suo nullus comparuit; idcirco (in)current penam duppli, uidelicet octoginta marcarum. Datum in uigilia Sancti Georgij martiris.

Kívül: Contra Julad Comitem ac filium suum Arnoldum quadraginta marcis insolutis.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

101.

II. Endre királynak Mugurchs és Boborchs helységeket tárgyazó adománya Oszlu comes fiai Belud és Oszlu számára. 1220.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Munificencie Regalis inmensitas licet ad quoslibet manu largiflua equaliter habere se debeat; ad illos tamen vberiori gracia tenetur diffluere, qui ad Regis honorem et Regni commodum sua diligenter impederunt seruicia, nec condigna laboribus recepe-

runt beneficia. Hac itaque consideracione ammoniti tam modernis, quam futuris notum esse volumus : quod cum vltra mare proficisceremur, filijs Oslw Comitis, videlicet Belud et Oslw, in recompensacionem fidelis seruicij, quod nobis indesinenter exhibuerunt, quandam terram vduornicorum nostrorum, cum incolis eiusdem, perpetuo contuleramus possidendam. Habitis autem consilijs Principum nostrorum dictam terram cum incolis eiusdem tam a pretaxatis hominibus, quam ab alijs omnibus, quibus terras vduornicorum contulimus, censuimus recipiendas. Sed ne prenominatos fideles nostros immunes bouis Regalibus reddamus, pro restauracione iam dicte terre duas villas, videlicet Mugurchs et Boborchs, cum omnibus pertinencijs suis, scilicet aquis et omnibus — — — — — ad eas villas pertinentibus, quas a Castro nostro Supruniensi recipientes eis contulimus, sicut a tempore bone memorie Regis Stephani incole earundem possederunt, eis et posteritatibus eorum cum nostra gracia per nostrum fidelem Mauricium de Puku, contulimus perpetuo possidendas. Quarum terrarum mete sic incipiunt : Prima meta terre Mugurchs incipit ab horiente iuxta predium Andree filij Pauli, et vadit ad meridiem ad quoddam predium eiusdem Andree vsque ad Belunpotoka; inde tendit inferius ad aquam Rebucha ad Boncholtorma; inde descendens per Rebucham, et quidquid intra eandem est, totum ad Mugurchs pertinet; inde tendens ad septemtrionem vadit inferius ad insulam Turgrad; inde ad stagnum Seuud, quod ad Mugurchs pertinet; inde ad pratum desertatum. Prima meta ville Boborchs incipit ab horiente iuxta terram Petri filij Endus; inde vadit ad meridiem et conterminatur cum villa dicti P(etri) nomine Coun; inde eundo conterminatur ville Deer, videlicet jobagionum Castri Geuriensis; inde tendens ad occidentem conterminatur ville Putuk; deinde eundo conterminatur terre Oslonis Comitis; inde tendit ad septemtrionem — — — — — am Boborchs filij Phonchol; inde eundo conterminatur ville Magluca; inde reuertitur ad metam priorem, et ibi terminatur. Vt igitur hec a nobis facta donacio inconcussa permaneat, presentem concessimus paginam sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum per manus Cleti Au(le nostre Cancellarij) anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo vigesimo.

Venerabili Johanne Strigoniensi, Reuerendo Wgrino Colocensi Archiepiscopis existentibus; Roberto Wesprimiensi, Guillelmo Transiluano, Desiderio Chanadiensi, Jacobo Waciensi, Stephano Zagrabiensi, Alexandro Waradiensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Thoma Agriensi, Cozma Geuriensi Episcopis existentibus et Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Nicolao Palatino et Comite Supruniensi, Ochuz Bano, Neuka Wojawoda, Dionisio Magistro Dapiferorum et Comite Vosuariensi, Bathizio Musuniensi, Jula Budrugiensi, Ladizlao Magistro Agasonum et Comite de Posoga, Benedicto filio Samud Comite de Castro Nouo, et ceteris Comitibus Comitatus tenentibus, Regni nostri anno XII.

(Régi másolat a budai kir. kamarai levéltárban; igen hiányosan kiadva Fejérnél III. köt. 1. r. 300. l.)

102.

Márton corbaviai püspöknek bizonyságlevele, hogy a topuskai apát emberei annak Vernicében lévő szent István templomára vonatkozó kegyuri jogát elismerték. 1220.

Ego Martinus Dei gracia Corbabensis Episcopus, notum facio tam presentibus quam futuris: quod cum consecrarem Ecclesiam Sancti Stephani in Vernice, recognitum est in presencia mea de hominibus Abbatis Toplice, qui eandem Ecclesiam per concessionem eius construxerunt, quod predictus Abbas et Monachi Toplice habent eandem iurisdiccionem in predicta Ecclesia Sancti Stephani in Vernice, quam debet habere dominus vel patronus in ecclesia fundata in terra sua. Et quod occasine prefate Ecclesie Sancti Stephani nullum fiet preiudicium Ecclesie Toplice in poste(rum) de terra, vel de redditibus suis, per sacerdotem eiusdem ecclesie, neque per aliquam aliam personam, sed terra et elemosina domini Regis

Ecclesie de Toplica libera manebit in eternum. Et ne hoc qualibet temeritate vel alicuius fraudulencia de cetero valeat perturbari, presentem paginam sigillo nostro fecimus communiri. Actum anno gracie MCCXX.

(Tkalcsics, Monumenta hist. Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 48. lap.)

103.

II. Endre királynak bizonyságlevele, hogy János esztergami érsek Nyárhid fejében Surány helységet Erney bánnak cserében átengedte. 1221.

Andreas Dei gracia Rex Hungarie etc. quod venerabilis in Christo pater dominus Johannes Archiepiscopus Strigoniensis terram suam Surany vocatam in Comitatu de Nitra prope eundem fluuium Nitra existentem, in concambium dedisset Magnifico viro Erney Bano pro terra ipsius Nyarhid vocata in eodem Comitatu Nitra existente. Mete autem terre Surany incipiunt a parte orientali prope fluuium Nitra, et tendit ad villam O Cheke Abbatis Sancti Ipoliti de Zubor; inde tendit per metas terreas vsque metam Tardoskeddi fratrum religiosorum de Apulia in Austria commorancium; ibi peruenit ad terram Kewzfeuld vocatam, que nunquam aratur, sed per pecora de O Cheke, Tardoskeddi et Nagizeg communiter vtuntur, et ibi terminus mete perficitur. Datum per manus honorabilis Magistri Koptipani ([illegible]) Prepositi Budensis aule nostre Vice Cancellarii anno millesimo ducentesimo vigesimo primo.

(Régi másolat a budai kir. kamarai levéltárban.)

104.

II. Endre király Ochus bánnak visszaadja Kesmenice helységet, melyet III. Béla király annak atyjától elvevén, a zágrábi egyháznak adományozott. 1221.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Regie dignitatis incumbit officio, ut illorun peticiones, quos Regni utilitati honorique Regie Corone pervigiles experto cognoverit, benigno favore prosequatur. Hinc est: quod terram quandam sub Keymuk, nomine Kemesnice, quam pater noster felicis memorie Rex Bela, maiore Ochuz, patre videlicet Ochuz Bani abstulerat, et Zagrabiensi Ecclesie per privilegium contulerat perpetuo possidendam, ad instanciam dilecti et fidelis nostri Ochuz Bani, et maxime quia in ducentis marcis persolvendis, quas nobis de ultramarinis partibus remeantibus accomodaverat, sibi tenebamur, eodem iure et libertatis titulo quo Ecclesia eam possidebat, scilicet: nec marturinas nec alias exacciones que sunt vel que forte in Banatu emerserint, nec vitualia Banatui, nec Vicebano, incole earumdem terrarum solvere tenebantur, per fidelem nostrum Reinolt filium Pertolt sibi et per eum suis heredibus iure perpetuo possidendam restituimus, et per eundem Reinolt, Ecclesie Zagrabiensi, ne ei iniuriari et predecessorum nostrorum elemosinas velle retractare videremur, pro predicta terra nomine Kemesnice, terras eandem equivalentes de nostris terris propriis, scilicet: de terris Castri Zagrabiensis terras videlicet: Rodos, Widuse, Cupuc et Braten, a Castro Zagrabiensi exceptas, ad beneplatcitum Episcopi et tocius Capituli, eisdem debitis et serviciis, quibus incole earundem terrarum Banatui servire tenebantur, Ecclesie perpetuo possidendas contulimus, concedentes earumdem terrarum inhabitatoribus, quod nec marturinas, nec descensum, nec alias exacciones, que forte

emerserint in Banatu, nec Banatui, nec Vicebano solvere teneantur, sed Ecclesie tantummodo. Ad maiorem eciam cautelam dictas terras per superius nominatum Reinolt certis limitibus undique distinqui precepimus. Prima igitur terre Rodos meta egreditur de Sowa, et venit cum metis de terra assignatis ad fossatam Mlaca usque ad viam, inde reflectitur versus aquilonem et tendit per metas in longum Mlaca, in qua diucius vadit per metas ad arborem narfa, inde in magna via ad arborem tulfa, sub qua est meta terrea, inde in eadem via vadit per metas usque ad terminos Girymla, que est terra eiusdem Ecclesie ab antiquo, semper a dextris terra populorum Regis remanente, a sinistris vero Ecclesie; inde reflectitur versus occidentem et metis assignatis, tam sub piro, quam sub aliis arboribus vel in campis tendens diucius, reclinatur versus meridiem, etper metas vadit ad pirum, sub qua est meta, transitque aquamad sambucum ubi est meta, inde vadit ad arborem cerasi iuxta quam in eadem aqua paululum tendens superius vadit ad narfa, inde per metas tam terreas quam arbores intrat Sowam, semper a dextris et a sinistris Ecclesie pertinentibus, et in Sowa meta vadit inferius unde prius processerat, et medietas aque Sowe pertinet ad Ecclesiam. Item meta terre Cupuc et terre Widuse incipit ab oriente iuxta metas Episcopi sub quercu, inde vadit ad silicem sub qua est meta iuxta aquam, inde vadit per metas versus aquilonem ad puteum Lubawod, ubi est meta sub piru, inde vadit per viam ad cacumen magni montis ubi est meta et (in)vertice eiusdem montis vadit ad Jazanouc, pars montis a sinistris pertinet ad Ecclesiam, iude descendit per metas versus meridiem ad puteum, inde intrat aquam Blizna in qua vadit inferius diucius et exiens de aqua ascendit montem Sterma pec, de quo descendit per metas ad puteum, inde transiens vallem ascendit monten ad metam in quo vadit paululum per metas et descendit ad sorbum tenens metas cum Herceg, inde descendit in Blizna-potoka, in quo procedens paululum exit ad viam Struscogoy per quam per metas vadit ad aquam Zucher, tenens metas cum populis Regis, inde conterminatur terre prememorate Ecclesie antiquori, semper a sinistris meta spectante Ecclesie. Item meta terre Bratonis incipit ab occidente de quercu et tendit versus orientem in via ad pirum,

inde vadit ad lapidem per metas ubi conterminatur terre Banconis, hinc per metas procedens conterminatur terre Episcopi, inde ad quercum, inde ad avellanam inde ad quercum, hinc ad aquam Yelsouc, in qua parum procedens transit ad pirum ubi est meta, inde in montem ad quercum, deinde ad viam inde per metas ad Hodud, hinc in montem ad sorbum de qua per viam vadit ad tulfa, inde in Crauawelg hinc in Hodud, ibi conterminatur priori terre eiusdem Ecclesie, ab inde per montes et colles et per cetera loca transeundo cum metis ascendit ad locum unde prius proccesserat meta, semper a dextris Ecclesie metis remanentibus. Ut autem hec a nobis Ochuz Bano facta restitucio et facta in Ecclesiam in concambium restitucionis collacio nec nostris, nec nostrorum successorum temporibus vel per Banum sive per aliquem alium retractari valeat, presentem concessimus paginam sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum per manus Cleti Aule Regie Cancellarii et Agriensis Prepositi, anno Dominice Incarnacionis MCCXXI. Venerabili Johanne Strigoniensi, Reverendo Vgrino Colocensi Archiepiscopis existentibus, Desiderio Cenadinsi, Willelmo Transilvano, Roberto Wesprimiensi, Thoma Agriensi, Stephano Zagrabiensi, Alexandro Waradiensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi et aliis Episcopis Ecclesias feliciter gubernantibus. Nicolao Palatino et Comite Supruniensi, Ochuz Bano, Paulo Voywoda, Jula Curiali Comite Regine et Comite Budrugiensi, Dyonisio Magistro Tawarnicorum et Comite Bachiensi, Bankone Curiali Comite Regis et Comite Albensi, Demetrio Senescalco et Comite Woswariensi, Laurencio filio Ochuz Magistro Pincernarum et Comite Keweiensi existentibus. Regni nostri anno XVIII.

(Tkalcsics, Monum. historica Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 49. l.)

105.

István szerb nagyzsupán barátságot fogad a raguzaiaknak. 1205—1222.

In nomine patris etc. Ego Magnus Jupanus Stephanus cum filiis meis iuro Comiti Ragusii Johanni Dandulo et toti Communi Ragusine Civitatis in Deo et in Beata Dei Genitrice etc., quod ero vester amicus et (vos) mei filii, donec mihi recti fueritis. Et si aliquis vester inimicus fugerit ad meam terram, ut dem eum vobis, si ceperit vobis aliquid molestare de terra mea. Et ut veniant vestri homines per meam terram cum mercimoniis sine ullo timore. Et ut non sit eis nulla fortia, set ut vendant et comparent libere. Et illud, quod est mercatorum consuetudo in terra mea, ut dent mihi. Et ut Sclavus non apprehendat Raguseum sine iudicio. Sed si factum fuerit iniustum inter Civitatem Ragusii et terram meam, ponant se iudices, ubi est consuetudo, et iudicent; et ut non (fiant) presalia. Quod si contra hoc fecero, iudicet me Deus, et Sancta Dei Genitrix.

(Ljubics, Monum. sp. hist. Slav. Merid. I. köt. 31. l.)

106.

Béla ifjabb királynak Pzer helységet tárgyazó adománya István zágrábi püspök számára. 1222.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Bela Dei gracia Rex, filius Regis Ungarie et Dux totius

Sclavonie, omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem in Domino. Regie Maiestatis Celsitudo tam providam debet habere circumspectionem, ut quanto quis ad supportanda Regni negotia officiosior occurrit et in gerendis rebus se offert promptiorem, tanto propensius dignis meritorum premiis remunerandus censeatur. Quapropter universis notum fieri volumus: quod dilectissimo et fideli nostro Stephano, Sancte Zagrabiensis Ecclesie venerabili Episcopo, cuius discretione procurante, pre ceteris Regni Primatibus, discordia inter patrem nostrum et nos olim exorta et ad inextimabile Regni detrimentum succrescens est ad concordiam revocata, et universa gens, variis perturbationum procellis fluctuans, in pace collocata, terram Pzer, de Castro Zagrabiensi exceptam, licet respectu servitiorum suorum minimam et meritis inequalem, sibi et sue posteritati, certis metis assignatam, contulimus iure hereditario in perpetuum possidendam. Incipit autem prima meta supradicte terre, que est meta terrea, et dividit eandem terram de terra Petri filii Gurch, que tendit versus occidentem super montem usque ad quandam pomum, sub qua meta est terrea, inde procedendo parum sub quadam ylice est meta erecta de terra, inde tendit per metas in arbore cruce signatas, et in eodem monte superius est meta terrea, que dividit terram populorum Castri, inde tendit per metas in arbore cruce signatas, inde vadit ad magnam viam iuxta quam est meta terrea, de qua declinat versus septemtrionalem partem, item eundo iuxta eandem viam a capite eiusdem vie vadit super verticem montis cuiusdam in quo est meta, item inter verticem montis eiusdem et alterius montis est vallis quedam, que licet sit pastus ferarum, tamen est meta, deinde tendit per arbores cruce signatas usque ad summitatem montis et ibi est meta de terra erecta sub quadam arbore, que vulgariter dicitur gurthafa, et inde descendit per arbores cruce signatas usque ad fluvium Biztricha ibi est meta de terra erecta, et inde graditur inferius ad fluvium Breszovica ubi uterque fluvius in unum conveniuntur, et ibi est meta erecta de terra, de aqua Breszovica vadit superius usque ad magnam viam iuxta quam viam est meta in capite eiusdem fluvii de terra erecta, inde tendit versus meridiem per magnam viam usque ad locum, qui vocatur Predolia,

Ibi est meta de terra erecta, inde per eandem viam tendit usque ad metas, que tribus locis lapidibus sunt erecte, et inde descendit inferius usque ad terminum et fines terre Zeline, ubi sunt due mete de terra prope Sanctum Johannem, ubi conterminatur terre proprie Episcopi. Ut igitur hec nostra donatio perpetue felicitatis (igy) robur obtineat, sigilli nostri impressione fecimus communiri. Presentibus jobagionibus nostris: Jula Palatino et Budruguiensi Comite, Petro de Crapuna, Screcmerio de Zala, Cosma de Wolcou Comitibus, Woiavoda Camerario. Pristaldus terram assignans et metas erigens fuit Bissenus de Hotwon nomine Kochobur. Datum per manus Magistri Hemonis nostri Cancellarii, anno Dominice Incarnationis MCCXX secundo.

(Tkalcsics, Monum. historica Episc. Zagrabiensis I. köt. 50. l.)

107.

III. Honorius pápa felszóllítja a raguzai káptalant, hogy érseket választani siessenek, s hogy az apostoli követet az almissaiak és a boszniai patarenok ellen támogassák. 1222.

Honorius Episcopus servus servorum Dei dilectis filijs . . . Capitulo Ecclesie Ragusine salutem et Apostolicam benedictionem. Super gregem Dominicum vigilantes, quia nobis sunt oves Christi ex officio pastorali commisse, lupos ab eisdem arcemus, ne, quod absit, mercenario comparemur. Cursus inter operarios vinee Domini Sabaoth, licet circa horam undecimam a patrefamilias evangelico constituti ad vulpeculas capiendas demolientes eandem, summopere laboramus, ut, quod avertat Dominus, cum malis agricolis non perdamur: super eo etiam, quod inhabitatores Castri Almisiensis eam in Christianos immanitatem exercent, ut non Ecclesijs, aut personis earum, viduis, pupillis et senibus, nec cuilibet parcant

sexui et etati; sed paganorum more universa vastantes, tanquam eorum sint delicie operari perversa, in perditione rerum et hominum gloriantur: quodam compassionis igne perstringimur contra pestem utramque, sicut possumus, occurrere cupientes. Cum itaque, sicut audivimus, vicini satis castro predicto, et partibus de Bossina, ubi heretici quidam dogmatizando palam sue pravitatis errores, Christi gregem et vineam, id est Sacrosanctam Orthodoxam Ecclesiam exterminant et disperdunt, et Ecclesia vestra vacet pastore, cuius et vestrum ad hoc cognoscimus auxilium opportunum: Universitatem vestram monemus per Apostolica scripta, quatenus ad electionem Archiepiscopi canonicam et concordem, sublato cuiuslibet difficultatis obstacuto procedatis; contra hereticos et Almisienses eosdem dilecto filio Magistro A. Subdiacono et Capellano nostro, Apostolice Sedis Legato, pro vestris libenter viribus assistentes; huiusmodi etiam ex animo sic acturi, quod Pater, qui videt in abscondito, reddet vobis, et nos vestre devotionis integritatem Apostolicis benedictionibus prosequamur. Datum Anagnie IV. idus Martij, Pontificatus nostri anno VI.

(Farlati Illyricum Sacrum VI. köt. 92. l.)

108.

Gunczel spalatoi érsek bizonyságlevele, hogy Tympor Guepa özvegyasszonynak fia a topuskai monostornak bizonyos földet adományozott. 1222.

Ego Jocelinus Dei gracia Spalatensis Archiepiscopus, notum facio omnibus fidelibus Christianis tam presentibus quam futuris, quod Guepa, quondam uxor Armos, recognovit et confessa est in presencia mea et plurimorum hominum: quod filius eius Tympor qui eciam Berengcrins, eiusdem Armos filius, dedit et concessit Deo et Beate Marie et Domui de Toplica

in morte sua totam terram suam, que fuit patris sui Armos, sicut continetur in privilegio quod contulit eidem Armos Illustrissimus Andreas Rex Hungarie. Et hanc elemosinam fecit pro remedio anime sue et patris sui Armos. Testes sunt: Gostue et Azarias, Thoycelaus et Zyth, Henricus Teutonicus et plures alii. Actum anno Domini MCC. vigesimo secundo.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 52. l.)

109.

Gardiaza János jadrai érsek szent Demeter templomát szent Damián és Kozma monostorának adományozza. 1222.

In Christi nomine. Anno Incarnacionis eius M°CC° XX°II°. mense Madii die septima astante, indiccione X. Jadre. Temporibus domini Petri Ziani Incliti Ducis Veneciarum et Johannis Venerii Jadrensis Archiepiscopi, ac Petri Michaelis Egregij Comitis. Quoniam lapsu temporum oblivione labuntur que fiunt in tempore; necessarium est, ut gestorum memoriam litterarum series propagata in posteros revocet fugientem. Cognoscant ergo presentes et sciant posteri, quod nos quidem prescriptus Johannes Gardiaza, Dei miseratione promoti ad sollicitudinem Ecclesie Jadertine, cum ex commissi nobis officij speculacione debita multa in eadem Ecclesia ob diutissimam pastoris absenciam invenissemus alia evellenda, plantanda plurima; comperimus inter cetera Ecclesiam Sancti Dimitrii Jadertine Civitatis a Clero et populo Jadertino Sancti Damiani Monasterio de Monte collatam, ad Ecclesie utriusque communem utilitatem. Nos quoque, quorum interest profectibus Ecclesiarum et usibus intendere, pensata dicti Monasterij et Conventus religione plena fructibus honestatis et elemosynarum, dictam Sancti Dimitrij Ecclesiam cum omnibus suis

circumstancijs et possessionibus ubicumque positis, ad preces Roberti Abbatis et Conventus memorati, Monasterio supradicto tradimus, traditam confirmamus, confirmatam presentis scripti patrocinio communimus. Et ut hec nostra confirmacio indubitati sumat roboris fulcimentum, presentem paginam nostri duximus sigilli karactere muniendam. Testes autem huius nostre collacionis, confirmacionis et communicionis ad hoc rogati sunt Aconcius domini Pape Subdiaconus et Capellanus, Apostolice Sedis Legatus; Treguanus Traguriensis Episcopus; Chranus Sancti Johannis eiusdem Diocesis Abbas; Damianus Abbas Sancti Grisogoni Jadrensis Diocesis; Manfredus Archidiaconus, Camisius Archipresbyter, Sancti Petri Veteris Plebanus; Dobre Sancti Stephani, Marinus Sancti Petri Novi, Zancius Sancti Michaelis Plebani Jadertini; ac nobiles viri Laurencius de Joseph; Coscia Gregorii, et Desa Pisiza Advocatus predicti Monasterij. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre donacionis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Quam nos ad maiorem evidenciam per manum publicam coram prescriptis testibus in scriptis redigi precipimus.

Et ego Vitalis Sancte Marie Maioris Plebanus et Jadrensis Notarius, huic donacioni et confirmacioni interfui, et ex prescripto predicti domini Archiepiscopi scripsi, roboravi et signo consueto signavi.

(Farlati, Illyricum Sacrum V. köt. 73. l.)

110.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy Hoholt comesnek utódjai közt bizonyos birtokcsere történt. 1222.

Vniuersum Ecclesie Vesprimiensis Capitulum omnibus presens scriptum inspecturis salutem. Vniuersitati uestre elucescat, quod Michael filius Hobolt Comitis ex una parte, et fratres sui Acus et Nicholaus ex altera, licet etate minores, cum pristaldo suo, scilicet Bene filio Gregori de villa Ozeag ad nostram accedentes presenciam, dixerunt, se coram nobis et quam pluribus aliis talem inter se fecisse conuentionem, quod scilicet dicti pueri dimiserunt Michaeli predium, quod uulgo Zemena uocatur, cum omnibus pertinenciis suis; Michael autem e conuerso dimisit eis villam, que uulgo Forcosfolua uocatur; item villam Fulcusi; item Peleska; item Ozeag et Paka. Ne autem dicta conuencio per alicuius calumpriam inposterum posset irritari, utraque pars peciit ipsam sigilli nostri munimine roborari. Nos autem ad peticionis eorum instanciam ad eliminandum tocius questionis scrupulum dictam conuencionem litterarum presencium indicijs et sigillo nostro communiuimus. Datum per manus J. Vesprimiensis Lectoris, anno gracie M°CC°XX°II° in vigilia Omnium Sanctorum. Roberto Episcopo, Bartholomeo Preposito, Sa omone Cantore, Mathia Custode existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a káptalan viaszba nyomott pecséte hártyazsinegen függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

111.

Zellovellus raguzai comes a spalatoiaknak azt igéri, hogy Raguzában számukra igazság fog szolgáltatni. 1222.

Zellovellus Dei et incliti Ducis Venetiarum gratia Ragusiensis Comes nobili et discreto viro eadem gratia Velcinno Spalatensi Potestati et Traguriensi Comiti, nobilibus ac reliqui plenitudini eiusdem Civitatis eorum ut fratribus salutem et dilectionem. Omnibus quippe patet, quod et vobis non est ocultum, quoniam Judas, olim Ragusensis Comes, nec vobis nec suis civibus iustitiam facere voluit, et ideo disensio et pignora inter vos et Raguseos de die in die crescebat. Nunc autem, quia gratia Dei Civitas Ragusensis de confinibus Venetiarum habetur, velemus, ut mula omnia, que retro tempore usque nunc acta sunt, extirpentur, ita ut omnino non nominentur, set omnia cum iustitia examinentur, et ammodo pignora inter vos et Raguseos non sit. Si quis autem vestrorum aliquid habet adversus aliquem Raguseum, veniat et accipiat iusticiam sicut in patria, et nostris Ragusueis illuc venientibus plenam iustitiam fieri facite si placet, et nemo audeat vel presumat pignorare aliquem antequam convicerit illum per rationem, quoniam parati sumus omnibus iustitiam plenam facere ut fratribus et amicis.

Kívül : Nobili et discreto viro Velcinno Spalatensi Potestati et Traguriensi Comiti et nobilibus eiusdem Civitatis.

(Ljubics, Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium I. köt. 31. l.)

112.

II. Endre királynak Tewel helység egy részét tárgyazó adománya híve Sazló számára. 1223.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crohacie, Rame, Seruie, Galicie Lodomerieque Rex in perpetuum. Inmensa Regum dapsilitas (így), licet nullis dandi limitibus coarctari debeat; illos tamen ampliori gracia tenetur fouere et amplecti, qui loco et tempore sua fideliter impenderunt seruicia. Hinc est, quod ad uniuersorum noticiam presencium et posterorum uolumus peruenire, quod fideli nostro Sazlov propter indecidue fidelitatis obsequia, que nobis indesinenter ac indefesse exhibuit, maxime propter illa seruiciorum merita, que nobis in confinio Posoniensis Castri manifeste ostendit, cum ex nostro precepto contra Theotonicos, et similiter contra Bohemos indesinenter pugnauit, partem terre Tewel subiacentem tribus aratris, que terra Castro Posoniensi pertinebat, per Ivan fidelem nostrum filium Kenz Comitis, contulimus sibi et per cum suis heredibus et heredum successoribus iure perpetuo possidendam assignari (így). Prima meta terre illius incipit ab oriente de aqua, que Dudwag appellatur, et uadit uersus meridiem ad uillam Tewel; inde uadit ad uillam Apca; et inde uadit uersus occidentem ad uillam Fudemus; inde uadit ad septemtrionem ad uillam Seturtuc; et sic descendit ad metam priorem, ad aquam scilicet. Vt autem hec a nobis facta donacio nec nostris nec nostrorum successorum temporibus retractari ualeat, sed salua semper et inconcussa permaneat, presentem concessimus paginam sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum per manus Cleti aule nostre Cancellarij et Agriensis Prepositi, anno Dominice Incarnacionis M°CC°XX°I°. (helyesebben 1223.). Vacante Ecclesia Strigoniensi, Reuerendo Vgrino Colocensi Archiepiscopo existente; Desiderio Chenadiensi, Roberto Wesprimiensi,

Thoma Agriensi, Jacobo Vaciensi, Stephano Zagrabiensi, Bartholomeo Quinque-Ecclesiensi, Cosma Geuriensi, Alexandro Waradiensi (Episcopis) Ecclesias feliciter gubernantibus, Vltrasiluana Ecclesia uacante. Nycolao filio Borz Palatino et Comite Supruniensi, Ochuz Bano, Paulo filio Petri Woiavoda, Dionisio Magistro Thauarnicorum et Comite Bachiensi, Jula Maiore Curiali Comite Reginc et Comite Bu(d)rugiensi, Bancone Curiali Comite Regis et Comite Albensi, Demetrio Magistro Dapiferorum et Comite Woswariensi existentibus; Micha Bihoriensem, Smaragdo Posoniensem, Jula fratre Ratholth Musuniensem Comitatus tenentibus. Regni nostri decimo octauo anno.

(Eredetie bőrhártyán, melyről az egykor hátához sárga selyemzsinóron függött királyi pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

113.

Az albigensisek pápája Bulgáriában. 1223.

C(onradus) Portuensis Episcopus et in partibus illis (Galliae) Apostolice Sedis Legatus venerabilibus fratribus . . . Dei gratia Rothomagensi Archiepiscopo et eius Suffrageneis Episcopis salutem in Domino Jesu Christo. Dum pro sponsa veri Crucifixi vestrum cogimur implorare auxilium, potius compellimur lacerari singultibus et plorare. Ecce quod vidimus loquimur, et quod scimus testificamur. Ille homo perditus, qui extollitur super omne, quod colitur, aut dicitur Deus, jam habet perfidie sue preambulum heresiarcham, quem heretici Albigenses Papam suum appellant, habitantem in finibus Bulgarie, Croacie et Dalmacie, iuxta Hungarorum nationem. Ad eum confluunt heretici Albigenses, ut ad eorum consulta respondeat. Etenim de Carasona oriundus, vices illius Anti-

pape gerens Bartholomeus hereticorum Episcopus, funestam ei exhibendo re.erentiam, sedem et locum concessit in villa, que Porlos appellatur, et se ipsum transtulit in partes Tolosanas etc. Iste Bartholomeus in litterarum suarum undique discurrencium tenore, se in primo salutationis alloquio intitulat in hunc modum : »Bartholomeus servus servorum sancte fidei tali salutem.« Ipse etiam inter alias enormitates creat Episcopos, et Ecclesias perfide ordinare contendit. Rogamus igitur attentius, et per aspersionem sanguinis Jesu Christi, et propensius obsecramus auctoritate domini Pape qua fungimur in hac parte districte precipientes, quatenus veniatis Senonis in octavis Apostolorum Petri et Pauli proxime futuris. Vbi et alii Prelati Francie favente Domino congregabuntur; parati consilium dare in negotio predicto, et cum aliis qui ibidem aderunt, providere super negotio Albigensi. Alioquin inobedientiam vestram domino Pape curabimus significari. Data Planium sexto nonas Julii (1223.).

(Matthaei Paris. Historia Angliae Maior ed. Watts Vilmos. London, 1684. 267. l.)

114.

II. Endre királynak Zoac birtok visszaadását tárgyazó okmánya a Boldogságos Asszony egyháza számára. 1224.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Andreas Dei gracia Hunngarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomirieque Rex in perpetuum. Licet inter cetera virtutem opera largiendi beneficium a plerisque comprobetur; ibi tamen largientis memoria precipue commendatur, cum Deo datum quod est sanctum a deuote dispensacionis cultoribus propagacione bonorum operum in Dei laudem hac seruicium de die in diem dilatatur. Hac itaque consideracione salubriter inducti presentibus et posteris notum esse

volumus, quod terram Zoac, quam a Castro Supruniensi receptam cum populis super eam commorantibus, sitam in Rabacuz, Petro Episcopo Jawriensi bone memorie contuleramus, que postmodum a Cosma successore suo alienata fuerat, nunc eandem cum nostro beneplacito per priores et antiquas metas, quibus antea metata fuerat, ad preces et instantem peticionem dilecti et fidelis nostri Gregorij Jawriensis Episcopi per fidelem nostrum Comitem Osl filium Osl Comitis Ecclesie Sancte Marie, de qua, sicut prediximus subtracta fuerat, restituimus possidendam. Et ne fortuitu ab eadem Ecclesia ipsa terra possit uel debeat alienari, presentem concessimus paginam sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum per manus Magistri Stephani domini Pape Subdiaconi aule nostre Cancellarij anno ab Incarnacione Domini M°CC•XX°IIII°. Venerabili Thoma Strigoniensi, Reuerendo Vgrino Collocensi Archiepiscopis existentibus, Desiderio Chenadiensi, Roberto Wesprimiensi, Stephano Zagrabiensi, Alexandro Waradiensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Briccio Waciensi, Renaldo Transiluano Episcopis existentibus et Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Jula Palatino et Comite Bruduiensi (így), Nicolao Curiali Comite Regine et Comite Supruniensi, Salomone Bano, Ladizlao Curiali Comite nostro et Comite Bekesiensi, Demetrio Magistro Dapiferorum, Dyonisio Magistro Thawarnicorum, Dyonisio filio Dyonisij Magistro Agazonum, et ceteris quam plurimis Magistratus et Comitatus tenentibus, Regni nostri vicesimo primo.

(A pannonhalmi konventnek 1331-ki átiratából, mely a budai kir. kamarai levéltárban őriztetik.)

115.

Béla ifjabb királynak bizonyságlevele Domald comesnek vallomásáról, hogy Gorra vármegyében soha földeket nem bírt, s a topuskai apátságnak sem adományozott. 1224.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis 17. l.)

116.

Gyula nádornak rendelete, hogy a kedhelyi apátság népeitől a szöllőmívelés utáni adó ne követeltessék. 1224.

Ego J. Dei gracia Palatinus et Comes de Supprvn precipio vobis collectoribus cybrionum de Supprvn, quatenus super populos Ecclesie Montis Sancte Marie, uidelicet de Uilla Meynhart, Lahtay, Prehnye et de Uilla Michsa, collectam cybrionum, quos dominus Rex bone memorie Hemiricus ad peticionem domini Abbatis dicti Monasterij et fratrum suorum indulsit, quos eciam dominus Rex Andreas eisdem fratribus pro remedio anime fratris sui, uidelicet H. Regis, priuilegio suo in perpetuum possidendos confirmauit; exigere ne presumatis, nec pro eorum colleccione super populum iam dicte Ecclesie descendere audeatis. Quod si feceritis, sciatis, quod nostram iram grauissime incurretis, et nostram uoluntatem et graciam irrecuperabiliter offendetis; quoniam coram nobis iam dicti fratres per litteras domini Regis H. iusticiam eorum ostenderunt. Scientes eciam, quod iam sepe dictos cybriones eisdem fratribus idem Rex H. contulit, sigilli nostri muni-

mine roborauimus. Datum anno ab Incarnacione Domini M°CC°XXIIII°.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsétnek töredéke hártyazsinegen függ, a budai kir. kamarai levéltárban. Sok hibával kiadva Fejérnél Cod. Dipl. III. k. 1. r. 459. l.)

117.

Tengerészeti per Semiteculo Lénárd velenczei kereskedő, s több spalatoi és Cacsics nemzetségbeli hajós közt. 1224.

De mense Aprilis. Recordationem facit dominus Dux cum suo Consilio de eo, quod sicut dicit Leonardus Semiteculo de Sancto Vito, cum diu est transiret in quadam barca ab Ancona versus Piscairam, homines de Spalanto, et homines, qui dicuntur esse Cacicii, existentes in uno barcoso in contrata illa in mari scilicet supra montem Ancone, sicut dicitur idem Leonardus, venerunt in eum, sagitando et preliando usque in terra, et tunc dimissa barca, fugit in terram, et ipsi Spalatini et Cacicii ceperunt barcam illam et negociationem eius et Dominici Valerii de Sancto Raphaele, que fuit tanta inder drapum et ferrum et ramum et alias res minutulas, sicut asserit idem Leonardus, quod valuit usque libras MDC Venetas, et barcam illam cum tota negociatione illa abstulerunt; ipse autem Dominicus, sicut dicitur, tunc remanserat in Ancona. Super hoc vero dixit dominus Dux, quod per homines Ancone coram eo fuit testificatum, quod homo quidam de Ancona, cum ivisset in Spalanto, cognovit barcam ipsam, et quesivit eam, et non potuit eam habere, et quod illi de Ancona post hoc preceperunt pro Communi eorum, ut ubi invenirent Spalatinos, pignorarent eos. Et hac audita guarentia, dominus Dux mandavit eius litteras in Spalanto per Mafeum Feriolum, Capitaneum Galearum, pro inquirendis

de predictis ablatis, sicut dicebatur; quod autem super premissis postea fieret, ignorat dominus Dux, silicet idem Leonardus dicitur, quod Mafeus nullam inde potuit consequi vel habere racionem.

(Ljubics, Monum. sp. hist. Slav. Merid. I. köt. 33. l.)

118.

Verero János raguzai kereskedő a velenczei dogenek fogadja, hogy hajóival Alexandriába és Egyptomba nem menend. 1224.

Die XVI. intrante Julio. Promisit Johannes Verero de Ragusia domino Duci ad partem Communis Veneciarum sub pena tocius heris eius et sue persone, quod in hoc viatico, quod facturus est cum suo panzono, in terra Alesandrie vel Egipti non ibit, et ita iuravit per Sancta Dei Evangelia se observaturum. Et isti alii similiter hoc idem fecerunt sacramentum, silicet: Petrus Novelo nauclerius dicti patizoni, qui Petrus Venetus est, et Paulus de Ragusia, et Dominicus Raguseo. Presentes fuerunt: Jo. Michael Consiliarius et Dominicus Venero.

(A belgrádi tudós társaság Glasznikjából XV. köt. 190. lap. Ljubics, Monumenta spectantia hist. Slavorum Merid. I. köt. 33. l.)

119.

II. Endre királynak a szolgagyőri népeknek két házhelyét tárgyazó adománya szent Mihály egyháza számára a budai szigeten. 1225.

Andreas Dei gracia Vngarie Rex omnibus, ad quos littere presentes peruenerint salutem et omne bonum. Ad vniuersorum noticiam presencium et posterorum volumus perueníre, quod nos intuitu Dei ob remedium anime nostre duas mansiones castrensium de Zulgageur in villa Yeneu commorantes, Ecclesie Sancti Michaelis fundate in insula Budensi, sicut ad castrum pertinebant, iure perpetuo contulimus possidendas. Nomina vero ipsorum rusticorum sunt hec : Arus, Uidolt et Endure. Et ut hec nostra donacio nostris nostrorumque successorum temporibus eis in perpetuum possit perdurare, presentes concessimus litteras, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno uerbi incarnati M°CC° XX°V°. Regni nostri anno XX° secundo.

(A budai káptalannak »frater Martinus Prepositus Ecclesie Beati Michaelis Archangeli de Insula Leporum 1410. in festo Sancte Trinitatis« kiadott átiratából. a budai kir. kamarai levéltárban.)

120.

Béla ifjabb király megerősíti Mothmer comes anyjának azon intézkedését, melylyel Topuskában lévő két birtokrészét az ottani apátságnak adományozta. 1225.

In nomine Sancte Trinitatis. Bela Dei gracia Rex, primogenitus Regis Hungarie, omnibus ad quos littere presentes pervenerint salutem in Domino. Cum Ecclesia, que mater est omnium, per Regum ac nobilium dotalicia soleat sublimari, dignum est ut nos tam nostris, quam aliorum iustis donacionibus pium prebeamus favorem. Ad noticiam igitur universorum volumus pervenire: quod cum Motmerus per examen iudicii in nostra et nostrorum presencia quandam terram suam, que est sita circa Toplica Canonicorum Zagrabiensium, in duello contra Christianum perdidisset; tandem mater eiusdem M(otmerii) dictum Christianum de iniuria ac verecundia sibi illata graviter impetebat, quod eciam ad duellum est adiudicatum. Super quo eciam postquam ingressi fuissent in nostra presencia taliter composuerunt: ut duas partes memorate terre matri M(otmerii) pro iniuria illata restituit Christianus. Tandem vero eadem domina scilicet mater (Motmerii), ad nos accedens, propria voluntate sepe dictam terram Capitulo Zagrabiensi pro remedio anime sue assignavit, tali forma interveniente: ut, quamdiu sibi vita comes existeret, proventus illius terre sub proteccione Eccle ie sibi plenarie cederent, post mortem autem eius Ecclesia Zagrabiensis perpetuus existeret per omnia possessor; a nobis humiliter postulans, ut nostrum super hoc assensum et confirmacionem preberemus. Nos autem habito consilio nostrorum Jobagionum, tam Ungarorum quam Sclavorum, tunc temporis circa nos existencium, iustam ac piam peticionem illius domine decernentes, benigne admisimus, ne in posterum ab aliquo possit retractari, presenti privilegio roborantes. Cuius terre prima meta incipit a Bedna versus rivulum

Cocosinee (qui) cadit in illam, inde protenditur sursum per eundem rivulum usque ad caput eiusdem et ibi est meta crucea in fagu, dividit terram Crisiensis Castri, et inde dirigitur ad latus montis Lubel usque semitam, que pastoralis dicitur, et per eandem semitam tendit per monticulos et valles versus meridiem ad gertanfa, ubi est meta terrea, et post hoc illa semita relinquitur ad dexteram, inde versus orientem ad viam magnam Coziherbet, que de Cris ducit in Worosd, inde per eandem descendit in vallem ibi sunt arbores signate, et inde ascendit in Studenc, ubi est fagus signata, et inde a via magna divertit ad sinistram et vadit ubi Camicniza et Yelsewec oriuntur, ubi est fagus signata, et coniungitur terre Petconis, et per montem dirigitur usque ad alium qui dicitur Cerouo berdo, in cuius cacumine est quercus cum meta; et ibi recedit a terra P(etconis,) et descendit ad metam Osl, et inde per latus unius montis ad alium usque ad cerasum et per eundem protenditur ad ulmum, sub qua oritur Slatynic rivulus, per quem revertitur in Bedna Ex alia parte autem Bedne, ex parte Worosd, quandam partem terre dicta domina sue postestati reservavit. Pristaldus vero super hiis Petco Comes Crisiensis. Datum per manus Mathei Prepositi, aule nostre Cancellarii. Bano Aladaro, Chac Budrugiensi, Theodoro Musuniensi, Jula Ferrei Castri Comitibus existentibus. Anno Domini MCCXXV.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 53. l.)

121.

Béla ifjabb királynak privilegiuma a perinai (petriniai) vendégek számára. 1225.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie (Gallicie) Lodomerieque Regis Andree primogenitus et Rex in perpetuum. Cum de beniuolencia ac predestinacione Sumpmi Regis ad hoc simus preordinati, ut singulis in jurisdiccione nostra constitutis simus secundum Apostolum in justicia debitores: propensius et specialius hospites, qui nostrum sibi senserint subsidium profuturum, debita uolumus justicia pretueri. Hinc est, quod nos tam presencium quam futurorum uolumus noticie declarare, quod hospitibus nostris in Perina commorantibus taliter hoc modo concessimus libertatem: Ut per septem annos in nullo nobis teneantur; nec forum, quod ibi celebratur, per septennium tributum persoluat; transactis uero septem annis annuatim centum pensas Regie persoluant Maiestati, uel dextrarium tot pensas ualentem. Tributi autem fori tercia pars Maioris eiusdem Uille spectet jurisdiccioni, quicumque fuerit; residuas autem partes Regie Celsitudini debet amministrare. Nec aliquis ipsos preter defensorem ipsorum a domino Rege statutum audeat iudicare, et si ab ipsorum defensore conquerentibus satisfieri non poterit, ad domini Regis Presenciam dicta causa discutienda transferatur; et si ipsi coram judice quemquam impeterent super aliquo, eis judicetur juramentum. Statuimus eciam, quod si Banus eis ad ualorem unius marce dampnum faceret, in centuplo restitueret eisdem. Item Bano non aliud quam domos suas occasione descensus dare teneantur; pro alijs uero necessarijs precium recepturi. Et si aliquis ipsorum prole caruerit, tam ipso viuente, quam ab hoc seculo transmigrante bona sua cuicunque voluerit conferat retinenda. Et si aliquis de villa super equo (vel) boue calumpniaretur ab aliquo; pro quanto

sacramentum facere presumpserit, sibi calumpnians testibus astantibus restituat, et res, pro qua causabatur, ad requirentem deuoluatur. Et si quis villam istam intrare uoluerit moraturus, omnia bona sua, domos suas videlicet, et alia que possederat, omnibus scientibus liberam habeat vendendi facultatem; et recedens de villa ista retineat eadem. Et ligna, que ad vsus suos, uidelicet igni superponenda, uel ad edificandas domos suas expedierint, concessimus possidenda. Et statuimus, quod sacerdotem quemcunque voluerint, in sua recipiant Ecclesia; de decimis ipsorum, prout mos est hospitibus vbicunque manentibus, disponentes. Sane super hec ad vtilitatem ipsorum montem quendam nomine Grachie, et terram, nec non vbicunque intra Zabat vineas plantare voluerint, omni reclamacione postposita assignauimus eisdem. Et ne termini terrarum dubitentur ab aliquo, fecimus annotari. Quarum prima incipit ab oriente, vbi Minor Chemernica transit per viam, gue wlgariter *hodut* vocatur; et via dirigit illa versus partem meridionalem, vbi meta ipsorum existit; abinde diuertitur dextrorsum per montem vnum, vbi Minor Petnita cadit in Magnum Petnita, ibi est meta; exinde idem Minor Petnita dirigitur versus occidentem per viam, que ad Cruciferos vadit, ibi est meta assignata; et de via illa descendit versus septemtrionem, vbi ipsa via, et Prichlisnica, et Perna simul veniunt, vbi est eciam meta; Prichlisnica uero ascendit abhinc ad caput ipsius fontis, et ibi est meta; et abinde progreditur iuxta semitam dextrorsum, et uadit ad caput aque Jelesnicha vocatum, (igy) et ibi meta sita est; aqua uero nominata confluit abinde iuxta uillam Drascu, et uadit in uiam, que venit de foro Regio, et ibi est meta; et uia illa ascendit ad orientem iuxta prenominatum Minorem Chemernicha, et ibi contignatur mete priori. Et vt hoc firmum et stabile permaneat, nec per alicuius machinacionem in irritum ualeat retractari, sigilli nostri caractere fecimus roborari. Pristaldis uero Petro Comite Pilisiensi, et Mirizlao de Goricha terrigena existentibus. Datum per manus Mathie Prepositi Zagrabiensis tunc temporis aule nostre Cancellarij, anno Gracie millesimo CC°XX° quinto. Venerabilibus Vgrino Colocensi, Gunzulino Spalatensi Archiepiscopis existentibus; Stephano Zagrabiensi, Martino Corbauiensi, Micus Pyzeciensi

Episcopis existentibus. Chak Budrugiensem, Poth Bachiensem, Buzad Ferrei Castri, Gecha Zaladiensem, Mykka Symigiensem Comitatus gubernantibus; Paulo Thauarnicorum, Andrea Dapiferorum, Bogondo Pincernarum, Johanne Agasonum Magistratus regentibus.

(Eredetie bőrhártyán, vörös-barna selyemzsinóron függő pecsét alatt; a zágrábi országos levéltárban a budai kir. kamarai levéltárnak ott letéteményezett okmányai közt.)

122.

Béla ifjabb király anyja Gertrud királyné lelke üdveért a topuskai apátságnak a Gorra megyében lakó hat nemzetség utáni nyestjövedelmet adományozza. 1225.

Bela Dei gracia Hungarie Rex etc. omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris hoc scriptum inspecturis salutem et prosperos ad vota succesus. Quoniam personam et res, Regnum et regimen et bona omnia que habemus, ab illo recognoscimus, qui super Reges regnat et dat omnibus affluenter et non inproperat, exaltat et humiliat, ducit ad inferos et reducit. Merito de bonis ab ipso collatis eum propicium nobis facere procuramus, inpercientes ea hiis, qui subsidio nostro indigent et famulatui eius indesinenter insudant, ut ipsi per subsidium nostrum valeant sustentari, et nos per eorum oraciones et merita ad graciam et gloriam conditoris et salvatoris omnium pertingere mereamur. Animati igitur tam devocione et fide avorum et proavorum nostrorum Sanctorum Regum, qui in diversis Regni nostri partibus Ecclesias construxerunt, quam et devocione propria provocati, inter ceteras Ecclesias Regni nostri, quas omnes prosperante Domino proponimus diligere ac fovere, Ecclesiam Gloriose Virginis Marie de Topulcha Cystercinsis Ordinis, quam pius

pater noster Rex Andreas fundavit, speciali affectu diligere proponentes, in usus fratrum Deo serviencium in eadem, et pauperum sustentacionem, pro salute anime pie matris nostre Gertrudis, Regine illustris, et omnium parentum nostrorum ac nostre, de marturinis nostris sex generacionum Comitatus de Gorra: Pridizlai videlicet de Boina fratrum, cognatorum et proximorum suorum ac successorum; Alpreth, Martini filii Brochonis, Rate, Bizlai, Trmha et fratrum, cognatorum et successorum suorum et iobagionum omnium predictorum XX marcas annuatim donavimus in perpetuum possidendas. Precipientes firmiter sex generacionibus memoratis et omnibus ab eis descendentibus, ac omnibus iobagionibus eorundem, ut sicut nobis maturinas ipsas de se vel de suis iobagionibus solvere tenebantur, sic deinceps in perpetuum Ecclesie predicte et deservientibus in eadem, quousque predicte viginti marce annuatim eisdem impleantur, absque ulla diminucione et contradiccione persolvent, alioquin iram Dei ac nostram et successorum nostrorum se noverint incursuros. Peterea nullus Banus seu Comes, de marturinis illis se aliquatenus intromittat, donec Ecclesia summam predictam de marturinis ipsis habuerit adimpletam. Volumus enim hoc donum et elemosinam nostram tanta auctoritate domino potiri in perpetuum firmitate, quod nullus Banus vel Comes aut aliquis successorum nostrorum vel quilibet alius Ecclesiam predictam super illis marturinis debeat molestare, aut huic donacioni nostre modo aliquo contraire. Insuper autem omnia iura, possessiones et libertates seu quelibet alia, que ab illustri patre nostro memorate Ecclesie et deservientibus in eadem quocunque tempore sunt concessa, et que adhuc in posterum dante Domino a quibuscunque poterit racionabiliter adipisci vel hactenus est adepta, libere et absque diminucione aliqua eidem Ecclesie concedimus perpetuo possidenda et auctoritate Regia confirmamus. Ad robur igitur huius nostre confirmacionis inducemus testes: venerabilem Archiepiscopum Spalatensem Guchulinum, Michum Tynniensem, Martinum Corbaviensem, Episcopos Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; ac illustrem virum N. Marchionem Istrie, avunculum ac rectorem nostrum, nec non Comitem Mosuniensem, Chaak Budrugiensem, Pausam Ferrei Castri, Mychaelem Symigiensem,

Wakyam Zagrabiensem, Comitatus nostros feliciter optinentes Aladanum Tavarnicorum, Andream Dapiferorum, Bagamerium Pincerne Magistros in aula nostra existentes. Datum per manus Magistri Mathie Zagrabiensis Ecclesie Prepositi, aule nostre Cancellarii, Stephano venerabili Electo eiusdem Ecclesie feliciter existente. Anno Gracie MCCXXV.

(Tkalcsics, Monumenta hist. Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 54. lap.)

123.

III. Honorius pápa a bosnniai patarénok ellen a keresztet hirdetteti. 1225.

(Honorius Episcopus servus servorum Dei stb. Ugrin kalocsai érsekhez.) Gratum gerimus et acceptum, quod Catholice fidei ductus amore ad profligandos hereticos de Bozna, Soy et Vssora, ubi tamquam lamie nudatis mammis publice catulos suos lactant, ad exhortationem bone memorie Aconcij Subdiaconi et Capellani nostri, Apostolice Sedis Legati, et aliorum bonorum virorum te viriliter accinxisti. Super quo sinceritatis tue zelum dignis in Domino laudibus commendantes, et favore debito prosequentes, fraternitatem tuam rogamus et monemus attentius, et per Apostolica scripta mandamus: quatenus de gratia nostra confisus, et auctoritate suffultus, prosequaris ex animo causam Christi, Catholice puritatis potenter persequens subversores; ita quod Deo ad gloriam, nobis ad gaudium, et tibi ad profectum proveniat salutarem. Ut autem iniunctum tibi negotium perfectuis exequi valeas, in partibus illis predices verbum Crucis, fideles contra infideles efficaciter exhortando etc. Datum Tibure idibus Maij, anno nono Pontificatus nostri.

(Farlati Illyricum Sacrum IV. köt. 48. l.)

124.

A Velencze és Raguza közti kereskedelmi összeköttetésre vonatkozó nevezetes okmány. 1225.

Mense Septembri, indictione XIV. Venceslaus Antolinus Lugnanus de confinio Sancti Mathei Rivialti ante presentiam domini Ducis et suorum Consiliariorum Petri de Bocassis, Nycolay Faletri et Andree de Canali, representavit ei in manu sua duo instrumenta, quorum tenor hic inferius scriptus reperitur. Et ibi presens erat Comes Johanes Dandulus de Ragusia, qui cum vidisset illa instrumenta et cognovisset, dixit, quod facta et scripta fuerunt legaliter per legales et bonos atque creditos tabeliones Civitatis Ragusie, quos bene cognoscebat pro legalibus et melioribus ipsius Civitatis. Et ideo ad memoriam retinendam dictus dominus Dux et ipsi Consiliarii preceperunt modum et tenorum ipsorum instrumentorum hoc libro Communis scribi. Tenor autem primi instrumenti talis est:

In nomine Domini MCCXX. mensis Madii XVI. die coram subscriptis testibus: Ursacius Dommate filius obligavit se super omnia sua dare talem pacatorem Antolino Luniano, qualem Antolino placuerit, ut ille pagator mittat tantum de suo cum ipso Antolino in Veneciam, quod possit pacare se Antolinus de centum libris, salvis in terra. Si autem non observaverit hoc, tenebitur dare in duplum. Sic et de aliis libris centum, quas dictus Ursacius debet eidem Antolino. Idem Ursacius domum, que est uxoris Cerni Vitane, asignavit Antolino in pignus tali pacto, ut omni anno Atolinus accipiet de ipsa domo XXV libras usque ad IV annos, donec hoc modo centum libras compleantur; et si hoc, ut dictum est, non observaverit, Ursacius tenebitur dare has libras in duplum. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Lucarus Comitis Nycolai Judex Juratus, Kalenda Stepacie, Vit. Gradi, Johannes Bogdani. Et ego presbiter Gataldus et Communis Notarius Juratus scriptor sum et testis.

† Anno Incarnationis MCCXIII. mensis Septembris secundo die astante, coram testibus subnotatis. Vitalis filius Michaelis Nicolay confessus est, quod ipse super breve de perchivo sue uxoris Sueri debet Antolino Lunano de Veneciis de confinio Sancti Mathei Rivialti dare XXVIII perperos usque ad primum carniprivium, et si ante venerit de Tasidio, ante pacabit dictus Vitalis dictos perperos dicto Antolino, et Sueri uxori dicti Vitalis placuit. Et ipsa Sueri dedit se fideiussorem super se et omnia sua dicto Antolino pro suprascripto debito; et si Vitalis prescriptus ultra dictum terminum tenuerit dictos perperos, debet dare illos sub fideiussione dicte sue uxoris dicto Antulino a dicto termino in antea cum uxura de quinque in sex per annum, secundum quod tenuerit eos. Hii sunt testes: Vita de Gradi Juratus Judex, Pa . . ius Mengatie et ego Blasius Ecclesiasticus et Communis Notarius Juratus scriptor sum et testis.

(Ljubics, Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium I. köt. 35. l.)

125.

Guncel spalatoi érsek és Márton corbaviai püspök bizonyságlevele Domald comes azon vallomásáról, hogy ő Mogos nevű földet soha nem bírta, s a templomrendieknek sem adományozta.
1225.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 54. l.)

126.

Walter karleoli püspök, és III. Henrik angol király követének ehhez intézett jelentése, melyben többi közt felemlíti, hogy II. Endre magyar király II. Frigyes császárhoz követséget küldött gyermekeik közt házasságot eszközleni megkisérlendöt. 1225.

Excellentissimo domino suo Henrico Dei gracia Illustri Regi Anglie stb. W(alterus) eadem gracia Karleolensis Episcopus stb. stb. (jelentés a kölni érsekkel volt tárgyalásáról.) Hys auditis nuncium vestrum ei exposuimus dicentes ei, quod vos tam de maritagio corporis vestri, quam sororis vestre, consilio illius parebitis; ad quod respondit, consilium suum esse, ut talem et tantam oblacionem faceremus, quod dominus Imperator non debeat eam repudiare. Dixit eciam periculum esse in mora; Rex enim Francorum magnam pecuniam ei optulit, ut confederacionem filij sui habeat, et negocium nostrum impediat. Ex altera parte Dux Bauarie venit cum maxima pompa ad colloquium Vlme, et optulit pro maritagio filie Regis Boemie, que est neptis ipsius, XV milia marcarum vltra oblacionem XXX milia marcarum, quam ipse Rex Boemie prius obtulerat; sed Rex Alemanie respondit ei, quod nunquam eam duceret. Preterea adiecit, quod Rex Hungarie misit ad dominum Imperatorem, et pro maritagio filij sui optulit ei pecuniam magnam. Ipse vero non sitit, nisi pecuniam, vt illam accumulet; vnde consuluit, vt nos sub festinacione talem oblacionem faceremus, quam acceptare deberet stb. stb.

(Huillard-Bréholles, Historia Diplomatica Friderici Secundi, tom. II. p. 2. Paris 1852. 834. l.)

127.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Sagisidoud községe Deodat kanonoknak 25 holdnyi földet eladott. 1225.

A B C D E F G

Nicolaus Prepositus Strigoniensis et eiusdem loci Capitulum omnibus, ad quos littere presentes peruenerint, oraciones in Domino. Ad uniuersorum noticiam uolumus peruenire: quod constitutis in presencia nostra Dusnico filio Vetud de uilla Sagisidoud cum suis cognatis, uidelicet Acus, Accincto presbitero, Andrea cum fratribus suis scilicet Deme, Chepano, Stephano, Opsa, Dethmaro, Detrico, Buzad filio Michael, Marcello filio Petri, Micou et Gregorio filijs Mocud ab una parte; Deodato Canonico Sancti Georgij ab altera; proposuit dictus Dusnuc, quod terram ad XXV iugera, cum omnibus suis pertinencijs, que nullo mediante ipsum contingebat, eandem predicto Deodato Canonico uendidisset pro marca et dimidia argenti in perpetuum possidendam. Hac tamen condicione, quod dictus Deodatus suis successoribus dictam terram libere posset relinquere perpetuo possidendam; si uero dictum D. sine heredibus contingeret decedere, cuique uellet, siue Ecclesijs liberam potestatem conferendi haberet; sed alienis uendere non liceret, nisi precium terre, a quo emerat, perciperet ab eodem. De quibus XXV iugeribus terre tria iugera pertinent ad fundum situm iuxta fundum Dusnuc secus riuulum, qui denominatur potok; et aliud fundum prope ecclesiam ad IIII iugera iuxta fundum eiusdem Dusnuc; et XIIII iugera sita inter arbores, uidelicet que wlgo denominantur *scilcuz*; et duo iugere descendunt per nemora ad uiam, que uenit per predictas arbores scilicet *scilcuz*; et duo iugera sunt sita secus uallem Blata. Cuius uero terre precium dictus Deodatus eidem uenditori coram nobis persoluit. Postulauerunt igitur tam emptor quam uenditor, ut hoc factum testimonio litterarum nostrarum commendari, et sigilli nostri muni-

mine faceremus roborari; quod et fecimus. Anno Uerbi Incarnati M°CC°XX°V. datum per manus Magistri Benedicti Lectoris Strigoniensis.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsétnek töredéke hártyazsinegen függ; a budai kir. kamarai levéltárban.)

128.

Bizonyos ipolysági birtokra vonatkozó per a Garam melletti szent benedeki apátság s Péter, Györgynek fia közt. 1225.

Laurencius Abbas Sancti Benedicti Abbatis Monasterii de Goron una cum fratribus suis, presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Quoniam in mundi rebus quandoque solet oriri controuersia, negocia preuenienda prouidenda sunt cautela. Inde est, quod notum fieri volumus tam presentibus, quam postea nobis successuris, quum quidam iuuenis nomine Petrus Georgij filius terram X aratrorum in uilla Sagh, que predicto pendet Monasterio, dum acquirere et sibi attrahere se exaltaret; terminum, ut ante presenciam Palatini Julk comparerent uille iobagionibus imposuit. Sed quia ficta res quandoque per scienciam ueram solet deprehendi; Ego Abbas L. hoc mihi reuelato ad iudicem ire properans, illic Petrus aduersum populum meum et me litigii uoces commouit; sic et nos aduersus eum respondentes; tandem a iudicis discussione talis efulsit sentencia; videlicet : Ego Abbas L. et frater meus presbiter Petrus, nec non Curialis Comes meus P. in Scyget in templo Sancti Nicolay confessoris, si iuraremus, terram sic possideremus mediente pristaldo Nemel. Quod nos propter nostrum ius fecimus; quia in dicto loco coram Abbate Joan et uniuerso Capitulo iuramenti uoces emisimus. Et ut in processu temporis nullius posteritas, aut Petri, possit commouere rem hanc, quartarum testimonio confirmauimus; quarum

primam nos retinuimus, secundam in Scyget locauimus ex consciencia Abbatis Joan et fratrum eius. Anno ab Incarnacione Domini M°CC°XXV° Epacta X. concurrente super communi consilio multorum hec carta est assignata VIIII. kalendas mensis Januarij.

A B C D E F G H I K L.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét töredéke hártyazsinegen függ; a budai kir. kamarai levéltárban.)

129.

Béla ifjabb király bizonyos per folytán, mely alatt Bisztricz és Sziget, a Dráva és Mura közt fekvő helységek István zágrábi püspök birtokába jutottak, ennek ugyanazon helységeket odaitéli. 1226.

Bela Dei gracia Rex, primogenitus Regis Ungarie, omnibus presens scriptum inspecturis salutem et omne bonum. Ad universorum noticiam volumus pervenire: quod quidam nomine Egidius super privacione oculorum sui fratris nomine scilicet Pauli, Muterium, filium Moterini coram nobis inpeciit, super quo dictum Muterinum cum eodem Egidio, habito jobagionum nostrorum consilio et assensu ad examen duelli iudicavimus exequendum. Et quia dictus Muterinus ad terminum predictum non venit nec misit, ipsum in CC marcis tam pro privacione oculorum, tam pro dampnis que sibi intulerat, condempnavimus. Sed quia dilecto ac fideli nostro Magistro Stephano Zagrabiensi Episcopo attinebat, ad peticionem ipsius commisimus, ut inter eos pacem reformaret leviorem. Ipse autem Stephanus Episcopus talem inter eos pacem reformavit: ut predictus Muterinus adversario suo CL marcas persolveret. Et quia non habuit unde posset persolvere, prefatum Episcopum coram pristaldo nostro Chete Comite coram multis aliis diligenter rogavit, ut ipse pro

predio suo toto, quod inter Drawam et Muram habebat, prefatam pecuniam adversario suo persolveret, tali tamen condicione: ut si usque ad Nativitatem Domini proximo venturum non redderet, tunc et totum predium perderet, et contra Episcopum amplius in aliquo pro predio reclamacionem non haberet. Et quia dictam pecuniam usque predictum terminum secundum condicionem factam, ab ipso vero ulterius dilacione facta usque Pascha noluit eciam persolvere; habito consilio omnium Magnatuum nostrorum et consensu predictum predium Muterini, Bistric videlicet et Otoc Sciget, Episcopo in perpetuum adiudicavimus possidendum. Pristaldo huius cause totalis existente, sicut prediximus, Comite Chete. Ut igitur hoc firmum et stabile perseveret presentem paginam sigilli nostri inpressione munitam in tenorem testimonii concessimus. Datum per manus Mathie Prepositi Zagrabiensis, aule nostre Cancellarii. Anno ab Incarnacione Domini MCCXXVI.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 56. l.)

130.

Béla ifjabb királynak Vertus somogymegyei helységet tárgyazó adománya István zágrábi püspök számára. 1226.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 56. l.)

131.

A velenczei kormánynak rendelete, melylyel a kereskedést Raguza várossal tiltja. 1226.

Die VI exeunte Aprilis ordinatum est per dominum Ducem et suum Consilium Minus et Maius et XL, et stridatum fuit per Tardivellum in Rivoalto et in Brolio, quod nullus Venetus neque forinsecus per se vel eius nuntium audeat comperare de rebus vel mercibus Ragusiensium, neque de illis, que fuerunt in navisollis Ragusie, que noviter venerunt in Zadra vel contratis illis, videlicet a Zadra intra, neque ab Ancona intra, nec etiam in Jadra vel Ancona, nec Veneciis. Et quicunque repertus fuerit habere vel comperasse de mercibus ipsorum de illis, que fuerunt de Sclavonia, solvent quadrageximum, et de illis aliarum partium solvet quantum Vicedominis (videbitur). Et si Raguseus aliquis in Veneciis fuerit repertus portasse merces, persolvet ut dictum est; et cum venerit, nisi manifestaverit Vicedominis merces, ex quibus solvere debet quadrageximum, et fraude mediante celaverit, et Vicedomini cognoverint, accipient ab eo quadrageximum duplum de rebus Sclavonie, de aliis latis aliunde quintum simplum, ut dictum est, solvere debent.

(Ljubics, Monum. spect. hist. Slav. Merid. I. köt. 37. l.)

132.

A velenczei köztársaság levele Raguza városhoz, melylyel az egyenetlenségek elintézésére vonatkozó követeléseit megírja. 1226.

In mense Aprilis, indictione XIV. Recordationem facimus de litteris illis, quas mandavimus Comiti Ragusino et populo universo, quarum tenor talis est:

P. Ziani Dei gratia Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie Dux, Dominus Quarte Partis et Dimidie tocius Imperii Romanie viro Egregio Johanni Dandulo propinquo suo dilectó, Comiti, viris quoque Nobilibus, Judicibus et toti populo Ragusino et cunctis suis fidelibus, salutem et dilectionis affectum. Litteras, quas nobis nuper misistis, et missos recipientes, quod littere ipse continuerint, et missi iisdem exprimere voluerint, intelleximus; ad que sane, si pro meritis vobis respondere voluissemus, ea, que vestratum apud nos fuerint reperta, omnia intromisissemus, cum de obsidibus et ceteris, que fieri nobis et transmitti expetivimus, nihil velitis adimplere. At cum missi vestri instanter assererent, vos paratos esse ad obsides nobis destinandos, et, ut de nostro mandato est, inimicos nostros verius et non ficte pro inimicis habere, ac contra Cacikios id totum facere, quod Jadra et cetere insule nostre proinde facerent ex nostro precepto, secundum rata seu racionem et quantitatem possibilitatis, Ragusine Civitati a gravedine vestra retraximus manum, actis ipsis fidem adhibentes. Qua de causa mandamus vobis precipiendo, quatenus, que dicta sunt, adimplere studiosius debeatis, ita quod de — — — obsides ipsos, quorum nomina inferius scripta sunt, nobis adimplere, hinc ad proximum festum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli mittatis, sic ut tunc sint in Veneciis. Nam vos scire volumus, quorum si alterius aliquis vel aliqua vestrorum ad Venecias habuerit accessum, de hiis rebus, que de terra illa secum detulerit,

quadragesimum, et de hiis, que ex aliis omnibus partibus adduxerint,quod sibi faciemus aufferri omni condictione semota. Vnde sic attencius, que dicta, servare debeatis, ut dampno predicto percelli non possitis. Hec autem sunt nomina obsidum, quos nobis dirigi hic ad festum Sancti Petri postulamus: filius Jacobi de Cervo qui dicitur Nicolicza, Grobissa de Bailsclava, Grai filius Comitis Zude, gener de Bubagna, qui dicitur Susinus, Stefanus filius Comitis Lucaro, filius Laurencii de Pisino, filius de Damiano de Gondola, filius de Domegna de Ragno, fiiius Nicole de Morexa, filius de Damiano de Bucegno, filius Toderi Grosso, filius Mathei de Bodaza, filius de Baglaza, Kalendus de Cerneca, filius de Benzola de Bodoza, unus ex illis de Gaglopa, unus ex illis de Ostigle, filius de Dimitro de Ruffis, Blasius gener de Jacobo de Cerva, filius Petri de Morexa. Volumus quoque et mandamus, ut omnia vestra balista, que habetis, sine omni dilatione nobis dirigatis. Item vobis precipimus et mandamus, ut in terra inimicorum nostrorum non pergatis, nec cum inimicis nostris faciatis mercatum.

(A belgrádi tud. társaság glasznikja XV. köt. 191. l. Ljubics, Mon. spect. hist. Slav. Merid. I. köt. 37. l.)

133.

A velenczei kormány biztosító levele a magyarországi kereskedők számára. 1226.

Die secundo exeunte Madio, indictione XIV. Recordationem facimus cum nostro Consilio de litteris illis, quarum tenor inferius reperitur, quas mandavimus universis mercatoribus ex Regno Ungarie.

P. Ziani Dei gracia Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie Dux, Dominus Quarte Partis et Dimidie tocius

Imperii Romanie, universis mercatoribus ex Regno Ungarie ad Venecias venire volentibus, salutem. Volumus enim quod in Ducatus nostri districtu seccuri veniatis ac ab inde reccedatis, videlicet in personis et rebus, ita dumtaxat, quod fisco nostro persolvatis ad racionem cuiusquam centenarii libras nostre monete silicet XXX de hiis, que vobiscum visi fueritis aportare. Datum Veneciis anno Domini MCCXXVI mense Madio, indictione XIV. Hanc autem dationem tolli volumus pro solucione rerum ablatarum Venetis nostris illo in Regno facienda, salvis aliis consuetis dationibus, que in suo statu volumus conservari.

(Ljubics, Monum. sp. hist. Slav. Merid. I. köt. 38. l.)

134.

A velenczei kormány a raguzaiaknak Velenczében tartózkodhatását szabályozza. 1226.

Die tercio exeunte Octubris, indictioni XV. Ordinatum est per dominum Ducem et suum Consilium et stridatum super scalas Rivialti publice per Johannem Grossum, quod nullus homo Veneciarum nec Venetus neque forinsecus amodo in antea per se vel suum nuntium per aliquod ingenium audeat recipere in domo sua aliquem Ragusinum neque aliqua mercimonia hominum Ragusii, nisi in prima die vel secunda fecerit notum Vicedominis Veneciarum, sub pena librarum XXX et solidorum XII et duplum quantum solverit Ragusinus de racione mercimoniorum omnium, quorum simplum quantum solvisse deberet.

(Ljubics, Monum. sp. hist. Slav. Merid I. köt. 41. l.)

135.

Az esztergami káptalan átírja III. Béla királynak több jószágot tárgyazó adományát a nyitrai káptalan számára. 1226.

Nicolaus Prepositus et Sancte Strigoniensis Ecclesie Capitulum omnibus, ad quos littere presentes peruenerint, oraciones in Domino. Significamus Vniuersitati uestre, quod accedens ad presenciam nostram Jacobus Nytriensis Episcopus, obtulit nobis priuilegium sub sigillo felicis memorie Bele Regis istam formam continens.

In nomine Sancte Trinitatis stb. (következik III. Béla királynak 1183-ki adománylevele, mint fentebb 30. sz. a.)

Verum quia urgebatur dictum priuilegium exhibere in iudicio, et in remotis partibus, timens, ne casu aufferi uel amitti posset, postulauit a nobis illud ad cautelam transscribi, et sigilli nostri impressione communiri. Ad cuius peticionem prefatum priuilegium uerbo ad uerbum in presentem cartam transscribi fecimus, et sigilli nostri munimine roborauimus. Anno ab Incarnacione Domini M°CC°XX°VI°.

(Az esztergami káptalannak 1270-ki átiratából, a budai kir. kamara levéltárban.)

136.

II. Endre király a velenczei köztársasághoz, hogy ő velenczei kereskedőknek Magyarországban történt kiraboltatására nézve vizsgálatot rendelt. 1227.

Recordationem facimus cum nostro Consilio, quia IX. die intrante Februario, indictione XV. ex parte domini A(ndree) Ungarie Regis litteras inclusas sub cereo sigillo eiusdem domini Regis, habenti figuram ipsius regalem in catedra sedentem, nobis representavit nuntius quidam, quarum tenor per omnia sic est: Dilecto et speciali amico suo . . . Deì gratia Illustri duci Veneciaram, A. eadem gratia Ungarie Rex, salutem quam sibi, cum summa dilectionis constantia. Vestre significamus dilectioni, quod ablationem rerum mercatorum vestrorum in nostra terra factam actenus nos ignoramus. Unde mandamus per fidelem nostrum venerabilem Episcopum Gouriensem nobis illos, per quos dampna dictis sunt mercatoribus illata, plenius intimetis, et ipsos eosdem spoliatos ad nos transmittatis, quibus plenam exibebimus satisfactionem; nec vos interim aliquem de nostris super spoliatione vestrorum velitis molestare.

(Ljubics Monumenta spectantia historiam Slavorum Merid. I. kötet. 41. lap.)

137.

Béla ifjabb királynak Aranyos Vinczén Erdély Tordai meyyéjében, négy telket tárgyazó adománya az esztergami egyház számára. 1227.

Bela Dei gracia Rex primogenitus Regni Hungarie omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens inspecturis salutem et graciam. Cum Ecclesia, que mater est omnium, per Regum — — debeat sublimari; ad uniuersorum noticiam volumus peruenire, quod cum Strigoniensis Ecclesia, quia ab ipsa, tanquam a matre ceterarum et magistra, ecclesiastica recepimus sacramenta, prerogatiua gaudere debeat speciali, concessimus ad peticionem fratrum eiusdem Ecclesie in Ultrasiluanis partibus quatuor mansiones castrensium in predio eorundem, quod Oranas Winc appellatur, commorantes, et ad Comitatum Torda spectantes, scilicet Bicca et Nel, cum alijs duobus socijs eorum, ut dicte Ecclesie secundum suam libertatem seruirent. Vt autem hec nostra concessio irretractabilj gaudeat libertate, nec per alicuius suggestionem possit in irritum reuocari, litteras nostras presentes Capitulo concessimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum per manus Mathie Prepositi Zagrabiensis, aule nostre Cancellarij, anno M°CC°XXVII°. Sous Magistro Tauarnicorum nostrorum et Comite Albensi, et Soula Voyuoda existentibus.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. évf. 215. l., és Az Esztergami Főkáptalan birtokaira vonatkozó Okmányok Tára, Pest 1871. 16. l.)

138.

III. Honorius pápa megerősíti a kalocsai érsek számára Posega várának birtokát, melyet az a patarénok elleni sikeres működése tekintetéből megszerzett. 1227.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 57. l. V. ö. Fejér Cod. Dipl. III. köt. 2. r. 100. l.)

139.

III. Honorius pápa megerősíti a templomi rendnek magyarországi birtokát. 1227.

Honorius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs ... Magistro et fratribus Domus Militie Templi in Vngaria salutem et Apostolicam benedictionem. Justis petentium desiderijs dignum est nos facilem prebere consensum, et uota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filij, uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, Domum de Luz cum portu et piscarijs suis, Rassan et Kar, piscariam Soroud, Wesice, Licenica, Odohila et Wodicha villas, terras etiam earumdem, cum omnibus pertinentijs suis, sicut eas iuste, canonice et pacifice possidetis, uobis et per uos Domui uestre auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli

Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani II. nonas Maij Pontificatus nostri anno decimo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pápai ólompecsét sárga-vörös selyemzsinóron függ, a budai királyi kamarai levéltárban.)

140.

IX. Gergely pápa a raguzai érseki megye terjedelmét szabályozza. 1227.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Aringerio Archiepiscopo Ragusino salutem et Apostolicam benedictionem. In eminenti Apostolice Sedis etc. ad exemplar predecessorum nostrorum felicis memorie Innocentij, Anastasij, Adriani, Alexandri et Urbani etc. quascunque possessiones, quecunque bona etc. firma tibi, tuisque successoribus, et illibate permaneant etc. scilicet Regnum Zachulmie, Regnum Servilie, quod est Bosna, Regnum Tribunie, Civitatem quoque Catharinensem seu Rose, Guduaneusem, Antivarensem, Olciniatensem, Scodriensem, Drivastinensem et Polatensem, cum Abbatijs, Ecclesijs et Parochijs suis etc. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisque persona etc. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax etc. Amen.

Ego Gregorius Catholice Ecclesie Episcopus ss.

Ego Pelagius etc.

Datum Anagnie per manum Magistri Sinibaldi Sacre Romane Ecclesie ViceCancellarij VIIII. kalendas Augusti, indictione XV., Incarnationis Dominice anno M°CC°XXVII°. Pontificatus vero domini Gregorij Paqe VIIII. anno primo.

(Farlati, Illyricum Sacrum VI. köt. 96. l.)

141.

IX. Gergely pápa megerősíti a zágrábi egyház szabadalmait és jószágait. 1227.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 60. l.)

142.

IX. Gergely pápa megerősíti a zágrábi káptalan szabadalmait és jószágait. 1227.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 59. l.)

143.

IX. Gergely pápa megerősíti azon itéletet, melylyel Feliczián esztergami érsek 1134. Dumbroa erdejét a zágrábi egyháznak oda határozta. 1227.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagr. I. köt. 61. l. V. ö. Okmánytárunk I. köt. 242. l. és Fejér Cod. Dipl. I. köt. 484. l.)

144.

István zágrábi püspöknek adománya az ottani káptalan számára. 1227.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 59. l. V. ö. Fejér Cod. Dipl. III. köt. 2. r. 103. l.)

145.

Jadra város községe felhatalmaztatik, hogy a Cacsics nemzetségbeliek ellenségeskedései tekintetéből II. Frigyes császárnak tuzokat adhasson. 1227.

Die quadam mense Marcio, indictione XV. Nos quidem P. Ziani Dei gracia Veneciarum, Dalmatie atque Chroacie Dux etc. cum nostro Minori Consilio et cum VIII ex Quadraginta, Angelo Venero, Marino de Canali, Petro Mengulo, Jo. Mucianico, N. Tincto, Angelo Flabanico, J. Gradonico, et An. Faletro, et septem de Maiori Consilio, id est: Jacobo de Molino, M. Storlato, F. Cornairo, D. Dalfino, J. Tonisto, Paulo Quirino et M. Contareni, cepimus consilium super peticionem legatorum Jadre, nomine Cerne de Carbono et Jo. Ragni, ex parte Comitis et Communis Jadre nobis facta, ut per graciam eis concederemus, posse dari ex Jadratinis a tribus usque sex obsides domino Romano Imperatori, si evenerit, quod ipse dominus Imperator faceret eos per eius nuntios requiri specialiter pro facto Caciciorum. Unde omnes predicti concordes fuimus, ut J. Dandolus, filius dicti Comitis nostri, mandato significaret eidem Comiti, ut, si ei videretur melius expedire

pro bono Jadre a tribus usque sex obsides dare domino Imperatori, quod daret specialiter pro facto guerre Caciciorum, hoc est si dictus dominus Imperator suos nuntios apud Jadram ideo ad ipsos petendos destinaret.

(Ljubics Simon, Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium. I. köt. 42. l.)

146.

Miklós mester Ludbregi Péternek fia Wrazilaz birtokát a zágrábi káptalannak adományozza. 1227.

Nomine Domini invocato. Currente anno Domini MCC XXVII. Ego Magister Nicolaus, filius Petri de Ludbregh, volens et consulens saluti mee et proximorum meorum modis omnibus quibus possum povidere, inter cetera quandam possessionem meam empticiam Wrazilaz vocatam, in Districtu Zagrabienensi, de Comitatu Morocha constitutam, totaliter cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, in Ecclesia Beati Regis Stephani, et in festo eiusdem, maioris misse officio existens, tempore offertorii ad aram Beati Regis Stephani, honorabilibus viris Capitulo Zagrabiensi obtuli et offero, donavi et dono, perpetuis temporibus per ipsum Capitulum cum suis metis et limitibus pleno jure possidendam, tenendam et habendam ita: quod semper per ipsum Capitulum in communi possideatur et teneatur. Quod si processu temporum dictum Capitulum voluerit forsitan ipsam possessionem alicui concedere more prediali, hoc eis liceat tali modo, quod ipsam possessionem predicto modo prediali possit habere non alter, quam aliquis de nostris heredibus; ut Castra nostra et nostrorum heredum de Zelna et Byztrycha cum suis pertinenciis non possint aliquo colore per detentores eiusdem possessionis in aliquo offendi vel turbari. In cuius donacionis perpetuam

firmitatem presentibus sigillum nostrum fecimus appendi. Datum anno, die et loco supradictis.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 57. l.)

147.

A domokosrendiek Raguzában megtelepednek. 1225—1228.

Anno M°CC°XXV°, cum dilatandi Evangelij ac propagande religionis studio ex decreto Beati Jordani, secundi Ordinis Generalis Magistri nostri Predicatores in universas orbis regiones perrexissent; ex iis, qui ad Terram Sanctam destinati fuerant, Ragusium quidam appulerunt, institutam inde navigationem perfecturi. At Arringerius Romanus Archiepiscopus, et Nicolaus de Sorrento nobilis civis, penes quem summa dignitas et auctoritas erat, utpote Rector seu Comes, ut vocabatur ea tempestate, Ragusii iacturam se passuros arbitrati, nisi Apostolicos viros ad se divertere studerent; ne civitatem deserant, summis precibus rogarunt et obtinuerunt. Quare Clero, Magistratu, universoque plaudente populo exceptis, sacellum quoddam ad menia civitatis, Divo Jacobo Apostolo nuncupatum, in editiori civitatis situ, qua in orientem sol vergit, pro oratorio, domosque, que circum erant, pro Conventu destinaverunt. Multiplicatis vero fratribus (brevi enim viri fere quadraginta), locus primo donatus pro fratrum numero augustus visus est. Unde nobilis quidam civis de Palmata anno Domini M°CC°XXVIII° ecclesiam Virgini in celos Assumpte sacram, domum et hortum tunc extra muros, et iuxta prefatum Sancti Jacobi sacellum perpetua donacione publicis tabulis exarata fratribus concessit.

(Eredeti régi feljegyzés Farlatinál, Illyricum Sacrum VI. köt. 95. l.)

148.

Treugan traui püspök Guncel spalatoi érseknek egyházi ügyekben tanácsot ád. 1228.

Venerabili patri et domino G. Dei gracia Spalatensi Archiepiscopo T. permissione Diuina Traguriensis Ecclesie minister humilis cum inclinatione devotionem tam debitam quam devotam. Si me non affixisset lecto corporis valetudo, longe ardentius inspirarem lingua propria vestris auribus voluntatem mei animi, quam committere lingue officium voce carentibus litteris et cartis mutis. Sed quia terrores Domini adversum me militant, oportet me flagellum eius equo animo tollerare. Sane cum per Dei gratiam sitis vir discretus et providus, et ad omnia vobis sufficiens, adeo ut nec indigeatis, nec inhereatis consiliis aliorum; non esset sapientis, exhibere consilium non quesitum. Sed si detur verbis audacia, reducerem coram oculis mentis vestre illud Salomonicum: »Omnia fac cum consilio tuo, et propter factum non penitebit.« Proposuistis, pater et domine, visitare Curiam, et recte; ut cognoscamini et cognoscatis, quod vestre, quod Romane Curie postulant rationes, ut secundum Apostolum omnibus reddatis debita, cui honorem honorem, cui tributum tributum; ut nemini quidpiam debeatis, nisi debitum dilectionis et debite subiectionis. Sed occurrit ex aduerso vacantium Ecclesiarum instans cura et sollicitudo. Vacant enim plures Ecclesie Spalatensis Archiepiscopatus, ad subrogationem quarum vos oportet extendere sollicitudinem, et in omnibus accuratam. Licet enim sint Ecclesie Cathedrales, non tamen sunt Conventuales; et ubi per conventualem deliberationem substituendarum personarum electio non procedit, necesse est, ut per venales laicorum manus, qui nec Dominum timent, nec homines revcrentur, non persone, sed personarum simie substituantur, de quarum substitutione quanta prorumpant incommoda, experimento didicistis; de quibus non est modo per singula disputare. Verum si recte velitis ad vacantes Ecclesias debite

sollicitudinis extendere actionem, per nuncios et lit teras studeatis efficere, ut ad vacantem Sedem nullus eligatur absque vestra conscientia et Capituli Spalatensis. His rite peractis et viam aggredi, et Curiam poteritis absque ambiguitatis scrupulo visitare. Super causam vero, quam habetis cum concive vestro Theodoro, cum sanus fuero, responsalem sufficientem instructum mittetis; in cuius et adversarii presentia id, volente Domino, dictabitur, quod de jure videbitur expedire. Bene valete.

(Farlati, Illyricum Sacrum IV. köt. 337. l.)

149.

Treugan traui püspök kanonokját Prodanust a spalatoi káptalannak ajánlja. 1228.

Viro venerabili et amico karissimo, domino C. Dei gracia Spalatensi Archidiacono et eiusdem Ecclesie Capitulo Treguanus permissione Divina Traguriensis Ecclesie minister humilis, eorum subditus et amicus in vero salutari salutem. Universitatem Vestram, de qua gero et gessi semper indubitatam fiduciam, rogandam duxi propensius et orandam, quatenus meorum obsequiorum intuitu, si qua sunt, vel vobis aliqualiter necessaria esse poterunt, Prodanum servientem nostrum filium et concanonicum in jure beneficiorum a benignitate vestra sibi misericorditer collatorum, manutenere, fouere et iuvare dignemini, ut ipse vestro favore resistentibus valeat contraire, optinendo concessa; et ego in hoc, qualiter me diligitis, valeam cognoscere, et Universitati Vestre serena semper voluntate gratiarum expendere rationes.

(Farlati, Illyricum Sacrum IV. köt. 338. l.)

150.

A székesfehérvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Pousenek fiai Ygolban lévő birtokukat Moys nádornak eladták. 1228.

A B C D E F

Omnibus in Chris to pie uiuentibus presentibus pariter et futuris, ad quoscunque presentes littere peruenerint, Albensis Ecclesie Capitulum salutem in Domino. Ad noticiam uniuersorum uolumus peruenire, quod anno Dominice Incarnacionis M°CC°XX°VIII° Bot et frater eius nomine Jacobus filij Pouse constituti in nostra presencia, una cum Curiali Comite Moysis Palatini Comitis nomine Bensa, dixerunt terram suam arabilem de uilla Ygol continentem CCL iugera habentem siluam in duobus locis, et fenetum in totidem locis, prememorato Palatino Comiti pro XII marcis argenti uendidisse, preciumque uendicionis sue sine omni diminucione recepisse. Vnde idem memoratus Palatinus petiuit a nobis, quod dictam empcionem suam, ne obliuioni succumberet, nostris interponeremus litteris testimonialibus. Ecclesie nostre Corardo Preposito, Feliciano — —, Myca Custode, Laurencio Decano existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

151.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Valcheta és testvérei, Meztennek fiai Kulpatő nevü birtokukat sógoruknak Robertnek örök időre átengedték. 1228.

(Tkalcsics, Monumenta historica Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 61. lap. V. ö. Okmánytárunkat I. köt. 258. l. és IV. köt. 464. l.)

152.

Giustiniani Máté Ossero és Cherso szigeteknek ujonan választott podestá-ja a velenczei kormánytól a neki járó hajót kéri. 1228.

Die IV exeunte Julio, in presentia et testimonio Antonii Marigloni, Ja. Teupuli, Jo. Mauroceni et D. Delfini. Matheus Justinianus, electus Potestas in Absoro et Cherso, stetit plegius domino Duci ad partem Comunis de danda ei, quandocumque dominus Dux ei preceperit vel requiri fecerit, illam sagitedam cum omnibus vellis et ancoris et toto eius corredo, quam comune Veneciarum sibi mutuavit ad eundem in Absoro et Cherso etc.

(Ljubics, Monum. spect. hist. Slav. Merid. I. köt. 45. l.)

153.

II. Endre királynak Chokol helységet tárgyazó adománya Mihály Ábrahám fiai számára. 1229.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Andreas Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Cum Regalis Celsitudinis munificencia sue liberalitatis brachia nullo parcitatis termino coharctare, sed quibusque suorum et maxime fidelium debeat expandere meritis, ut et fidelitas iam acta debito non fraudetur tytulo, agendaque spe educata premii promoveatur gracius ad concepta. Dignum est, ut ea que legum imperatrix, Regia pertractat Auctoritas in remunerandis fidelibus, scripture munimento commendentur, ne modernorum seu successorum incursibus subrogentur. Hac igitur racione inducti nobis Regnoque fideliter assistencium merita digno retributionis stypendio prosequentes, ad universorum noticiam volumus devenire: quod cum fidelis noster serviens Michael filius Abrahe a primis sue puericie temporibus tum in Regno, tum extra Regnum, et maxime in expedicione Rascie (igy) nobis personaliter ibidem existentibus, fideliter ac indefesse perservisset, ac tociens se suaque pro mortis exposuisset periculo. Nos in recompensacionem tantorum serviciorum ipsius Mychaelis, quandam terram nomine Chokol, vacantem incolis, a Castro Albensi exemptam sibi et per eum suis heredibus, heredumque successoribus iure perpetuo contulimus porpetuo possidendam totaliter. In quam nostre donacionis possessionem eundem Michaelem per fidelem nostrum Comitem Petrum filium Pud fecimus introduci. Mete autem eiusdem terre sunt iste: prima incipit a parte orientali in quodam prato, iuxta quod wlgo kurtuelbuqur apellatur, per quam sequestratur terra eadem a terra ville Vrdos, et inde traxit per locum rivuli qui wlgo Her dicitur, deinde procedit ad metam, que est in campo cuius vocabulum Er-

thethev est, inde vadit ad arborem populeam ad quam prope est meta inter spinas, abhinc procedit et transit locum rivuli alterius, qui eciam Her wlgo dicitur, ultra quem figitur meta sub piro contermina terre filiorum iobagionum Sancti Regis, Castri antedicti, de quo piro progreditur in parte australi ad magnam viam et ibi est meta, de hinc pretenditur super eandem viam et procedens intrat silvam in qua est meta angularis in loco qui Popufenerii wlgo nuncupatur. Postmodum a parte occidentali est meta sub arbore quadam combusta, inde venitur ad arborem populeam sub qua est meta dividens silvam antedicti Michaelis a silva quorumdam de genere Senta et Maguch, hinc circuens aliquantulum exit silvam in loco qui Teluczeg dicitur a parte septemtrionali, et procedit iuxta silvam eandem ad metam que est sub salice iuxta viam disiungens terram a terra ville eiusdem nominis Chokol videlicet, que est filiorum iobagionum descensus prebencium, ulterius procedit per metas a parte septemtrionali ad pirum sub quo est meta iuxta villam prenominatam Chokol, deinde progreditur in campum ubi tenet metam cum villa iam dicta Vrdos, et inde reducitur mete priori. Ut igitur hec a nobis deliberacione Regia facta donacio, nec longa temporum canicie dilui, nec insopito malignancium impetu nostris nostrorumque successorum temporibus retractari valeat, presenti pagine commendavimus ac sigillo nostro privilegiali novo, quod in preiudicium prioris cassandum parari fecimus in generacionum generaciones illibate observandum Regia auctoritate roboravimus. Datum per manus Magistri Alberti, aule nostre Cancellarii et Prepositi Orodiensis. Anno Dominice Incarnacionis MCCXXVIIII. Venerabili Roberto Strigoniensi, Reverendo Vgrino Colocensi Archiepiscopis existentibus. Bulchu Chenadiensi, Bartolomeo Quinqueecclesiensi, Gregorio Geuriensi, Alexandro Waradiensi, Reynaldo Transilvano, Cleto Agriensi, Brictio Wachiensi, Stephano Zagrabiensi, Bartolomeo Wesprimiensi Episcopis existentibus, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Moyse Palatino et Comite Byhoriensi, Ladizlao Judice Curie et Comite Bachyensi, Dyonisio filio Dyonisii Magistro Tawarnicorum ac Comite Zonuquiensi, Demetrio Magistro Dapiferorum et Comite Posoniensi, Nicolao Magistro et Comite Agazonum, Petro germano Marcelli Co-

mitis Curiali Comite Regine : et aliis quamplurimis Comitatus et Magistratus tenentibus. Regni nostri anno XXVI.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 64. l.)

154.

II. Endre király a zágrábi püspökség tizedeire nézve rendelkezik. 1229.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 63. l.)

155.

A velenczei köztársaság Vegla, Arbe és Raguza részéről nevezetes évi jövedelmet követel. 1229.

Nos habere debemus annuatim post nostrum introitum in Ducatum a nostris Camerariis nostri Communis summam librarum duarum millia octigentarum denariorum Venetorum quousque in Ducatu steterimus, scilicet per tres quoslibet menses librarum denariorum Venetorum septingentas, et habere debemus 350 romanatos de redditu Comitatus Veglie, et pro regalia eiusdem Comitatus alios romanatos 60 eo tempore annuatim, quo continetur in promissionibus illis, quas Johannes, Vido et Henricus Comites Veglie fecerunt predecessori nostro bone memorie Henrico Dandulo et Communi Veneciarum. De pannis vero ad aurum, qui solent dari nostro

predecessori et Beato Marco a dominatoribus Nigropontis, debemus habere in nobis medietatem per particionem et Sanctus Marcus aliam medietatem, s. z. dum poterunt haberi; et habere debemus regalia tam Chersi et Auseri, quam Comitatus Arbe et Ragusii et Sansegi, et honorificencias omnes Histrie, ut habuerunt predecessores nostri.

(Ljubics, Monum. sp. hist. Slav. Merid. I. köt. 46. l.)

156.

Béla ifjabb király megerősiti II. Endrének Chokol helységet tárgyazó 1229-ki adományát. 1230.

Bela Dei gracia Rex, primogenitus Regis Vngarie, universis presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Cum per Divine inspiracionis graciam, voluntate patris nostri et maturo Principum terre nostre consilio, inutiles et superfluas perpetuitatum donaciones revocaremus, oblatum est nobis privilegium patris nostri sub hac forma:

In nomine stb. Andreas stb. (következik II. Endre királynak 1229-ik adománylavele mint fentebb 153. sz. a.)

Nos igitur ad vehementem et instantem peticionem Reverendi Vgrini Colocensis Archiepiscepi a patre nostro factam donacionem confirmavimus, et confimacionis nostre seriem scribi facientes, sigilli nostri impressione roboravimus. Datum per manus Mathie Zagrabiensis Prepositi, Aule nostre Cancellarii. Anno gracie MCCXXX. Pous Tavarnicorum, Chak Dapiferorum, Michaele filio Opud Pincernarum, Pousa filio Soulum Agasonum nostrorum Magistratus tenentibus, Jula fratre Ratholt Woyavoda existente.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 68. l.)

157.

Béla ifjabb király megerősíti atyja II. Endrének Legend helységet tárgyazó adományát. 1230.

Bela Dei gracia Rex primogenitus Regis Hungarie omnibus presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari. Cvm prouide et attente inutiles et superfluas perpetuitatum donaciones voluntate patris nostri, et maturo Principum terre nostre consilio destrueremus; oblatum est nobis priuilegium patris nostri sub hac forma:

Andreas etc. Reuerenda Regum stb. (következik II. Endre királynak Lengend helységet tárgyazó 1216-ki adománya, mint fentebb 86. sz. a.)

Nos vero iuris modum exequentes, ne calumpnia resurgat, quod iusta deliberacio peragit, concesse donacionis seriem scribi fecimus, sigilli nostri munimine roborantes. Datum per manus Mathie Prepositi aule nostre Cancellarij anno Dominice Incarnacionis M°CC°XXX°. Pous Tawarnicorum, Chac Dapiferorum, Pousa filio Sovlum Agasonum nostrorum Magistris existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, a különösen nagy, egy oldalról a viaszba nyomott pecsét barna-vörös-sárga selyem-zsinóron függ; a budai királyi kamarai levéltárban.)

158.

Ugrin kalocsai érseknek Rasecha helységet tárgyazó ítéletlevele István zágrábi püspök és a magyarországi-szlavoniai templomrendiek közt. 1230.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 65. l. V. ö. Fejér Cod. Dipl. III. köt. 2. r. »18. l. és Farlati Illyricum Sacrum V. köt. 363. lap.)

159.

Nemil a-bán és zágrábi főispánnák Zlatenich helységet tárgyazó itélete a topuskai apátság számára. 1230.

Ego Neemilus Vicebanus et Comes Zagrabiensis, notum facio universis presentes literas inspecturis: quod cum venisset ad me quidam iobagio nomine Tersa, presentans mihi literas domini Regis C(olomani), ut preceptum adimplerem, veni ad terram de Zlatenich ad perambulandum eam, et redderem eam prefato Terse ad preceptum Regis. Monachi autem prohibuerunt mihi terram illam perambulare, dicentes, quod terra illa data esset Ecclesie de Toplica per privilegium Regis Andree. Cumque ego venissem ad monachos in Toplica, ostensum est mihi privilegium eorum, quo diligenter inspecto et perlecto coram domino Martino Corbaviensi Episcopo, et coram sex generacionibus inveni prefati terram Terse in privilegio monachorum scilicet Regis Andree. Affirmavit eciam dominus Martinus Corbaviensis Episcopus, quod terra Terse esset terra castrensium. Et cum haberem consilium

cum iobagionibus terre, indicavi predictam terram servire monachis. Et ne de cetero possit fieri reclamatio vel querela a predicto Tersa pro prefata terra contra monachos, dedi pristaldos: unum terrigenam nomine Yarescelau et alterum Hungarum nomine Kessen. Et presentem paginam sigillo domini Martini Corbaviensis Episcopi et sigillo meo corroboravimus. Actum est hoc anno gracie MCCXXX.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 67. l.)

160.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Zibiszló Coiannak fia és rokonai Zlatenich helységet, melyet jogtalanúl maguknak elsajátítani akartak, a topuskai apátságnak visszaszolgáltatták. 1230.

Universis Christi fidelibus, ad quos scriptum presens pervenerit, Zagrabiensis Ecclesie devotum Capitulum salutem in Domino. Noverit tam presencium quam futurorum ventura posteritas, quod Zibiscelaus, filius Coian, cum fratre suo Maren nomine et ceteris parentibus suis in presencia nostra constitutus proposuit: quod terram, que vocatur Slatennic, ad Monasterium Beate Marie Virginis de Toplica pertinentem, quadam suggestione falsa, et quasi iurisdiccionis sue opinione, eam sibi vendicans per aliquod tempus indebite occupasset. Inpetente vero ipsum Abbate et Capitulo memorati Monasterii predictam terram recognoscentes se non sui iuris titulo contra conscienciam et salutem anime sue occupasse, eidem Ecclesie certis metis undique circumductam restituens coram nobis resignavit simpliciter. Ne processu temporum ipsius coram fratribus et cognatis suis facta resignacio seu restitucio ab aliquo parentum suorum calumpniosa contencione de levi possit perturbari, ad instanciam parcium utriusque partis,

Abbatis scilicet et Zebiscelai, ad maiorem rei geste evidenciam cartam presentem fecimus annotari et sigilli nostri munimine roborari. Prima meta igitur huius terre incipit ubi Dramonia cadit in Glinam, inde descendit ad caput eiusdem rivuli, et deinde ad arborem dob; inde vadit ad fossas, que vocantur Crenichischa, deinde tendit ad rivulum qui vocatur Uulchi, inde vadit ad caput eiusdem rivuli, inde ascendit ad montem ubi est meta terrea supra domum Terse, hinc tendit ad locum qui vocatur Caliche, abhinc venit ad locum, qui appellatur Zlobinozancep, inde ascendit viam que est in monte, que vadit a Bayne ad Bachuse, inde per eandem viam vadit usque ad locum qui vocatur Prohod, inde directe ascendit supra magnam vineam, que est Ecclesie de Toplica et descendit in viam que vadit ad Bachuse, et per illam viam vadit ad montem qui appellatur Wruit, ubi est meta terrea, inde vadit ad arborem, que (vocatur) clenik ubi terminatur. Actum est hoc anno Gracie MCCXXX. Andrea magno Rege existente, Bela filio eius Regnum Hungarie gubernante, Colomano tocius Sclauonie Ducatum tenente, Stephano secundo Episcopo Zagrabiensi presidente, Mathia Preposito, Pugrino Cantore, Gabriele Custode, Symeone Decano et ceteris Canonicis in Ecclesia Zagrabiensi feliciter residentibus.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 66. l.)

161.

II. Endre királynak nevezetes javakat tárgyazó adománya Tamás comes Makár bánnak fia számára. 1231.

Andreas Dei gracia etc. Inmensa Regum dapsilitas, licet ad quoslibet manu largiflua equaliter habere se debeat; ad illos tamen uberiori gracia tenetur diffluere, qui loco et tempore nec res, nec personas suas pro Regis vtilitate in Re-

gni commodo mortis periculo exponere formidarunt. Inde est, quod munificencie Regalis inmensitas, licet eciam ad extraneos bone commendacionis flagrancia diffundi debeat; plenius tamen et propensius largiendi manum debet illis porrigere, quorum probitatis experienciam per diuturnam fidelitatis constanciam didicit, et morum honestate comprobauit. Hanc siquidem et nos Regie circumspeccionis erudicione obseruantes, prope indeciduum et indesinens meritorum obsequium, quod noster fidelis Thomas Comes Macharei Comitis filius, a primeuis iuuentutis sue temporibus ad Regni nostri proficuum et honorem semper exhibuit, et maxime prope strenuitatis opera eximia, quibus semper claruit, cum inter nos et Hemericum Regem inclite memorie multiplices aduersitatum fluctuaciones emergerent; qui nec carceris erumpnas sustinere pro nobis expauit, nec minas, nec uulnera, nec aliquod genus mortis, aut laborum et uiarum tedia trepidauit; quem eciam in publicis et priuatis Regni nostri negocijs virum discretum et prouidum, et omni morum honestate preditum cognouimus, et demum cum in Regis Regum negocio ultra mare in subsidium sancte terre profecturi in procinctu essemus itineris; quem eciam sepedictum Th. Comitem postmodum de ultramarinis partibus ad propria remeantes quibusdam quam plurimis uesano ductis consilio Regnum nostrum hostiliter affligentibus in solita et debita inuenimus fidelitate constanter perseuerasse. Intuitu igitur fidelitatis et seruiciorum ipsius, contulimus ei quandam terram nomine Souncha ad Baachiensem Comitatum pertinentem, que fuit terra Vros, qui sine herede defunctus est, certis metis a circumiacentibus terris ex omni parte distinctam. Prima meta incipit sub Narduncharasta cum terra Deme; postea flectitur ad meridiem cum terra wdwornicorum, et uadit ad Wososkereky cum eleuatis metis; et inde flectitur ad occidentem cum eleuatis metis usque uiam magnam que uadit ad Baach, et super magnam uiam flectitur ad septemtrionem; et inde uadit ad occidentem cum metis eleuatis iuxta castrum Souncha, et descendit ad Vscy, et transit Vscy ad magnum fossatum; ibi intrat in siluam, et uadit in silua per eleuatas metas usque ad Vrosfenery, et ibi est fossatum ubi est meta, et flectitur ad septemtrionem uersus Holmod; et inde flectitur ad orientem, et cir-

eumuadit illum Holmod, et reuertitur usque Tvl, et iuxta Tvl uadit uia ad semptemtrionem usque ad terram vdwornicorum; et inde flectitur ad orientem per eleuatas metas cum terra vdwornicorum usque ad priorem metam.

Item aliam terram nomine Chykam in Chenadiensi Comitatu sitam et ad ipsum Castrum pertinentem, super qua ecclesia in honore Sancti Martini constructa est, que fuit terra Yan Centurionis, cum defunctus esset sine herede et omni cognacione, contulimus Th. Comiti; et fere iungitur metis Monasterij Kenaz, vbi est uia tendens ad septemtrionem, iuxta quam uiam sunt mete; et inde extenditur ad partes orientis usque ad aliam uiam, que tendit ad septemtrionem, iuxta quam uiam sunt mete longitudinem predicte terre terminantes; et inde flectitur ad orientem usque ad secus fossatum quoddam, iuxta quod sunt mete seriatim posite latitudinem terminantes, usque ad uiam que ducit ad Moris, et iuxta uiam illam descendit in fenetum, et per fenetum vadit per medium silue usque ad Morisium cum metis Monasterij Kenaz. Et de eadem dicta terra Dominicus, Gerardus, Sobuslo, Johannes, Corlath, Peter et cognati eorundem acceperunt a Th. Bano in concambium terre eorum tantam, quanta eorum fuit terra; tali condicione, ut qualisumque causa successu temporis super eadem terra (contra) eos emergeret, dictus Th. nequaquam liberare eos teneretur, sed ipsi se liberarent. Preterea iam dicto Comiti ob preclara insignia meritorum sex naues saliferas super Morisium super eadem concessimus libertate; que naues Egriensis Ecclesie vel Bistriensis habere dinoscuntur, ut videlicet tres vias in anno faciant eundi et redeundi absque impedimento uel contradiccione, per Morisium habeant facultatem, ab omni exaccione tributorum penitus absolute; et de quacunque salifodina uoluerint sales necessarios ualeant comparare precio persoluto.

Attendentes eciam fidelitatis indeciduam constanciam, quam nobis et Regno Th. Comes fauorabiliter in omnibus exhibuit, intiutu eius fidelis seruicij, ac grauium uulnerum suorum, que pro nobis in Ruscia passus est, in remuneracionem laborum suorum dicto Th. Comiti et heredibus suis iure perpetuo contulimus quandam terram et piscinam nomine Sowala ad Comitatum Volcoyensem pertinentem, certis metis a cir-

cumiacentibus terris ex omni parte distinctam. Prima meta incipit iuxta Danubium; et inde progreditur ad occidentem ad ripam eiusdem piscine, ubi est meta cum Boruc; inde tendit cum eleuatis metis usque ad metam Boynoc et Thome; et inde flectitur ad septemtrionem cum eleuatis metis usque ad metam Kachena; et inde tendit cum eleuatis metis ad orientem usque ad ripam prenarrate piscine, et inde ad Danubium; terra uero arabilis sufficiens est ad quinque aratra.

Contulimus eciam ei aliam terram cum silua, que fuit piscatorum de Zagrabia. Prima meta huius terre incipit de Odra, ubi cadit Ribnycha in Odram; et uenit superius super Ribnycham ad Timeneramlaca, et de Timeneramlaca uenit in Zawam, et de Zawa descendit inferius, ubi exit de Zawa Netuslamlaka; de Netuslamlaka uadit in Chyrnich, et de Chyrnich uadit inferius ubi exit de Chyrnich Golinamlaca, et de Golinamlaca uadit ad caminam ubi cadit Golinamlaca in Zawam; et super Zawam uadit inferius ubi exit Mortyncastrug; et de Mortyncastrug uadit usque ad Ruscam, Rusca exit de Mortyncastrug et uenit in Odram, et sic redit ad priorem metam. Hec sunt nomina camporum, que sunt in terra predicta: Pola, Durnyc, Lysnyc, Ruffa, Pala, Polana, Crisna.

Et ne aliqua dissensionis materia inter prefatum Th. Comitem et fratres, uel consanguineos, uel circumquaque uicinos eius oriatur; idem Th. Comes pecijt a nobis, ut omnes eius possessiones, tam ex patrimonio quam ex Regia donacione, uel ex empcione, uel quocunque iusto tytulo acquisitas per fidelem hominem nostrum distingui a fratrum suorum, uel consanguineorum, uel circumquaque uicinorum possessionibus faceremus. Cuius iuste peticioni annuentes dilectum et fidelem nostrum Petcu de uilla Barancha duximus transmittendum, qui Comitis possessiones supradictas, nec non et alias auctoritate nostra circuiuit, et certis metarum terminis limitauit; et eciam fratres suos ac consanguineos, nec non uicinos ad nostram citauit presenciam. Et in nostra presencia dixerunt una uoce, pristaldum nostrum in hac causa iustum fuisse, et litteras ueras nobis ostendisse. Nos autem utramque partem iustam audientes precepimus annotari.

Prima terra in Syrma, cuius nomen Solt, super qua edi-

ficata est ecclesia in honore Sancti Laurencij, que terra diuidebatur ad quator partes, scilicet Nicholao, Thome, Stephano et Egidio. Nicholaus uero partem suam dedit Monasterio Sancti Spiritus; Egidius autem Monasterio Sancte Crucis; partem uero Monasterij Sancte Crucis emerunt Th. Comes et Stephanus. Item Th. Comes habet uineam supra Zoan, quam ipsemet fecit plantari, et uineam illam uiginti octo sui possunt colere per annum. Vineam Cosme emit tercia dimidia marca.

Secundam terram habet in Lochia, que tenet metas ab oriente et meridie cum Ecclesia Sancte Crucis, ab occidente uero cum Meger usque ad septemtrionem, et a septemtrione cum villa Apaty.

Terciam terram habet in Baachiensi Parrochia nomine Zund; cuius prima meta incipit inter villam Halazy et villam Halatcu iuxta ripam Woios, transit ad insulam, et uadit ad occidentem super uia Halazu usque ad Danubium ad Vrrewy, qui est sub ecclesia Erdeud; et in Danubio uadit superius usque ubi intrat Drawa in Danubium; a meridie tenet metam cum Ysmaelitis de Opus, et veniet cum villis usque ad Surmyasfuca (?), et ibi est meta; et inde tendit ad orientem cum eleuatis metis ad terram Sancti Gregorij, et ibi intrat in Belsar; inde ueniet usque ad siluam Sancti Gregorij, et ibi exit ad insulam Chamul per metas eleuatas, et ueniet ad alium Sar qui uocatur Chamul, et tendit usque ad metas Fyzeg, et uadit cum Fyzeg eleuatis metis usque ad metam Abbatis Sancti Philippi, uadit usque ad metas Cheuscij; et flectitur ad meridiem et ueniet ad metam, que est super paruum fossatum; et inde uenit per eleuatas metas usque ad finem Tulgy, et circumdat siluam Tulgy et Holmod cum eleuatis metis usque ad Vrosfenery, et tendit ad meridiem cum eleuatis metis usque ad nemus, quod emit Th. Comes a filijs Peteu pro uiginti octo marcis, et circumdat nemus, et inflectitur ad occidentem, et uadit cum eleuatis metis cum villa Tawarnicorum, que uocatur Pyla usque ad curiam Th. Comitis; de curia Th. Comitis uadit per medium ville metis eleuatis usque ad fossatum, et ibi est meta; et de fossato uadit cum eleuatis metis usque ad ripam Sar, et transit Sar, et tendit ad locum qui uocatur Kendurochoy, et ibi circuit siluam Yanus eleuatis metis, et tendit ad metam que est iuxta Deresëy, et inde ad

priorem metam. Predicta uero terra Zund cum suis pertinencijs ad tres partes diuidebatur; una pars Comiti Machare, secunda sororibus Gregorij Comitis, scilicet auuncule Jacobi et Michaelis, et matri Botond; tercia vxori Gab et Ecclesie Sancte Crucis.

Item Th. Comes cognatos suos, videlicet Jacobum et Michaelem et Botond ad nostram citauit presenciam, qui dum termino assignato coram nobis constituti fuissent, allegauit contra eos, ut supra dicti homines racione quarte partis uellent se facere participes in terra sua hereditaria nomine Zond ipso nolente. Nobis igitur et nostris Baronibas, qui presentes aderant, videlicet Vgrino Archiepiscopo Colocensi, Moys Comiti Palatino, Dionisio Magistro Tauarnicorum et Comiti de Zounuc, Jule Comiti Supruniensi, Buzad Bano, et alijs quam plurimis racionabiliter visum est, ut Th. Banus pro porcionibus prefatos tres homines in terra Zund contingentibus, et alijs terris suis non hereditarijs ipsis daret condignam commutacionem uel precium iustum. Prenotatus uero Th. Comes dictis cognatis suis, ut sibi iudicatum fuit, in precio satisfecit, quod et ipsi dilexerunt. Nam Jacobo filio Mohor, et Michaeli filio Michaelis, pro terra, quam ipsi ab auuncula eorum possidebant, centum viginti quatuor marcas persoluit. Nomen uero terre illius est Zund, super qua turris Gregorij Comitis fuit constructa. Prima meta dicte terre incipit in stagno quod est sub eadem villa Zund; et tendit ad meridiem in eodem stagno; inde tendit ad aliud stagnum, quod exit de Feest; et stagnum illud uadit ad Feest; et finito stagno Feest uadit ad septemtrionem usque ad aliud stagnum; et inter illa duo stagna sunt mete; et in stagno illo tendit ad orientem ad Belsar, et in Belsar uadit usque ad metas Cheuscy; inde exit siluam Chamul per metas eleuatas venit ad Puc Rewy; et inde transit per stagnum ad Scecloc, que fuit uilla Botond; et inde uenit ad orientem usque ad metam que est ante Tulgy; et inde uertitur ad occidentem per metas eleuatas usque ad domum Petronelle domine; et inde ad priorem metam. Eciam silua que uocatur Yanusfaya, cuius medietatem Th. Banus possidebat, et medietatem emit simul cum predicta terra a dictis hominibus. Eciam in Belzund emit quartam partem tocius ville quod wlgo Fener dicitur cum sex mansionibus liber-

tinorum, quorum nomina sunt hec : Petrus cum duobus filijs, Numus cum duobus filijs, Chuer, Pouca, Zumbat, Orod cum duobus filijs et uno piscatore, nomine Fyod. Habet eciam in eodem Belzund forum, et portum super Danubium a precedessoribus nostris concessum, salua libertate, ut Comes Parrochialis et nullus tributarius in eodem foro uel portu exaccionem tributi exigere presumat; sed cedant in vsum dicti Th. Bani. In Kyn Zund Runus cum fratre suo et Mathey, Paulus et Kada. Prenotatis uero libertinis duodecim marcas persoluit. Nomina piscinarum hec sunt: Welchya, cuius medietatem emit ab illis dictis hominibus, que est in insula Woyos; et medietatem piscine Stephani; et medietatem Folutoa; in Loseuduna quartam partem; in piscina Queurcha quartam partem, cum his que ad ipsam piscinam pertinent; et quartam partem Woyos, que est sub Belzond cum omnibus stagnis ad Woyos pertinentibus. Pro parte uero Botond totidem marcas persoluit; quia quantum predicti homines possidebant, tantum Botond post matrem suam per se possidebat. Ceterum quia in ipsius litis processu supradicti homines nullum priuilegium, nullum instrumentum potuerunt exhibere; statuimus firmiter Regia auctoritate, ut quandocunque processu temporis contra predictum Banum litteras alicuius loci, uel priuilegia, uel testimonia super requisitione dicte terre uellent mouere, nulla eis detur audiencia, et priuilegia eorum nullam habeant efficaciam. Huius rei pristaldus Regis est Johannes filius Hozud, pristaldus Colocensis Archiepiscopi Vgrini Petcu de uilla Barancha. Huius uero rei testes sunt Daniel Archidiaconus pro toto Capitulo Baachiensi, Beke Comes, Nicholaus filius Samaritani, Gregorius filius Petcu, Pincou Maior Exercitus et alii quam plures.

Partem uero, que uxori Gab pertinebat, idem Th. Comes emit a filio suo Blasio, scilicet terram duarum villarum, videlicet Chaslov et Sanpaul cum seruis et libertinis, et partes quas in predictis piscinis possidebat, centum viginti marcis. Terra Chaslou sine pratis et arundinetis sunt ad quatuor aratra et metis circumdata; terra Senpaul ad decem et sex aratra metis circumdata.

In Belzud, que uulgo Fener dicitur, dimidietas Th. Comitis, et dimidietas Andree; tali tamen condicione, ut liber-

tini tanti et serui Th. Comitis ibi commorentur cum pecoribus pascualiis.

Terra Hoyloc pertinet Th. Comiti cuius prima meta est super magno fossato, vbi separatur a terra Sancti Philippi et Monasterij Cosme; inde tendit ad septemtrionem metis eleuatis cum terra Monasterij Cosme vsque ad metas Gerun; inde flectitur ad orientem metis eleuatis, uenit usque ad Huz; et transiens Huz uenit ad quandam uiam iuxta quam est meta, et iuxta uiam illam flectitur ad meridiem usque ad terram Sancti Saluatoris; et uadit ad occidentem usque ad vallem Huz; et in eadem ualle flectitur ad meridiem ad metam Dominici filij Luce; flectitur ad occidentem cum metis eleuatis uersus siluam Sancti Philippi ad priorem metam.

Item Th. Comes emit terram a Beta et a filio suo Ambrosio ad sex aratra circumquaque metis distinctam.

Item alius Senpaul, que est terra Th. Comitis hereditaria circumquaque metis ordinata, a septemtrione cum villa Baach; ab oriente cum predicto Sancto Paulo; postea cum villa Thoam; postea cum Cruciferis de Dal.

Predium Sciluas in Baranyensi Parrochia, quod pertinebat ad Stephanum germanum suum, et Stephanus perdidit in soluendis iudicijs Jule Palatino Comiti contra filios Nycholaj; quod predium dictus Th. Comes emit a Jula Comite octoginta marcis. Cuius mete sic ordinantur: versus meridiem, vbi duo fluuij simul conueniunt; et inde uadit super fluuium ad septemtrionem usque ad terram Regna; et inde tendit superius in valle iuxta siluam eiusdem Sciluas usque ad Kezied; et inde flectitur ad orientem cum villa Kezied iuxta eandem siluam ad uallem que vocatur Sciluasfee, et transit uallem illam ad orientem, et uadit ad terram Scolouuta; cum terra Scolouuta flectitur ad meridiem, et uadit usque ad terram Bosta; cum terra Bosta flectitur ad occidentem ad fluuium Sciluas super uiam, et super fluuium Sciluas ad predictos duos fluuios.

In Parrochia Sumugiensi habet terram nomine Hamac, que iuxta fluuium Copus et in silua Selez. Cuius prima meta incipit in villa Fyred, que villa tenetur Nicholao Comiti germano Moys Palatini; vadit ad orientem cum metis eleuatis usque ad Sarusozo, et in fluuio Sarusozo flectitur ad meri-

diem, et uadit inferius per fluuium vsque ad terram vdwornicorum que uocatur Hamac; et flectitur ad occidentem per metas eleuatas usque ad quandam uiam; et per eandem viam flectitur ad meridiem, et tendit usque ad uiam Yapuch; et inde paulisper flectitur ad orientem; et iterum ad meridiem uenit ad fluuium Copus per metas eleuatas, et transit fluuium Copus ad locum ubi Hudus intrat in Copus; et super Hudus uadit uersus meridiem usque ad locum ubi fluuius Peles intrat in Hudus; super fluuium Peles uadit superius fere usque finem illius fluuij et flectitur super montem ad occidentem, et uenit cum metis usque ad fluuium Gersencha; transito fluuio ascendit ad montem, et descendit ad fluuium War; super fluuium War flectitur ad meridiem usque ad montem ubi est meta; inde tendit ad meridiem per metas eleuatas, ubi est meta Sancti Martini, et cum terra Sancti Martini flectitur ad occidentem super uerticem montis, ubi fluuius Sciluas oritur; et flectitur ad septemtrionem ad fluuium Sciluas, et fluuius Sciluas fluit ad septemtrionem in fluuium Gersencha, et Gersencha in Copus, et in Copus uenit usque ad pontem Th. Comitis, et in fine pontis est meta; inde tendit ad septemtrionem cum eleuatis metis iterum ad uiam Ypuh cum filijs Nicholai fratris sui; et uadit per metas eleuatas usque ad priorem metam.

Ceterum autem de aliqua parte terre Selez ex meridiana parte ville Ketel ultra fluuium Copus vdwornici de Ketel, et tunc temporis, qui fuerunt iobagiones vdwornicorum contra Th. Comitem litem exercuerunt ante N. Comitem Palatinum; Th. uero Comes cum suis cognatis et testibus ydoneis contra eos se iustum esse demonstrans; N. uero Palatinus nequaquam testibus credens, duellum eis iniunxit; dicti autem vdwornici cum in duello se uinci uiderent, coram Palatino Comite et aliorum iobagionum (igy) cum Th. Comite sic sunt compacti; ut in silua prefata pascua gregum haberent, et ligna eis nequaquam possent apportare; terra tamen eidem silua subiacens ad Th. Comitem pertineret, siue ad arandum, siue ad collocandum predium super eam, et ad alios usus quiqui placere uidebuntur. Vt autem deinceps calumpnia ne possit de hac re per supradictos vdwornicos oriri, N. Palatinus Th. Comiti litteras accomodauit. Secundo autem dicti vdwor-

nici Th. Comitem pro predicta terra ante Dionisium Palatinum citauerunt. Quum autem Th. Comes super factum terminum multocies accessisset, vdwornici illi in semetipsis se iniustos approbantes nequaquam comparuerunt. D. uero Palatinus Th. Comiti iusticie litteras accomodauit. Postea uero Th. Comes vdwornicos illos ad nostram citauit presenciam, et cum litteris dictorum Palatinorum, scilicet N. et D. se iustum esse approbauit. Idem eciam vdwornici coram nobis astantes sepe dictum Th. Comitem iustum esse confessi sunt. Nos igitur cum tot et tantorum testimonijs ueram esse comprobassemus fecimus annotari. In eadem dicta terra habet forum ex Regia donacione concessum, salua libertate.

Item predium Rengeysar pertinebat Th. Comiti et Andree filio fratris sui. Partem uero Andree emit Th. Comes pro viginti octo marcis cum tribus mansionibus libertinorum, quorum nomina sunt hec : Albertus, Alexius et Scentus. Meta uero huius terre incipit super fluuium Rengeysar, et uadit superius ad septemtrionem usque ad piscinam Halaph; iuxta eandem piscinam uadit superius usque ad unam metam, et flectitur ad orientem cum eleuatis metis (ad) Luta; inde flectitur ad meridiem cum eleuatis metis usque ad terram germani sui Stephani, et cum terra fratris sui eleuatis metis usque ad metam priorem.

Item in uilla Poucha habet partem terre ad quindecim aratra cum siluis, pratis et fenetis, cum vineis et cum mansionibus domorum.

In Hereky habet septuaginta iugera, et quod uulgo dicitur fener ad sex mansiones domorum.

Dimidietas uero terre Bugud est Nicholaj fratris sui, et dimidietas Th. Comitis.

Terra uero Bywa pertinebat Nicholao et Th. Comiti; partem uero Nicholai emit ab Andrea filio fratris sui idem Th. Comes.

Terra uero Zoyl diuiditur ad tres partes; scilicet una pars Monasterio Sancti Spiritus; altera pars Monasterio Sancte Crucis; tercia pars Th. Comiti.

Vltra uero Drawam in loco qui dicitur Monislou Th. Comes habet quartam partem, et partis eius mete sic ordinantur : Prima meta a confinio montis Garyg, qui uocatur Ru-

sych; et inde descendit per uiam in medio montis, et uadit inferius per eleuatas metas usque ad locum qui uocatur Chasma Berke iuxta domum Dragos; et inde uadit per quandam uiam usque ad fluuium qui uocatur Lakauch, super quem fluuium sedet Dydislou, inferius domus Dydislov exit de fluuio super quandam uiam, que uadit in fine las ad Chasma usque ad Johannem Scelpe.

Alia uero terra sua, que vocatur terra Tholla, sic metis distinguitur: Est autem iuxta Chasmam locus qui uocatur Protisca subtus Dragus fenery; et inde tendit per siluas signatis metis usque ad caput Zidriach, ubi in fine las est magna arbor que uocatur *thul*; inde exit ad campos, et circuit terram signatis locis, peruenit ad locum Galgeia; transit uero fluuium, et ascendit in montem; postea descendit cum terra fratris sui Nicholai ad locum qui uocatur cheret; et in illo cheret est magna arbor que uocatur *thul* iuxta quandam mlacam; et in illa mlaca tendens inferius exit de mlaca illa, signatis locis uadit ad secundam mlacam, et in illa mlaca tendit inferius usque ad uiam que uenit de domo Cresse, et uadit per uiam illam usque ad domum Cresse, et ibi intrat in cheret, et uadit inferius quousque de illo cheret exit mlaca quedam, que intrat in Golgowam, in Golgowa uadit inferius usque ad quendam cheret, qui exit de Golgowa, et uadit per illum cheret ad locum, ubi est meta quedam; et inde exit ad campos et uadit ad locum ubi est Warkanscelpe, et intrat in eodem Chasma. In loco uero fori villa sua habet terram sibi signatam, et in siluis fratrum suorum de lignis non posset prohibere illos; locus uero fori in terra et in tributo pertinet Th. Comiti.

Terra uero que uocatur Zaua sic diuisa est, quod medietas pertinet Th. Comiti, et medietas Stephano, excepto Nicholao.

Confirmamus eciam prouentus prouenientes ex marturinis de toto Manyslov, que uulgo *nest* nuncupatur. Cuiusmodi prouentus auus Th. Comitis a pie recordacionis Bela Rege cum magna effusione sanguinis obtinuerat; in hostili enim conflictu quendam militem interfecit, cuius corpus mortuum pro centum denarijs aureis fuit redemptum.

Predium uero, quod est in Cheresneu, quod vocatur Vni,

sic diuiditur, quod medietas pertinet Nicholao, medietas uero Th. Comiti.

Item mortuo Petro fratre Endus quarta pars terre, quam habebat in Nuach, ad tres filias peruenit, quarum una fuit vxor Macharei Comitis, que in morte sua partem suam, scilicet ville Nuach, que est iuxta Drawam, et villam Micahelis, et villam Scelku dimisit filio suo Th. Comiti; alia uero soror nomine Cheua habuit filium nomine Johanca, qui matre viuente uendidit partem matris sue, scilicet villam Gongay et villam Dragun predicto Th. Comiti pro quadraginta marcis; tercia autem soror nomine Yecha habuit filium qui uocabatur nomine Johanca, sed mortuo illo, dum omnino careret filio, partem suam a quinque filiabus suis, et a filia filij sui recepit, et heredem sibi adoptauit non de alienis, sed qui natus est ex proprie sororis sue utero, scilicet sepedictum Th. Comitem, sub testimonio bonorum uirorum, que partem suam, quam habebat in Nuach, scilicet villam Sancti Michaelis, et villam Weretne, et partem filij sui unam villam cum terra nomine Lakaucy, quam dederat ei Benedictus filius Endus, et in alijs locis, que ad eam pertinebant, in manus eiusdem tradidit, scilicet predium quod uocatur Bosol iuxta aquam Olma; predictus uero Benedictus filius Endus villam Nigosloy et villam Blasey dedit Nicholao et Th. Comiti, quando migrauit a seculo; predicte uero ville in terris his certis distincte sunt metis: Prima meta super quendam montem; inde tendit per montem uersus occidentem, et circumdat mons ille fluuium Lukaucy, et uenit ad locum ubi est meta superius domum Dragen, et uadit per eleuatas metas, ubi mons ille cadit in Zogoucam superius domum Blasey, et ibi transit fluuium Zogouca in silua, et uadit per siluam eleuatis metis; postea ascendit ad quendam montem, et per montem illum uadit eleuatis metis; et inde descendit ad cheret inter villam Veretne, et Pelescu, transiens illum cheret signatis locis exit inter villam Sancti Micahelis et villam Waratic ad quandam mlacam et per illam mlacam uadit ad locum, vbi finitur illa mlaca; exinde uadit per metas eleuatas usque ad locum, ubi fuit domus Marci Comitis; et est una arbor pirus; et ibi descendit in uallem, et uadit recte ad Drawam, et ibi diuidit terram Drawa, dimidietas Petro filio Endus, dimidietas sepedicto Th.

Comiti; et uadit inferius que dicitur Wyrusmort, et inter Wyrusmort ad portum Nuach est meta de Drawa, et tendit ad meridiem usque ad domum Pulcu; et inde tendit ad locum qui uocatur cheret signatis locis; et ibi intrat in cheret in loco qui vocatur Gurgus feneree, et transit illum cheret signatis locis; et tendit iterum ad terram Zagrabiensis Episcopi, et ibi ascendit in montem, et super montem tendit aliquantulum, et descendit in vallem Sclatinic, transit fluuium Sclatinic, et ascendit iterum ad montem, et sic per montem uenit ad priorem metam.

Preterea confirmamus dicto Th. Comiti siluam quandam nomine Selez, que vdwornicorum fuerat de villa Ketel in Comitatu Sumugyensi sitam, et terram ad duodecim aratra in villa Bruncha a Castro Sumugyensi exceptam. Cuius mete et donacionis cause in priuilegio patris nostri plenissime continentur.

Confirmamus insuper dimidiam partem terre Bozan a Philippo Comite pro nonaginta marcis in presencia Jule quondam Palatini emptam; tali condicione, quod Philippus et eius successio defendere tenetur Th. Comitem, si qua controuersia super empta terra nasceretur.

(Béla ifjabb királynak megerősítő okmányából, mint alább 163. sz. a.)

162.

II. Endre királynak Fenteus szathmármegyei erdőséget tárgyazó adománya Tamás comes számára. 1231.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Vnitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Regie Serenitatis prouida circumspeccio sicut in conferendis beneficijs

pro meritorum exigencia singulis se debet larga manu libenter exhibere : ita pariter ad collatorum conseruacionem tenetur sollicitudinis studio vigilare, et ut ea que contulit a suis possideantur fidelibus inconcussam eis tribuere debet firmitatem. Proinde tam presentis etatis quam future posteritatis noticie presencium auctoritate volumus fieri manifestum : quod cum recolende memorie Hemericus frater noster, Illustris Rex Hungarie, Thome Comiti in recompensacionem suorum fidelium seruiciorum, que sibi in expedicione quam habuit contra Bulgaros super fluuium Morowa laudabiliter exhibuit, siluam quandam nomine Keykus, que olim populorum, qui wlgo Keykusuend dicuntur, fuerat, per suum conclusisset (igy) priuilegium, pristaldo suo Cristoforo rera de genere Cuplon existente; nec non cum dicto fratre nostro decesso; et suscepto a nobis, dante Domino, Regni gubernaculo, considerata predicti Thome Comitis fidelitate indecidua, qua idem excellenter clauit, missus a nobis pro primipulo in auxilium Regis Bohemie contra Imperatorem : quandam siluam nomine Fenteus, a Castro de Zothmar exceptam, cum terra ville custodis eiusdem silue, que est iuxta villam custodis silue nostre nomine Cherep, quo eciam nomine prefata villa nostra nuncupatur, per fidelem pristaldum nostrum Abraham filium Feliciani de Villa Mathei, et per nostrum priuilegium eidem Comiti Thome perpetuo possidendam olim contulissemus; postmodum dilectus noster primogenitus Bela Illustris Rex in discussione et reuocacione perpetuitatis ac superflue donacionis tam supradictam siluam nomine Keykus, quam siluam Fenteus, et terram custodis eiusdem silue a fidelibus nostris Sebus et Alexandro Comitibus filijs prefati Thome Comitis abstulit, priuilegia super ipsis confecta infringendo. Nos igitur predictorum fidelium nostrorum merita nolentes relinquere irremunerata, prefatas siluas Keykus et Fentus, et terram ville custodis eiusdem silue per fidelem pristaldum nostrum Hunt Comitem filium Alberti circuiri facientes, memoratis Sebus et Alexandro Comitibus auctoritate Regia restituere dignum duximus. Prima igitur meta silue Keykus, secundum assercionem prenominati pristaldi Hunt, incipit a parte orientali a monte, qui Guthonchousa dicitur, et vadit per berch ad plagam septemtrionalem in caput Maramors, ibi tenet metam

cum Rege; hinc progreditur et circuit capita cuiusdam fluminis nomine Nogyzozor, et vadit per berch tenens metam cum Comite Myka cum silua Hygus nomine; inde procedit per berch ad plagam occidentalem, et circuit capita duorum riuulorum Mysuch nomine, procedensque per magnum spacium tenet metam cum genere Cuplon; inde eundo per magnam terram per berch in Bik peruenit ad locum qui Mogoslyget dicitur, ita vt Byk remanet dictis generibus Cuplon, Lyguet vero ad terram Keykus; inde eundo per berch in longum, et peracto berch descendit in nemus, et in loco vbi minor fluuius Mysuch deficit, cadit in aquam Zomus, et ibi terminatur. Item meta silue prefate nomine Fenteus contermina est predicte silue Keykus; ita ut per medium earum fluit quoddam flumen nomine Lapus, maiorque pars eiusdem silue iacet inter duos fluuios, scilicet Lapus et Zomus; aliqua uero pars sita est iuxta fluuium Zomus uersus siluam Erdeud. Cuius prima meta incipit a meta, vbi prefatus fluuius Mysuch cadit in aquam Zomus; descendensque per eandem aquam ad locum, qui Zokolmezee dicitur, qui pertinet memoratis generibus Cuplon, transit per semitam in nemore ad Bikopotoka, et a parte ville Romad tenet metam cum filijs Nyund de genere Drud; inde procedit sursum per dictum potok vsque viam que ducit ad Thoman; transiensque viam ad partem meridionalem procedit ad vnam viam per berch, que dicitur via Eur, et vadit ad Koaspotak; procedensque ad locum vbi due partes dicti potok coniunguntur, vadit ad Zekadat; et hinc progreditur ad locum qui Cuysmezed dicitur, et tenet metam cum Rege; deinde procedens per magnum nemus iuxta vnum locum, qui Nogmezeu dicitur, a parte superiori cadit in aquam Zomus, unde dictus Nogmezeu potest videri, ibique disiunguntur de predicta silua Regis; hinc descendens per eandem aquam Zomus ad angulum quendam, et ibi transiens aquam, tenet metam cum silua Zylag, et vadit per nemus ad aquam que dicitur Monyoros, que eciam nuncupatur Fekete wyz; ibique exit de Monyoros, et de nemore progreditur per lyguet et per mochar ad montem Lycosholm iuxta aquam Berekzow, transytque aquam ad partem orientalem ad locum nomine Hyduspotok, quod quidam appellant Berkest, quod fluit in aquam Berekzo; procedensque per idem potok ad

locum, ubi pons est et via silue Zylag, et in eadem via versus aquam Lapus a parte orientali progreditur, et ascendit parumper per berch, et vadit ad montem nomine Kekeluga, que est in eadem via, descendensque ad caput Ereusag nomine, vadit ad nemus Lapus subtus campum Cukynmezeu, et a parte inferiori cadit in aquam Lapus, descendensque per eandem aquam vsque locum, ubi est locus domus et fossa magni Andree; et ibi transiens tendit ad predictam siluam Keykus; hinc procedendo parumper supra descendit in aquam que dicitur Keykuspotoka, a qua silua Keykus nomen est sortita; hinc procedit superius per eandem aquam Keykus, vadit ad caput eiusdem, procedensque ad montem, vnde eadem aqua oritur, vadit per berch circuitque caput minoris Zozor, ibique disiungitur de silua Zylag, incipiensque tenere metam cum Rege, a capite aque nomine Cozu, hinc procedit ad locum supradictum, qui dicitur Butunhouosa, qui in capite Maramors et Cozu existit, vnde meta predicte silue fuit inchoata; qui locus separat ad plagam orientalem siluam Regis, ad partem vero occidentalem siluam predictorum Comitum Sebus et Alexandri, et sic terminatur. Preterea quasdam terras Alexandri Comitis a nobis dudum collatas, et quasdam empcionis titulo possessas in discussione perpetuitatis per primogenitum nostrum Belam Regem ablatas intuitu fidelitatis eiusdem A. Comitis dignum duximus sibi in perpetuum et suis heredibus restituendas. Quarum sunt nomina Cozma, Hablan, Cuhna, Bozyn, Myzlen. Item iste sunt empticia : Coturtukhel, et tota terra nomine Moluchka. Item iste sunt a nobis, sicut et relique, iam dudum collate : Colchona videlicet et Chokol, cum eiusdem metis et pertinencijs, quibus antea iuste possidebat. Vt igitur predictarum terrarum restitucio, non obstante quod tempore donacionis nostre concessa (igy) memoratus filius noster B. Rex infregit, salua semper et inconcussa permaneat, presentem concessimus paginam priuilegiantis sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum per manus Mychaelis Magistri et Aule Regie Cancellarij anno Dominice Incarnacionis M°CC°XXXI°. Venerabili Roberto Strigoniensi Archyepiscopo existente, Vgulino Colocensi Archyepiscopo; Gregorio Gewriensi, Cleto Agriensi, Briccio Vaciensi, Bartholomeo Wesprimiensi, Ste-

fano Zagrabiensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Reynaldo Transylnano, Bulchu Cenadiensi, Benedicto Varadiensi Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Dionisio Comite Palatino, Benedicto Aule nostre Curiali Comite, Nicolao Magistro Tauarnicorum, Phila Magistro Dapiferorum, Mychaele Magistro Agazonum, Stefano Magistro Pincernarum, et alijs quam pluribus Comitatus et Magistratur tenentibus. Regni nostri anno vicesimo oetauo.

(A győri káptalannak 1397. »octauo die festi Beati Martini confessoris« »Comes Temel et Petrus filij Petri, ac Thomas filius Johannis de Zenthgyurg; item Georgius et Nicolaus filij Nicolai de Bozyn« számára kiadatott átiratából; a budai kir. kamarai levéltárban.)

163.

Béla ifjabb király megerősíti atyja II. Endre adományát Tamás Comes Makár bánnak fia számára. 1231.

Bela Dei gracia Rex, primogenitus Regis Hungarie, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in uero salutari. Cum per Diuine inspiracionis graciam uoluntate et auctoritate patris nostri, et maturo Principium terre nostre consilio, presente fratre nostro Colomano Rege et Duce tocius Sclauonie causam perpetuitatum discuteremus, in detrimentum Regie Corone donaciones terrarum factas reuocantes; Thomas quondam Banus Macharej Comitis filius, tanquam vir descretus et in posterum precauens, super hereditatibus paternis et donacionibus Regalibus et terris tytulo empcionis possessis aut per sentenciam iustam processu ordinis judicarij eidem adiudicatis, nobis priuilegia exhibuit, in quorum tenore merita suarum uirtutum, scilicet fidelitatis obsequia, laboris et doloris sustinencia, uulnerum in hostili conflicti recepcio in testimonium fidelitatis, saguinis effusio, et alia acta probitatum suarum plenarie continebantur. Nos ergo communicato fra-

tris nostri et Principum terre nostre consilio, desiderio peticionis sue uolentes satisfacere, omnia instrumenta sua, ut semper pacifica gaudeat possessione, confirmamus, quedam autem de priuilegijs suis uerbo ad uerbum nostro inseruimus priuilegio, quorumdam uero sub restricta breuitate intelligenciam perfecte exprimentes. Priuilegiorum autem confirmandorum tenor talis est:

Andreas stb. (következik II. Endre királynak adománylevele, mint fentebb 161. sz. a.)

Ut ergo omnes lites et controuersio sopiantur, et ueritate teste ordinata donacio nec per calumpniose peruersitatis astuciam impediatur, nec per nebulosas falsitatis tenebras caliginetur, auctoritate presencium predictarum possessionum et donacionum seriem confirmamus, confirmacionis tytulum sibi facientes sigilli nostri munimine roborari. Datum per manus Mathie Prepositi Zagrabiensis Ecclesie aule nostre Cancellarij, anno Dominice Incarnacionis M°CC°XXX°I°. Pous Tawarnicorum, Andreas filius (így) Serephel Dapiferorum, Pousa filio Soulum Agasonum, Michaele Pincernarum nostrorum existentibus; Jula fratre Ratholth Waiawada existente.

(Eredetie bőrhártyán, melyről Béla ifjabb királynak nagy alaku pecsétje viasz félgolyóba nyomva vörös-fekete selyemzsinórOn függ; s így szintén ezen okmány nagyobb részének XIII. századbeli másolata bőrhártyára írva, a budai kir. kamarai levéltárban.)

164.

Béla ifjabb király Konrádot és Dánielt, Johannes Latinus fiait, az erdélyi szászok közt adókedvezményekben részesíti. 1231.

Bela Dei gracia Rex primogenitus Regis Hungarie omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Gloria n Excelsis Deo, et in terra bone uoluntatis hominibus pax in terra nunciatur, quum illuxit dies redempcionis Hungarorum, restauracionis dignitatis Regie, reuocacionis libertatis Corone, Beatissimus Rex Stephanus ad inmarciscibilem enim vite eterne transiturus gloriam, defensioni Beate Virginis terram Hungarorum merito conmendauit; quia eius precibus et interuentu de merore ad leticiam, de seruitute ad libertatem est translata. Nos igitur sub proteccione eiusdem militantes, dum per Diuine inspiracionis graciam voluntate patris nostri, et maturo principum terre nostre consilio inutiles et superfluas donaciones, que falso nomine perpetuitates appellantur, destrueremus positi in Transiluanis partibus, fideles et dilectos milites nostros Saxones Vltrasiluanos, Corrardum et Danielem filios Johannis Latini, qui nobis fideliter sua semper in omnibus exhibuerunt seruicia tam diligenti anneximus, quod quatuor villas eorum, scilicet villam Albe Ecclesie, villam Homuspotoc, villam Sarpotoc, villam Latinam, nec non et populos eorundem de villa Oplid ab omni collecta absoluimus; ita quod nec nostris collectoribus, nec populis Scibiensibus collectam persoluant, nec collectores villas ipsorum intrare nostri presumpmant; sed constituto termino, id est circa Natiuitatem Domini teneantur nobis dicte ville militum tres fertones auri persoluere annuatym. Ita quod propter istam specialem solucionem populos ab omni absoluimus grauamine. Hoc non pretermittentes, quod quando in exercitum proficiscuntur ipse uel filii eius, in usus eorum collecta dicte pecunie redigatur. Vt igitur nostra donacio de generacio in generacionem salua

semper et inconcussa permaneat, concessionis nostre seriem scribi fecimus sigillo nostro roborantes. Datum per manus Mathye Prepositi Zagrabiensis aule nostre; Cancellarij anno Domini M°CC°XXX°I°, Pous Tauarnicorum, Chac Dapiferorum, Posa filio Solum Agasonum, Michaele filio Opud Pincernarum Magistris existentibus; Jwla fratre Ratolt Woyawoda Transiluano existente.

(István ifjabb királynak 1257-ki megerősítő okmányából, mely a budai kir. kamarai levéltárban őriztetik.)

165.

Az egri káptalannak bizonyságlevele, hogy Bothk comes Lengeld nevü birtokát fiai közt felosztotta. 1231.

Nos Comes Symon de Rozgon Judex Curie domini Sigismundi Dei gracia Romanorum Regis Semper Augusti, ac Hungarie etc. Regis damus pro memoria, quod Pelbardus de Erdewthelek pro nobili domina Anna vocata cum procuratorijs litteris Capituli Ecclesie Agriensis stb. in octauis festi Beati Jacobi Apostoli in figura nostri Judicij comparendo contra Nicolaum et Stephanum filios Petri filij Kyliani de Lengeld, ac alterum Stephanum filium Pauli de eadem, et Paulum filium Petri Waynode de Vereb proposuit eo modo: quod ipsa domina Anna consors sua esset filia prefati Nicolai de Gwtha ex nobili domina Elizabeth vocata filia nobilis domine Baga vocate, filie Johannis filij Martini de dicta Lengeld propagata, prefataque domina Elizabeth vnacum nobilibus dominabus Katha filia Stephani filij Martini de Lengeld in vniuersis juribus possessionariis condam domini Stephani Custodis Strigoniensis, et Georgij Cantoris Agriensis Ecclesiarum, nec non religiosi viri fratris Emerici de Ordine Heremitarum Sancti Pauli per condam dominum Lodouicum Regem

in veros heredes et legitimos successores eorundem domini Stephani Custodis Strigoniensis, et Georgij Cantoris, nec non fratris Emerici prefecta extitisset, et ex eo ipsa domina Anna de possessionibus Lengeld predicta ac Bachon et Fanchal vocatis porcionem cum possessione habere deberet, quam rehabere vellet ab vtrisque Stephano, Nicolao et Paulo prenotatis jure exposcente stb. (Erre az ellenbeszéd) quod hoc bene verum foret, vt prefata domina Elizabeth filia dicte domine Baga, vnacum pretitulatis nobilibus dominabus Katha, Kochyna et Elena, filiabus scilicet prefatorum Stephani, Thome et Johannis filiorum Martini in pretitulatis vniuersis possessionibus ac juribus possessionarijs, videlicet Lengeld, Fanchal et Bathon prefatorum Stephani Custodis, Georgij Cantoris et fratris Emerisi heremite, fratrum vtputa earundem dominarum in veros heredes et legitimos successores per ipsum condam dominum Lodouicum Regem prefecta extitisset; sed eadem domina Elizabeth mater annotati Nicolai de Gwtha non extitisset; nam eadem domina Elizabeth condam Andree de — — anthreuew tradita fuisset in consortem, vbi eadem domina sine prolibus ex hoc seculo migrata extitisset; et ex eo eidem domine Anne nulla porcio de dictis possessionibus deberetur stb. (Bizonyitékúl az alperesek hat okmányt hoznak fel) vnam predicti condam Bothk sub sigillo Capituli Agriensis anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo prima priuilegialiter confectam stb.; in quarum prima prefati condam Bothk ipsum Bothk inter alias suas testamentarias disposiciones possessionem Lengeld modo diuisionario tribus filijs suis, videlicet Thome, Mersa et Zepoth dedisse stb. reperiebatur stb. Datum in Vissegrad quadragesimo die octauarum Beati Jacobi Apostoli Domini M°CCCC° tercio decimo.

(Eredetie bőrhártyán, a budai kir. kamarai levéltárban.)

166.

Raguza város és Illés comes néhai Grubessa comesnek fia közti barátságos egyezkedés. 1231.

Anno Incarnationis Domini millesimo ducentesimo tricessimo primo, mensis Novembris quinto decimo die, in Civitate Ragusii, in Ordinata Curia cum sonitu campane. Coram presentia domini Johannis Danduli Militis, Ragusii Comitis, et coram vobis subscriptis testibus. Ego quidem Comes Helias, filius Grubesse quondam Comitis; conveni et concordavi me spontanea mea bona voluntate cum Commune Ragusii de omnibus causis meis, et proprium meorum hominum quas tulerunt in Corcira, ut amodo in antea Commune Ragusii tam a me quam a meis heredibus et a propriis meis hominibus permaneat quietum et sine querimonia in eternum. Et nos Communis Ragusii propter tuam bonitatem et amicitiam tibi, domine Comes Helia, et tuis heredibus et tuis propriis hominibus volumus, ut porte nostre civitatis sint aperte. De hoc autem sunt due carte similes, hec et alia; hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Comes Dragannus de Almisio, et Borco Judex de Clissa, et Johannes Gundule, et Gervasius Marini, et Aadreas Dabrane, et Bubanna Petri Jurati Judices, et Petrus Ballislave, et Damianus Bocinde, et Thoma Pezane Consiliarii, et Petrus Zicla. Et ego presbiter Pascalis, et Communis Notarius Juratus, scriptor sum et testis.

(Eredetie bőrhártyán a bécsi császári titkos levéltárban.)

167.

II. Endre királynak törvénykezési immunitása az esztergami egyház népei számára. 1232.

Andreas Dei gracia Hungarie Rex vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Vniuersorum Sancte Matris Ecclesie filiorum noticie insinuacione presencium uolumus fieri manifestum, quod nos considerato grauamine et oppressione populorum Ecclesie Strigoniensis, qui a diuersis iudicibus eis inferebantur, mira moti benignitate Regia, ad peticionem Venerabilis R. Archiepiscopi Strigoniensis ab omnium Judicum iurisdiccione eosdem populos eximentes, concessimus eisdem et instituimus; ut nullius Judicis, uidelicet nec Palatini, nec alicuius alterius judicio astare teneantur, preter nostrum solummodo proprium Judicium; et nullus ipsos ante aliquem alium judicem presumat conuenire, nisi coram Nostre Maiestatis Presencia. Vt autem hec a nobis facta exempcio nec nostris unquam, nec nostrorum successorum temporibus ualeat reuocari uel retractari, sed salua semper et inconcussa remaneat, in argumentum fidei maioris presentem concessimus paginam dupplicis sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno Gracie millesimo CC°XXXII°. Regni autem nostri anno vicesimo nono.

(Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 291. l.)

168.

II. Endre király a zólyomi udvarnokok azon kötelezettségét elismeri, hogy az esztergami káptalannak tizedet fizessenek. 1232.

Andreas Dei gracia Hungarie Rex vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in J su Christo Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum quasdam villas castrensium in officium vduornicorum nostrorum de nouo transtulissemus, et quasdam alias ad predium nostrum de Zoulum assignassemus; fideles ac dilecti nostri, Thomas Prepositus ceterique fratres Ecclesie Strigoniensis ad nostram accedentes presenciam nobis sua querimonia monstrarunt, quod omnes populi villarum predictarum iustas et integras decimas ab antiquo soluere tenebantur, que decime pro panibus eorum sunt deputate. (Sed) quia singuli populorum predictorum occasione ceterorum uduornicorum nostrorum singulas duas capecias soluere tenebantur, et per hoc ipsis magnum dampnum et incommodum generaretur; nobis humiliter supplicarunt, ut dictos populos ad solucionem decimarum integrarum, sicut consueuerant, compel(lere dignaremur). Et quia officium debitum exigit, quod nulli in sua iusticia deesse debeamus, potissime vero quia Ecclesiam Strigoniensem specialioris dileccionis — — — — cauere in futurum statuimus firmiter; perpetua stabilitate perhenniter obseruandum, quod tam illi populi, quod (ad) ipsos rece(pimus ud)uornicos (nostros), tam alij, quos ad predium nostrum de Zoulum assignauimus, iustas et integras decimas omni contradiccione — — — —, sicut consueuerant, persoluere teneantur. Nomina autem uillarum, quas in uduornicos transtulimus, sunt hec : Huthi — — — — yuley, Lapos, Guesta, Ysgar, Chalad, Welchez, Guymes, Nemchez, Hydradotkesci, Kaluz; nomina uero uillarum, quas ad nostrum predium de Zoulum recepimus, sunt hec : Palasth, Badun, Nek, Bolug, Hurov, Zefryd, Warad, Kemencha. Vt ergo

predicte restitucionis series a nobis iuste et legitime facte nostris nostrorumque successorum temporibus salua semper et inconcussa permaneat, in argumentum amplioris fidei presentem concessimus paginam dupplicis sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum anno Dominice Incarnacionis millesimo CC°XXX° secundo, Regni autem nostri anno XX° nono.

(Az eredeti után Knauz Nándor Magyar Sion II. köt. 372. lap.; — Az Esztergami Főkáptalan Okmánytára, Pest 1871. 17. l.)

169.

II. Endre király Szebeleb helységet visszaadja az esztergami káptalannak. 1232.

Andreas Dei gracia Hungarie Rex vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino Jesu Christo. Quoniam scriptum est, quod non remittitur peccatum, donec restituatur ablatum : idcirco ad uniuersorum noticiam uolumus peruenire; quod nos Deum pre oculis habentes, et magis saluti anime nostre prouidere cupientes, quam lucro temporali : villam quandam nomine Scebehleb, ubi Saxones residebant, quam Ecclesia Strigoniensis ab antiquo pacifice possederat et quiete, et nos ipsam minus iuste in nostrum usum conuerteramus, omni contradiccione et contencione cessantibus, ex nostra gracia et beneplacito Ecclesie restituimus memorate, bona fide promittentes; quod nunquam, quamdiu uiuemus, Ecclesia Strigoniensis super predicta uilla aliquam pacietur iniuriam uel molestiam; sed pace perpetua et tranquillitate gaudebit super hoc in futurum. Vt ergo huius restitucionis series a nobis legitime facte, nostris nostrorumque successorum temporibus salua semper et inconcussa per-

maneat, in argumentum fidei plenioris presentem concessimus paginam dupplicis sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum anno Uerbi Incarnati millesimo ducentesimo tricesimo secundo, Regni autem nostri anno vicesimo nono.

(Az eredeti után Knauz Nándor Magyar Sion II. köt. 372. lap.; — Az Esztergami Főkáptalan Okmánytára 18. l.)

170.

IX. Gergely pápa megerősiti a zágrábi püspök és a pannonhalmi apát közti, a Dráva-melléki tizedeket tárgyazó egyességet. 1232.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri ... Episcopo et dilectis filiis, Capitulo Zagrabiensi, salutem et Apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Sane tempore felicis recordationis I(nocentii) Pape predecessoris nostri, dilectus filius ... Abbas Sancti Martini de Pannonia pro se ac Conventu suo petiit a te, frater Episcope, ac Canonicis Zagrabiensis Ecclesie, quorum procurator ad hoc in iudicio comparebat, decimas omnium frugum et aliarun rerum partis Comitatus Simigiensis, que est ultra fluvium Dravam, nec non et capellarum Sancti Barnabe, Sancte Crucis, et Sancte Trinitatis, existencium in Vesprimiensi Diocesi, citra Dravam, cum fructibus perceptis ex ipsis, et omne ius suum in iudicium circa premissa, deducens privilegium Sancti Stephani Regis, et confirmaciones pie memorie Alexandri, Vrbani et Clementis Romanorum Pontificum ad intentionem suam fundandam super principali produxit. Ad que procurator vester utcumque respondit, et tam receptio testium, quam cause cognitio fuit certis iudicibus

de partium voluntate commissa. Verum post longi temporis tractum, post diversa rescripta a predecessoribus nostris et nobis obtenta, ad Apostolice Sedis examen negotium est reductum. Cui finem sententia dare non potuit eo, quod litis contestationem legitimam acta iudicii non habebant. Quia vero litis protractio nonnunquam dispendia gravia post se trahit, sumptibus atque laboribus litigantes atterere consveta, inter te ac prefatum Abbatem, concordi tractatu prehabito, huiusmodi compositio intervenit, videlicet: quod dictus Abbas pro se ac Monasterio suo decimas et omnia alia, quecumque comprehendere poterat eius petitio, ultra fluvium Dravam, infra Zagrabiensem Diocesim, versus Sclauoniam, tibi et Ecclesie Zagrabiensi ex toto pacifiçe ac quiete dimisit, promittens pro se et monasterio suo, quod super premissis te ac successores tuos vel tuam Ecclesiam iudicio vel extra iudicium nullo unquam tempore molestabit. Tu vero pro te ac Ecclesia tua decimas quatuor capellarum scilicet: Sancte Marie, Sancte Trinitatis, Sancti Barnabe, et Sancte Crucis versus Vngariam, et quicquid iuris in eisdem capellis habebas, Abbati et Monasterio memoratis dimisisti pacifice et quiete. Ceterum pro quibusdam fructibus et expensis quingentas marcas argenti ad pondus Vngarie, bonorum et electorum frisatricorum vendentium et ementium, tam pro possessionibus, quam rebus aliis commercio competentium prout vendi consvevit et emi apud castrum, quod Alba communi vocabulo nuncupatur, te soluturum Abbati aut eius certo nuntio promisisti; ita, quod medietatem summe predicte usque ad festum proximum Purificationis Beate Marie, ac aliam medietatem usque ad kalendas Augusti proximo tunc futuri absque diminutione aliqua persolves. Denique compositionem huiusmodi proprio iuramento firmatam tu et idem Abbas postulastis humiliter Apostolice Sedis munimine roborari. Cum igitur finem litibus desideremus imponi et litigantium concordiam amplectamur, compositionem predictam gratam ac ratam habentes, eam auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli

Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Reate XI. kalendis Augusti. Pontificatus nostri anno sexto.

(Tkalcsis, Monum. histor. Episc. Zagrab. I. köt. 73. lap. V. ö. Fejér Cod. Dipl. III. köt. 2. r. 290. l.)

171.

Frangepán Iván, Guido és Henrik veglai grófok ezen szigetnek kormányzását szabályozzák. 1232.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo secundo, mense Decembri, indictione sexta, Rivoalti. Natis nascentibusque sive nascendis inter nos discordiis litigiisque atque controversiis oviare, et ad ea semper sollicite ac diligenter intendere, que sunt concordie, unitatis et pacis, et credentes quam plurimum complacere, qui pars nostra fecit utraque unum duos parietes venientes ex diverso coniunges in se ipso lapide angulari. Nos Johannes, Guido et Henricus Comites Veglenses consanguinitatis vinculo connexi, citati per dominum Ducem Veneciarum et eius Consilium, ut coram eis veniremus, et nobis coram eis personaliter existentibus ac iurantibus eorum stare mandatis usque Pasce Resurrectionem proxime, de eorundem mandato ac nostra communi voluntate et pari consensu in vos viros nobiles et discretos Bartholomeum da Canal, Romeum Quirinum, Marcum Genuin, Albertinum Mauricenum vel maiorem partem vestrum conveniremus ad pacem inter nos componendam super dictis discordiis, litigiis atque controversiis ex nostro Comitatu et rebus aliis. Quod quidem licet nobis esset honorificum, tamen ob graciam dilectionis et amoris, quam erga nos plene geritis maior pars vestrum, quorum nomina sunt scripta inferius tali modo et ordine in Veneciis. Inprimis quod regimen tocius nostri

Comitatus predicti regatur taliter per nos, quod unus nostrum regat Civitatem a kalendis mensis Januarii proxime usque ad festum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli primo venturum; et alius castella, videlicet Castrum Muscum, Dobregna, Verbenicum et Besca; et tercius insulam Parviki. Et qui rexerit insulam Parviki, regat Civitatem. Et hoc teneamur observare usque ad sex annos, et tanto amplius quantum communiter concordes erimus, servato medii anni mutacionis de loco ad locum ordine suprascripto. Si vero aliquis nostrum abscens fuerit vel egritudine aut aliquo negocio prepeditus, quod in statuto termino regimen civitatis vel castellorum aut insule Parviki, ut dictum est, regere non possit, liceat ei vel eis vicem suam commitere uxori, sorori, filio vel filiis, filie vel filiabus, fratri, nepoti, genero sive consanguineo germano suis. Quilibet autem regimen, qui erit in dictis regiminibus, tenetur et facere debet iusticias et raciones de hominibus ipsius terre secundum consuetudinem eiusdem servato modo et ordine concessionis, exceptis de hominibus nostre familie et hiis, qui nostro aluntur pane et vino, qui omnes debeant iudicari per tres ad hoc ordinatos per nos, quorum etiam unum quilibet nostrum per se eligere debeat, et sentencia super premissis per eos ferri debeat secundum consuetudinem eiusdem terre eo Comite, qui tunc erit ibidem in regimine presens, sub cuius regimine ipsum maleficium fuerit perpetratum. Electiones quoque omnes sive electuras, quas fecerimus in dicto Comitatu, fideliter et sine fraude faciemus, non amicum ad hoc adiuvando, vel inimicum ob hoc offendendo, sed aspicientes tantum comodum atque bonum et profectum ipsius Comitatus. Omnes autem reditus sive proventus, quos ex ipso Comitatu habemus et habebimus, percipimus et percipiemus, legaliter et fideliter sine fraude inter nos comuniter dividemus et parciemur. Si vero aliquis nostrum intromissum habet vel retinet de bonis et habere atque proprietatibus terrarum et casarum aliorum nostrorum duorum vel unius, reddere et assignare eis vel ei integraliter sine fraude usque ad medium annum debeat, et de cetero nemo nostrum nec homines nostri sive successores tam masculi quam femine in perpetum intromittant et retineant fraudulenter de bonis et habere sive possessionibus aliorum nostrorum

duorum et heredum et successorum. Et si aliquando si qua controversia sive questio inter nos super aliquo orta fuerit, tercius nostrum aliquis sine fraude et fideliter de ipsa controversia sive questione inter duos nostrum si potest componat amicabiliter et ad pacem eos deducat, alioquin ipsa controversia sive questio coram iudicibus ipsius terre secundum eius consuetudinem debeat ventilari et terminari. Predicta vero questio ita intelligatur a quinquaginta bizantiis et infra. Et si questio fuerit a quinquaginta bizantiis supra, liceat cuilibet nostrum appellare ad Curiam domini Ducis, et in eadem Curia ipsa questio debeat cognosci et terminari, et omnes sentencias, que late fuerint secundum consuetudinem ipsius terre tam in civitate quam castellis totaque insula, tenemur ducere ad complementum; et si quis rebellis contra easdem sentencias fuerit, forcium et auxilium ac operam dabit quilibet nostrum, ut ipse sentencie compleantur. Remittimus nobis omnes offensas et iniurias vicissim et omnibus hominibus eiusdem terre a tempore discordiarum ortarum inter nos usque nunc; salvis in nobis illis rationibus, que nobis competunt tam in Curia domini Ducis Veneciarum quam in Curia Veglensi, et eciam salvis sentenciis quondam latis per dominum Ducem Veneciarum et eius Consilium tam Vegle quam Castri Musci, et eciam salvis honoribus et racionibus eiusdem domini Ducis. Et si aliquis nostrum est in aliqua commilitate et conspiratione vel aliquo ordinamento ad adiuvandum aliquem vel nocendum, ita quod reddundet ad detrimentum et malum atque gravedinem ipsius insule, et nostrum non attendet, et tam si est in predictis omnibus quam non, amodo in ipsis non erit. Si vero aliqua controversia sive questio inter nos orta fuerit tam in faciendo pacem et guerram, quam in faciendis bannis supra terram alterius et in mutandis usibus ipsius terre, salvo modo et ordine expresso in nostra concessione, illam sentenciam, quam Martinucius frater mei suprascripti Comitis Johannis tulerit supra premissis, firmam et ratam habebimus; et si idem Martinucius se intromittere noluerit super premissis, et si se intromiserit et eum mori contingerit, alium infra unum mensem in loco eius eligere debeamus omnes comuniter concordes usque ad terminum predictum. Hec autem omnia suprascripta iuramento firmata modo et

ordine in predictis capitulis comprehenso quilibet nostrum tenetur observare, salvo modo et ordine expresso in nostra concessione, sub pena mille librarum Venecialium, exceptato medio romanato et infra ab ipsa pena, si cultum fuerit, quod emendari debeat in duplum et eas emendet et solvet, qui contra predicta fecerit; de quibus Comune nostrum habeat libras quinquaginta, et alias libras Venecialium quinquagintas ille vel illi, cui vel quibus offensum fuerit, et pena soluta nichilominus hoc scriptum robur optineat firmitatis. Quod quidem scriptum, domino Duci Venaciarum et eius Consilio ostensum, ipsi seriatim audientes et intelligentes diligenter ipsum approbarunt. Et ut maius robur firmitatis obtineat, in calce idem dominus Dux de voluntate sui Consilii voluit ipsum scriptum predictum muniri et sigillari suo proprio sigillo plumbeo. Signum suprascriptorum Johannis, Guidonis et Henrici Comitum, qui hoc rogaverunt. Ego Bartholomeus da Canal testis. Ego Romeus Quirinus testis. Ego Marcus Geno testis. Ego Petrus de Bonovicino presbiter et Notarius, Ducalisque aule Cancellarius complevi et roboravi. Ego Dominicus Fusculo presbiter Sancte Agnetis et Notarius vidi in matre, et testis sum in filia. Ego Dominicus Delfinus Judex examinator vidi in matre, testis sum in filia. Ego Donatus Sancte Marie matris Domini presbiter et Notarius hoc exemplum exemplavi anno Domini millesimo ducentisimo tricesimo tercio mensis Marcii, indictione sexta, Rivoalti, nichil addens vel minuens, quod sentenciam mutet, complevi et roboravi.

(Ljubics, Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium. I. köt. 49. l.)

172.

István zágrábi püspöknek a csazmai káptalant alapító okmánya. 1232.

(Tkalcsics, Monum. histor. Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 68. lap. V. ö. Fejér Cod. Dipl. III. köt. 2. r. 277. l.)

173.

A Zalavármegyében lakó nemeseknek közönsége bizonysdágot tesz arról, hogy Bertalan veszprémi püspök és Ogus bán közt a király engedélyezéséből hozott itéletet, Oguz bán ellentállásának folytán végre nem hajthatta. 1232.

Vniuersi seruientes Regis citra et ultra Zalam constituti omnibus Judicibus et aliis, ad quos presentes littere peruenerint, salutem in Domino. Ad vniuersitatis ucstre noticiam uolumus peruenire, quod cum in nostris partibus multa mala, iniurie, dampna et grauamina peccatis exigentibus per malignos homines perpetrabantur, et multi potenciores inique opprimebantur, qui ius suum nequaquam prosequi poterant propter distanciam iudicum et multa alia impedimenta; a domino nostro Rege petiuimus humiliter et deuote, ut nobis daret licenciam iudicandi et faciendi iusticiam plenam oppressis et pacientibus iniurias infinitas de omnibus hys, per quos indebite paciuntur. Dominus autem Rex nostras preces pijs auribus exaudiens ex beneplacito suo concessit nobis benigne licenciam ab co obtentam. Qua obtenta, dum inter nos discutere malefacta cepissemus, dominus Bartholomeus, venera-

bilis pater, Episcopus Vesprimiensis, uidens nos esse iudices, et posse facere plenam iusticiam de inferentibus iniuriam, Oguz Banum, qui vnus erat de nobis, traxit in causam coram nobis, inpetens eum in hunc modum; quod ipse quandam terram Ecclesie sue nomine Wezmech, a prima fundatrice Ecclesie sue Regina Gysla donatam, que est inter Drawam et Muram citra portum Worosd, iniuste occupasset, et occupatam violenter per suam potenciam detineret, et per multas ammoniciones eandem sibi nequaquam reddere curaret. Oguz autem Banus respondit ex aduerso, quod eadem terra esset terra sua hereditaria, et iure hereditario eam possideret. Et utriusque partis auditis proposicionibus dedimus eis probacionem, taliter videlicet, vt Oguz Banus probaret esse suam illam terram per homines de genere suo; et dictus Episcopus probaret esse Ecclesie sue, prout melius et efficacius posset. Qui cum assumpsissent se probaturos, in termino utrique parti assignato dictus Banus non comparuit, nec testes produxit; Episcopus autem nominatus produxit testes ydoneos coram nobis, viros satis nobiles, prouidos et discretos; quos cum omnes diligenter inquirentes examinassemus, ipsi testimonium peribuerunt dicentes, quod ipsi secundum quod per se et per suos primos scire potuerunt, illa terra semper fuit Ecclesie Wesprimiensis; et predecessores domini Roberti, qui fuit Episcopus Wesprimiensis, semper fuerunt in illa possessione. Nomina autem testium sunt hec: Capitulum Wesprimiense, Capitulum Zagrabiense, Buzad Banus, et Mychael frater eiusdem, Gordon, Mortun, frater Damase, Vrban filius Stephani, Cheker filius Balad, Helyas filius Laurencij, Vulchuk cecus, Marcus de genere Gordon, Georgius filius Comitis Luce, Jacobus Maior Exercitus Castri Zaladiensis, Chepan, Achylles, Blasius, Chetyl, Gregorius Decanus Wesprimiensis, Sacerdos Barnabas, Magister Endre Canonici Wesprimienses, Scynke, Adam de Pulach, et multi iobagiones nobiles eiusdem Ecclesie. Quorum omnium testimonijs diligenter auditis et in scriptis redactis assignauimus terminum utrique parti, octauam videlicet Johannis Baptiste, in quo finaliter procedatur in eadem causa. In quo comparante Episcopo nominato Oguz Banus non comparuit contumaciter, sed misit nuncium simplicem ad recipiendum terminum iterato. Et nos, quamuis in

eodem termino sentenciam tulisse debuissemus, tamen ad maiorem euidenciam iuris eiusdem Episcopi assignauimus iterato terminum, in quo comparente Episcopo prefato sepedictus O. Banus non conparuit, nec per se, nec per suum responsalem. Nos itaque uidentes tantam suam contumaciam, et dicta testium eiusdem Episcopi esse legitima et approbanda, ipsum Episcopum misimus in possessionem petitam per pristaldum nostrum nomine Ondornuch de Apath, et per duos socios nostros, Martinum videlicet et Stephanum; qui cum eundem Episcopum uellent ponere in possessione, ipsi manu violenta per Oguz Banum sunt prohibiti. Et sic idem Banus in nullo penitus nostram sentenciam obseruauit; cum tamen suo iuramento se obseruare perobligasset. Ad huius igitur facti memoriam pleniorem et in testimonium rei geste presentes litteras dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in ponte Ketud anno Domini M°CC°XXX° secundo.

(Eredetie bőrhártyán, a függő pecsétek elvesztek; a budai kir. kamarai levéltárban.)

174.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy Tamás Oszl comesnek fia bizonyos peres ügyre nézve a Churt nemzetségbeliekkel barátságosan egyezkedett. 1232.

Capitulum Jeriensis Ecclesie vniuersis presens scriptum intuentibus salutem in salutis largitore. Vestra nouerit vniuersitás, quod Thomas filius Comitis Oslu ex una parte; Martinus, Nicholaus filii Viruntonis, Georgius, Ipolitus et Georgius filii Thome de villa Ysobur, et villani Enud de genere Churt ex altera; in nostra professi sunt presencia, quod Thomas dictus eos pro terra Enud et pro destruccione predii sui ad presenciam Dionisi Palatini mediante pristaldo nomine

Detlip de Mayad citauisset, in cuius presencia ipse T. eos pro eadem causa remanere fecisset; tandem vero mediantibus bonis viris et componentibus, videlicet Magistro Demetrio, et omnium villanorum de Muscy, talem inter eos pacem reformauerunt; quod ipsi Thome terram nomine Enud aduersarii sui predicti communi consilio reliquissent in perpetuum possidendam. Cuius prima meta incipit ab oriente super Rabam, et tendit ad occidentem ad siluam, que pertinet ad ipsum T., in cuius fine habet metam assignatam, et postea cadit in palludem, que vulgo dicitur Piscarustou, que currit a uilla Gelca, quam transeundo uadit parum super uiam Etteuen, ad uillam fratrum Jeuriensium, que Cusfolud vocatur, ad metam antiquam, tandem iterato Rabe, vnde prima meta eius inceperat, continuatur. Vt autem hoc in perpetuum robur firmitatis obtineat, in presentem cartam sigilli Capituli nostri munimine roboratam, pecierunt annotari. Anno Domini M°CC°XXX°II°

A B C D

(Eredetie bőrhártyán, melyről az egykor hártyazsigen függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

175.

Raguza város egyezkedése Velenczével. 1232.

In nomine domini nostri Jesu Christi, Amen. Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo secundo, mense Madii, quinte indicionis. Cum Binzola Bobatie et Gervasius Naimerii viri nobiles, nuntii et procuratores Civitatis Ragusii ad presentiam illustrissimi domini Jacobi Teupuli, Dei gratia Veneciarum, Dalmatie atque Chroacie Ducis, Quarte Partis et Dimidie totius Imperii Romanie Dominatoris, accessissent nomine et vice eiusdem Civitatis Ragusii, petentes concordiam, pactum et reconciliationem domino Duci et Communi Venecia-

rum ostendentes commissionem, quam habuerant super hoc in hunc modum:

Anno Incarnationis Domini millesimo ducentesimo tricesimo secundo, indictione quinta, mensis Januarii terciodecimo die intrante. Nos quidem Jurati Judices Ragusii Civitatis: Johannes Gundule, Gervasius Marini, Andreas Dabrane, Matheus Bobatie, Bubanna Petri; et nos Consiliarii: Damianus Bocinoli, Balatia Gervasii, Petrus Ballislave, Thomas Pezane, Johannes Lampri, et cunctus populus Ragusii. Committentes committimus namque vobis, Binzole Bobacie et Gervasio Naymerii, nobilibus viris, concivibus et nuntiis nostris, et plenam virtutem et commissionem et potestatem vobis damus, ut totum ordinem et pactum, que pro nobis et pro nostra Civitate Ragusii feceritis cum domino nostro Jacobo Theupulo, Magnifico Duce Veneciarum, firma habebimus imperpetuum. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Ego autem presbiter Pascalis et Communis Notarius Juratus ex consensu et laudatione prescriptorum Judicum et Consiliariorum et cuncti populi Ragusini scripsi, complevi et roboravi hoc.

Quare dictus dominus Dux ad petitionem eorum condescendit, et concordiam et pactum usque ad tres annos et tantum plus, quantum voluntas domini Ducis Veneciarum fuerit, inter utramque partem initum est et firmatum in hunc modum: Nos Ragusanorum nuntii iamdicti pro Commune Civitatis nostre transmissi, a quo fuit provida deliberacione inventum, pro eo quod terre nostre videtur plurimum fructuosum, quod Veneciarum dominio subderemus, petimus, ut nobis ad voluntatem vestram Comitem concedatis. Hec enim, que continentur inferius, vult terra nostra Ragusii observare. Ragusini semper Archiepiscopum eligent de Veneciis, et habebunt a Gradu videlicet usque Caput Aggeris. Et si dominus Dux a domino Papa poterit optinere, quod Archiepiscopatus Ragusii Gradensi Ecclesie supponatur, eius electionem presentabunt domino Patriarche Gradensi, confirmationem electionis postulantes; et confirmatione facta, veniet electus ad Sedem Patriarchalem, et consecrationem de manu sua accipiet, facietque ei fidelitatem, reverentiam et obedientiam debitam ei exhibere promittens. Preterea statuimus,

quod idem Archiepiscopus iurabit fidelitatem domino Duci et successoribus suis nisi pro eis remanserit, et sic facient omnes Archiepiscopi, qui imperpetuum erunt in Ragusina Sede, Ducibus, qui per tempore erunt. Clerus autem ter in anno, in Nativitate Domini et in Pascha Resurrectionis et in festo Sancti Blasii, laudes cantabunt in maiori ecclesia sollempniter domino Duci, domino Patriarche, Archiepiscopo suo et Comiti omni anno, propter quod benedictionem recipiet yperperos tres, unum a nobis, alterum ab Archiepiscopo, tercium a Comite. Habebunt quoque Ragusini semper Comitem et Comites de Veneciis, quem vel quales dominus Dux cum maiori parte sui Consillii eis dare voluerit, qui iurabit fidelitatem domino Duci et successoribus suis ; et sic facient omnes Comites, qui erunt per tempora, Ducibus, qui erunt per tempora imperpetuum. Jurabunt autem et omnes homines Comitatus a tredecim annis et supra fidelitatem domino Duci et successoribus suis, et ipsa fidelitatis sacramenta renovabunt singulis annis decem. Jurabunt quoque fidelitatem Comiti omnes, et Comitibus omnibus futuris imperpetuum, salva fidelitate domini Ducis ad honorem Veneciarum et salutem Ragusii, cum bono et honore ac salvatione Veneciarum. Et si forte contigerit, dominum Ducem vel succesores suos Ragusium applicare, recipient eum honorifice ac illum procurabunt et nuncios suos similiter. Et si dominus Dux voluerit hospitari in domo Archiepiscopali, habebit eam ad sui honorificentiam et voluntatem ; sin autem, dabitur ei domus honorabilis usque dum steterit ibi, et nuntiis suis decentem domum pro hospicio assignabunt. Et quotiens fecerit Venecia exercitum usque Durachium et a Durachio et infra et usque Brundusium et a Brundusio et infra, sicut Venecia faciet, sic facient Ragusini secundum numerum virorum suorum. Si vero exercitum fecerit a triginta lignis armatis et supra, que debeant transire Durachium et Brundusium, facient inde Ragusini tricesimam partem, et stabunt in servicio Veneciarum usque dum steterit exercitus Veneciarum. Tollent Ragusini de omnibus navibus extraneorum, que illuc applicuerint ad portum faciendum, illam rationem, quam Venecia tollit extraneorum navibus, dividentque illam in tres partes, de quibus unam dabunt rchiepiscopo, aliam Comiti et tercia sit Communis Ragusii.

Omnes, qui erunt amici Veneciarum, Ragusini illos pro amicis habebunt, et omnes qui erunt inimici Veneciarum, Ragusini illos pro inimicis habebunt. Et non recipient Cacichios et Dalmesanios vel alios grossarios et predatores sive rubatores in Civitate Ragusii vel eius Districtu, neque eis dabunt aliqua victualia. Et si Venecia miserit contra Cacichios et Dalmesanios galleas ad offendendum eos, Ragusini similiter tunc mittent ad offendendum eos lignum quinquaginta hominum decenter armatos. Et omnibus aliis grossariis et predatoribus sive raubatoribus maris facient werram et eos offendent bona fide sine fraude a Durachio et infra usque Venecias. Dabunt quoque Ragusini omni anno in festo Omnium Sanctorum domino Duci pro regalia yperperos duodecim, et Communi Veneciarum yperperos aureos veteros recti ponderis centum, et Comiti suo in eodem termino yperperos CCCC de suo Communi, et omnes alios introitus et honorificentias Comitatus consuetas, excepto introitu salis. Obsides autem dabunt Ragusini duodecim de duodecim parentatibus nobiliorum illius terre, moraturos semper sex obsides in Venecia ad expendium Ragusinorum in medio anno, et alios sex in medio anno in cambio. Et si eorum aliquis moreretur vel fugerit, dabunt alium in loco eius. Jurabunt autem Comes Ragusii et antepositi in aliquo officio Civitatis, et unusquisque insuper pro suo capite, se sic omnia servaturos, nisi remanserit per dominum Ducem et maiorem partem sui Consilii. Et fideles erunt domino Jacobo Teupulo inclito Veneciarum Duci usque dum vixerit in Ducatu. Et hec sacramenta renovabunt Ragusini quisque pro suo capite in omnibus suprascriptis singulis annis decem. Pretera Ragusini de mercibus Romanie quas Venecias apportaverint, dabunt in Veneciis Communi Veneciarum quinque pro centenario; et de mercibus ultramarinis et terre Egypti, Tonissi et Barbarie solvent quintum; et de mercibus Regni Sicilie solvent quadragesimum Communi Veneciarum, et de mercibus vero Sclavonie in Veneciis nichil solvere debent. Et tantummodo cum quatuor navigiolis a septuaginta miliariis infra debeant Ragusini Venecias venire per annum. Et si aliter Ragusini Venecias venerint, solvent quintum de omnibus mercibus Romanie, quas Venecias apportabunt. Et tam per werram quam per pacem licitum est

Ragusinis ire ad mercandum a culfo Coranti infra. In aliis vero partibus vetitis per dominum Ducem Veneciarum ire non debeant Ragusini nisi secundum quod fecerint Veneti. In Veneciis vero non debent facere Ragusini mercatum cum foristeriis. Et hec concordia et pactum amodo usque ad tres annos expletos firmatum est et ab utraque parte debet firmiter observari, et tantum plus quantum placuerit domino Duci Veneciarum. Insuper nos iamdicti Binzola Bobacie et Gervasius Naimerii, nuntii et procuratores Civitatis Ragusii, per nos et dictum Commune Ragusii iuramus ad Sancta Dei Evangelia supra animas nostras et omnium hominum Ragusii hanc concordiam et pactum, ut dictum est superius, firmum et ratum habere, et nullo modo contravenire. In huius autem rei testimonium, et ut hec magis robur optineat firmitatis, presens pactum et concordiam iussit iamdictus dominus Dux sui sigilli munimine roborari. Datum Veneciis in palatio Ducatus per manum Gabrielis Scribani Ducatus, aule Veneciarum Scribe.

(Engel János Keresztély, Geschichte des Freystaates Ragusa, Bécs 1807. 289. l. Ljubics, Monum. spect. hist. Slav. Merid. I. köt. 46. l. A belgrádi tudós társaság Glasznikjában XV. köt. 198. l. Tafel és Thomas, Urkunden zur älteren Handels- und Staatsgeschichte der Republik Venedig, Bécs 1856. II. köt. 307.)

176.

II. Endre királynak Sóskut nevű helységet tárgyazó adománya Nána királyi fölovász számára. 1233.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Vnitatis. Andreas Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Crohachie, Rame, Seruie, Galicie Lodomerieque Rex in perpetuum. Circumspecta Regum dapsilitas licet ad notos et incognitos oppinionis bone

fragrancia dilatari debeat, ad illos tamen abundancius sue munificencie dexteram tenetur extendere, quos preterita meritorum insignia reddunt commendabiles, et excrescens bene seruiendi studium de die in diem esse comprobat prompciores. Proinde vniuersorum tam modernorum quam futurorum Sancte Matris Ecclesie filiorum noticie presencium serie duximus declarandum, quod nos quandam terram nomine Sovskuth, quam a Fabiano Comite fratre Marcelli pro quinquaginta marcis comparauimus, cuius pecunie summam a iam dicto fratre suo Comite Camere nostre tunc temporis existente sibi assignauimus, ita quod facto cum eodem compoto dictam pecuniam ipsum Marcellum Comitem fratri suo persoluisse inuenimus, dilecto et fideli nostro Nana procuratori et prouisori equorum nostrorum pro suis fidelibus seruicijs ab ipso nobis tam in Regno quam extra Regnum, et maxime in Ruchia sub quodam castro nomine Ytoslov summa strenuitate, summo sollicitudinis opere laudabiliter exhibitis, sibi et per eum suis heredibus ac heredum successoribus iure perpetuo contulimus possidendam, et in possessionem ipsius terre per fidelem pristaldum nostrum Marcum de Gvvg auctoritate Regia ipsum fecimus introduci. Vt igitur hec a nobis liberalitate Regia facta donacio nullis umquam temporibus possit retractari; sed salua semper et inconcussa permaneat, in argumentum donacionis a nobis facte et amplioris fidei certitudinem, presentem concessimus paginam priuilegiantis sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum per manus Reuerendi Vgulini Colocensis Archiepiscopi et aule nostre Cancellarij, anno Dominice Incarnacionis M°CC°XXX°III°. Venerabili Roberto Strigoniensi Archiepiscopo existente; Cletho Agriensi, Gregorio Geuriensi, Briccio Wachiensi, Bartholomeo Wesprimiensi, Stephano Zagrabiensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Reynaldo Transiluano, Benedicto Waradiensi Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Dyonisio Comite Palatino, Demetrio aule nostre Curie Comite et Bachiensi, Nicolao filio Borch Supruniensi, Ladizlao Musuniensi, Petro fratre Marcelli Nitriensi, Teodoro Noui Castri, Stephano Bychoriensi, Mychaele filio Opud Albensi, Abraam Ferrey Castri Comitibus; Nicolao Magistre Tarnicorum (igy) et Comite Posoniensi, Mauricio Dapiferorum, Mychaele filio

Apa Agasonum, Bagyn Pincernarum Magistris, et alijs quam pluribus Comitatus tenentibus; Regni nostri anno tricesimo.

(Eredetie bőrhártyán, a budai kir. kamarai levéltárban.)

177.

II. Endre királynak sószállítási szabadalma a pannonhalmi apátság számára. 1233.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Andreas secundus Dei gracia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Seruie, Rame, Lodomerie Rex, uiris religiosis . . . Abbati et Conuentuj Monasterij Sancti Martinj de Sacro Monte Pannonie, et eorum successoribus in perpetuum. Per presens scriptum cunctis nunc et in posterum facimus manifestum, quod inclite recordationis dominus Bela pater noster misericordie pronocatus affectu, tres naues saliferas liberas contulit ad sustentationem fratrum ibidem Deo seruientium; ea uidelicet libertate priuilegiatas, ut ab ipso salisfodine loco usque ad iam dictum montem Pannonie, tam per aquam quam per terram nemo de salibus in illis tribus nauibus delatis tributum exigere, vel aliqua alia dampnifica exactione audeat eos impedire; et nos postmodum, quorum interest non solum paterne hereditatis, sed etiam esse Christianitatis heredes, eandem helemosinam a patre nostro collatam eidem Monasterio sub eodem libertatis tenore perpetuo confirmauimus. Et quia in ipso loco salisfodine p:edictum Monasterium Beati Martinj minus libere consueuerat predictos sales accipere, et a salifodinarijs vel aliis super ipsis salibus multimodis exactionibus fatigari, eo quod libertas ipsa Monasterio uestro concessa in priuilegio patris nostrj minus plenarie erat expressa : de nostra largitione eidem Monasterio expressiorem concessimus libertatem : vt predicte naues Sancti Martinj per omnia eam

libertatem habeant, quam Bistricnsis et Orodiensis Ecclesiarum naues habuerunt. Quam collationem et libertatem a patre nostro et a nobis Monasterio uestro concessam nunc et in futurum ratam habemus, et ex certa scientia confirmamus; promittentes per nos nostrosque successores ea omnia obseruare, que superius sunt expressa, et in priuilegijs uestris similiter continentur. Et iuxta compositionem, que inter dominum Jacobum Electum Prenestinum Apostolice Sedis Legatum ex una parte, et nos ex altera prouide intercessit, hanc damus uobis et uestris successoribus libertatem, vt de predictis salibus ad usus uestros teneatis tantum, quantum Prelatus uester in anima sua dixerit salinarijs nostris; ceteri vero uel pars ipsorum, cum uobis fuerint persoluti, libere et absque ulla contradictione et tributo in domo uestra sub sigillo salinariorum nostrorum et Prelati uestri, qui pro tempore fuerit, deponantur, depositique seruentur usque ad octauas Sancti Stephani Regis. Et tunc ab illa die usque ad Natiuitatem Beate Uirginis Marie faciemus uobis solui argentum pro salibus, quos tunc apud nos habetis, pro quolibet timino salium aquaticorum octo marcas. Et si in illo termino nos aut salinarii nostri sales ipsos non emeremus, et uobis et Ecclesie uestre argentum secundum extimationem predictam non solueremus: extunc omni tempore omnes illos sales libere in proprium usum Ecclesie uestre percipiatis, et uendatis iuxta uestre arbitrium uoluntatis. Et omne lucrum, quod deberemus nos uel alius Rex, qui pro tempore fuerit, uel ipsi salinarij inde percipere, totaliter cedat in usus Ecclesie uestre, nec a salinarijs ipsis ueteribus uel nouis, aut alijs personis permittemus uos modo aliquo molestari, nec nos ipsi molestabimus; quin possitis, quicquid uobis placuerit, facere semper de salibus ipsis, ex quo in dicto termino non fuerit uobis pecunia persoluta. Idem dicimus de secundo termino, uidelicet quod a festo Beatj Nicolai usque ad festum Beatj Thome Apostoli pro salibus, quos in domo uestra apud uos habebitis, sub sigillo salinariorum et Prelati uestri, faciemus uobis solui argentum secundum extimationem superius annotatam. Quod si factum non fuerit, uolumus quod idem fiat, quod in casu superiori de salibus primi terminj dictum est. Argentum uero, quod uobis faciemus persolui, erit in bonis frixaticis, uel in argento, cuius

decima pars cumburetur. Ut autem hec nostre confirmationis et concessionis et libertatis pagina robur perpetue obtineat firmitatis, contra quam scienter non ueniemus, nec contra alia priuilegia Monasterio uestro a nobis aut predecessoribus nostris indulta, Regio sigillo eam uolumus communirj; statuentes, ne nos, aut nostrorum aliquis successorum, uel aliquis alius contra ea quicquam audeat attemptare, uel ei ausu temerario contraire. Datum per manus Reuerendi Vgulinj Colocensis Archiepiscopi et aule Regie Cancellarij anno Dominice Incarnationis M°CC°XXXIII° indictione VI. kalendis Octobris. Venerabili Roberto Strigoniensi Archiepiscopo existente; Cleto Agriensi, Gregorio Jauriensi, Brictio Waciensi, Bartholomeo Wesprimiensi, Stephano Zagrabriensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Renaldo Ultrasiluano, Bulchi Cenadiensi et Benedicto Waradiensi Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Dionisio Comite Palatino, Demetrio aule nostre Curiali Comite et Bachiensi, Nicolao filio Bors Supruniensi, Latisslao Mussuniensi, Petro fratre Marcelli Nitriensi, Stephano Bichoriensi Comitibus; Nicholao Magistro Tawarnicorum et Comite Posoniensi, Mauricio Dapiferorum, Michaele Agasonum, Bagin Pincernarum Magistris; et alijs quam pluribus Comitatus tenentibus; Regni nostri anno tricesimo.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett; a budai országos levéltárban, V. ö. a Győri Történelmi és Régészeti Füzetek II. kötetét 1862. 291. l.)

178.

II. Endre király helybenhagyja azon feltételeket, melyek alatt az esztergami káptalan a fellázadt, és e miatt királyi parancs folytán kiűzött szebelébi lakosokat ismét visszafogadta. 1233.

A B C D

Andreas Dei gracia Rex Hungarie omnibus presens scriptum inspecturis salutem et omne bonum. Vniuersitatj vestre notum fieri volumus, quod cum hospites Teothonicj in villa Zebehleb commorantes pro eo, quod multas iniurias et dampna plurima fratribus Ecclesie Strigoniensis intulerant, et eis rebelles extiterant, et per Judicium nostrum, et de mandato nostro fuissent expulsi de iure et eiectj de villa prenominata, que cum omnibus siluis et alijs pertinencijs suis ad dictos fratres noscitur pertinere; tandem dicti fratres motj misericordia dictos hospites Teothonicos receperunt in villa memorata, tali condicione et composicione inter partes ordinata et firmata : promiserunt dicti Teothonici prestito iuramento, quod nec facto nec consilio uenient contra fratres Ecclesie memorate; sed ei fideles erunt in omnibus; et si quis ullo tempore uellet super dicta villa contra dictam Ecclesiam mouere questionem, ipsi pro posse suo Ecclesiam et Canonicos adiuuabunt. Et ad hec omnia obseruanda se sub talj pena obligarunt : quod si hanc composicionem infregerint, omnia bona ipsorum tam mobilia quam immobilia, tam presencia scilicet quam futura, ad Ecclesiam sepedictam sine aliqua contradiccione et excepcione deuoluantur; et super hoc omnj excepcionj et omny iurj renunciarunt. Porro pro unoquoque aratro soluent dictj hospites annuatim dimidiam marcam argentj, et cuilibet aratro debent centum et decem iugera assignari cum eadem mensura, qua proxima villa, scilicet Lengen, solet suos agros mensurare. Fontem eciam uel riuulum causa habitandi uel agros colendi non transibunt. Item predictos Canonicos uel eorum procuratores, quocies-

cumque ad ipsos accedent, benigne excipient, et eos honeste procurabunt. Si vero siluam extirpauerint et fecerint terram arabilem, similiter sicut de reliqua terra pro quolibet aratro soluent fratribus dimidiam marcam, sicut prius est expressum. Si quis hospitum domum habuerit, terram autem arabilem non habeat, soluat fratribus tria pondera annuatim; et omnes iste pensiones in festo Sanctj Martinj debent soluj. Preterea dictj populi, si eis placuerit, Teothonicum habeant sacerdotem, qui a Teothonicis morantibus ultra fontem recipiat decimas et oblaciones; ab aliis vero, si qui sunt uel erunt citra fontem, siue sint Hungari, siue Sclauj seu Teothonicj, percipiat quartam quarte decimarum; et annuatim in festo Sanctj Martinj Capitulo Strigoniensj vnam marcam et dimidiam argentj, et Cantori Strigoniensi vnam marcam argentj soluere teneatur. Preterea prefatj hospites sibi eligant uillicum, qui causas ipsorum discuciat et iudicet. Et si qua causa grauior emerserit, que maiorem requirat judicem; discuciat eam vna cum aliquo de Canonicis, quem fratres miserint ad hoc faciendum; et de iudicio huius cause, quam sine procuratore Capituli non poterint iudicare, ipse habeat dimidiam partem, et Capitulum alteram dimidiam. Sed in ceteris causis minoribus totum iudicium percipiat idem Judex. Naturalem cursum riuulj nullus possit uel debeat immutare. Nos igitur dictam composicionem approbantes, ad peticionem utriusque partis, que propter hoc ad nos accessit, et omnia premissa coram nobis protestata est et confessa, in testimonium huius rei presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas; decisas per alfabetum, quarum unum par fratres habeant Strigonienses, aliud vero par Teothonici uille pretaxate. Anno Verbi Incarnati M°CC°XXXIII°, Regni autem nostri tricesimo.

(Az eredeti után Knauz Nándor Magyar Sion II. köt. 373. l.)

179.

Az egri káptalannak bizonyságlevele, hogy Miskolcz nemzetségbeli Mikó Maly nevü birtokát, mely előbb már el volt zálogosítva, véglegesen eladta Phile mesternek és Farkas comesnek. 1233.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis uniuersum Agriensis Ecclesie deuotum Capitulum salutem et omne bonum. Cunctis quibus expedierit innotescat, quod accedens ad nostram presenciam Micou filius Nicolay de genere Miscouz nobis retulit uiua uoce : quod cum ipse quandam terram suam hereditariam nomine Maly, quam Magistro Phile de genere eodem Miscoz, et Farcasio Comiti de Potoht usque ad certum tempus pro IX marcis sub tali condicione inpignorasset : quod si illam adueniente termino redimere non posset ab eis, secundum communem extimacionem sine contradiccione cuiuslibet eidem uendere teneretur. Vnde cum non solum in termino assignato, uerum eciam post terminum uno integro anno redimere non posset, apposite condicionis racione cogente tres partes dicte terre Maly Magistro Phile et Thome, et fratri eiusdem pro LX et VII marcis, quartam uero partem Farcasio Comiti de Potoht pro decem et nouem marcis nullo contradicente tam cognatorum quam aliorum conterminalium suorum uendidit, libere et pacifice in perpetuum possidendam; summam eciam predicte pecunie idem Micou se asseruit coram nobis integraliter recepisse ab eisdem. Vt autem huius rei series nunquam processu temporum ualeat in irritum reuocari, sed robur obtineat perpetuum, peticionibus utriusque partis condescentes, presentem super hoc concessimus communi fratrum nostrorum consensu; istis presentibus: Vrbano Cantore, Gregorio, Siluestro, Benedicto Archidiaconis, Germano Uicecustode, et alijs multis; anno Gracie M·CC·XXX·IIII·. Regnante glorioso Andrea Rege Hungarie; venerabili Roberto Strigoniensi, Vgrino Colocensi Archiepi-

scopis existentibus; Domino nostro Cleto Agriensi Ecclesie Episcopo feliciter presidente.

(Eredetie börhártyán, melyről a pecsét sárga-vörös selyemzsinóron függ; a budai kir. kamarai levéltárban.)

180.

II. Endre királynak Saagh helységet tárgyazó adománya a pannonhalmi apátság számára. 1234.

Nos Comes Nicolaus de Zeech Judex Curie Serenissimi Principis domini Lodouici Dei gracia Incliti Regis Hungarie stb. quod Gregorius dictus Woryu filius Petri de Meger personaliter iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum prorogatoriarum in octauis festi Beati Georgij martiris ad nostram judiciariam veniendo presenciam contra religiosum virum dominum Seffridum Abbatem Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie in figura nostri Judicij proposuit eo modo: quod ipse dominus Seffridus Abbas quandam particulam terre arabilis Saagteluk vocatam in Comitatu Jauriensi existentem inter villas Saag domine relicte quondam Magistri Deseu Rufi et Kysfolw vocatas Abbatis Sancti Martini de Sacro Monte Pannonia sitam et existentem, eidem per Regiam Maiestatem collatam occupando detineat, cuius occupacionis et detencionis racionem scire vellet ab eodem stb. Quibus auditis et perceptis Magister Stephanus Litteratus pro eodem domino Seffrido Abbate cum procuratorijs litteris eiusdem exurgendo respondit tali modo: quod ipsa particula terre, quam ipse Gregorius ab ipso domino Rege cum fratribus suis sub hoc nomine Saaghteluk nomine terre Regalis impetrasset, et suam fore diceret, non Saagteluk, sed Saagh vocaretur; et ipsa terra Saagh eidem Monasterio Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie vigorosorum instrumentorum titulis ab antiquo

pertinuisset, et nunc neret stb. Et ibidem ac in instanti in suorum verborum corroboracionem quasdam duas litteras priuilegiales, vnam Serinissimi Principis domini Andree Dei gracia olym Illustris Regis Hungarie felicis recordacionis anno Dominice Incarnacionis M°CC° tricesimo quarto, litteras Sanctissimi Patris domini Gregorij Pape Noni transcribentes atque Regiam liberalitatem confirmantes stb., nobis presentauit. In quarum vnius, scilicet ipsius domini Andree Regis littere priuilegialis continencia inter cetera quandam possessionem Saagh vocatam inter alias possessiones eidem Monasterio Sancti Martini concessione Pontificum, largicione Regum, et Principum oblacione pertinentes per ipsum dominum Gregorium Papam authoritate Sedis Apostolice, demum que per eundem dominum Andream Regem Regie liberalitatis potestate confirmatam et perpetuo stabilitam fuisse adinuenimus manifeste stb. Datum in Wissegrad vigesimo die cetauarum Beati Georgij martiris predictarum anno Domini millesimo CCC° quinquagesimo sexto.

(Eredetie bőrhártyán a pannonhalmi főapátság levéltárában.)

181.

II. Endre király megengedi a szelepcsényi királyi szolgáknak, hogy a Garam melletti sz. Benedeki egyház jobbágyai közé soroztathassanak. 1234.

Andreas Dei gracia Rex Hungarie omnibus presentes litteras inspecturis salutem et omne bonum. Cum ordo racionis expostulet, et Regie dignitatis incumbat officio, congruas sibi subditorum exaudire postulaciones, et exauditas iuxta postulancium affectum effectui mancipare: omnium presencium ac futurorum noticie harum insinuacione volumus expli-

care, quod cum homines de villa Zelepchen, Mylos et Monch, Vizabor, Bod, Michael, Legk, Blasius, Theda, Dominicus et Andreas, a primis sue parentele lineis libertate nostrorum seruiencium feliciter gaudentes, ad nostram accessissent presenciam, nobis suam exposuerunt voluntatem; quod ipsorum plena esset voluntas et promptus afectus, voto pari cum omnibus suis heredibus, heredumque suorum successoribus, consorcio jobagionum Ecclesie nostre de Grana jungi, dignanter eorum officium exercendum. Vnde idem Nostre Maiestati humiliter suplicantes, a nobis vnanimiter postularunt, vt ipsorum voluntatem pariter et affectum iuxta peticionis sue formam ad desideratum duceremus effectum. Nos igitur eorum congruis postulacionibus fauore annuentes beniuole, auctoritate Regia duximus statuendum, et deliberacione prouida ordinandum: quod tam ipsi, quam ipsorum heredes, heredumque suorum successores illo libertatis muniantur titulo, quo ceteri jobagiones a pijssimis antecessoribus nostris Ecclesiarum officio deputati sunt benigne muniti. Verum tamen si contingeret eosdem successionibus heredum omnino carere; terra ipsorum nichilominus ad ius perpetuum Ecclesie prememorate deuoluatur. Metarum autem terre illorum assignaciones, sicut ab ore dilecti et fidelis nostri Comitis Alecsandri (igy) didicimus, presentis scripti patrocinio censuimus annotandas. Prima itaque meta incipit ex parte ville Nyweg nominate iuxta quamdam multitudinem arborum, que wlgariter *Moys Gaya* nuncupatur; et iuxta eandem *Moys Gaya* tendens contiguant terre Guenden, vbi sunt monticuli metarum de terra factarum; inde vero vadit iuxta vnum *erezthwen* per longum, in termino cuius descendit ad quandam cauernam, que wlgo *poklos uerem* nominatur; deinde autem tendens in prato per nemus quoddam transit vltra fluuium Zytua supra terram arabilem; et inde transiens per medium arborum fructiferarum, vadit vsque fluuium Hecha; et transiens per eundem fluuium vadit ad campum iuxta terram memorati Genden in longum; inde vero ad vnum *ereztuen;* deinde descendit ad flumen Terenche, cuius fluminis medietas pertinet ad homines eorundem, altera vero medietas spectat ad ius ville Hymd; inde autem iuxta idem flumen tendit superius ad villam Ecclesie supradicte, que

eciam Zelepchen vocitatur, et ibi terminatur. Vt igitur huius constitucionis ordinacionisque series, a nobis racionabiliter facta, inuiolabiliter inposterum obseruetur, et nostris seu nostrorum successorum temporibus a nullo vmquam hominum omnino queat infirmari, presenti eam paginam in argumentum veritatis et robor perpetue firmitatis conscripta fecimus annotari et duplicis sigilli nostri munimine roborari. Datum anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo tricesimo quarto.

(A zoborhegyi konventnek 1364-ki átiratából Knauz Nándor Magyar Sion II. köt. 376. l.)

182.

II. Endre király megerősíti László országbírónak egy ekényi Jenőben levő földet tárgyazó ítéletlevelét az esztergami egyház számára. 1234.

Andreas Dei gracia Hungarie Rex omnibus Christi fidelibus, quibus presens scriptum patuerit, salutem in Domino. Ad vniuersorum tam modernorum quam posterorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire; quod cum jobagiones Castri de Zonuc, et ciues Castri eiusdem terram quandam ad usum unius aratri in uilla Yneu ab Ecclesia Sancti Adalberti de Strigonio requirerent; causa hec coram Comite Ladizlao Judice Curie nostre taliter fuit decisa, et litteris eiusdem testimonialibus roborata; secundum quod eciam ab eodem oretenus audivimus. Tenor litterarum talis:

Nos Ladizlaus Judex Aule Regie stb. (következik László országbírónak 1234-ki itéletlevele, mint alább 186. szám alatt).

Vt igitur huius cause decisio semper salua et inconcussa permaneat, nec a quoquam processu temporis in irritum possit reuocari; ad maiorem cautelam presentem conces-

simus paginam duplicis sigilli munimine roboratam. Datum anno Dominice Incarnacionis M°CC°XXX°IIII°, Regni nostri anno XXX° primo.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 375. l.; — Az Esztergami Főkáptalan Okmánytára, Pest 1871. 19. l.)

183.

Kálmán galicziai király és szlavoniai herczegnek bizonyságlevele, hogy a topuskai apátság, s Rata és három fia, egyenetlenségeikre nézve barátságosan egyezkedtek. 1234.

Nos C(olomanus) Dei gracia Rex et Dux tocius Sclauonie. Notum facimus universis presens scriptum inspecturis, quod querela et discordia, que vertebatur inter Abbatem et Conventum Toplice ex una parte, et Rata et omnes filios suos, ita pacificata est: quod Rata cum tribus filiis suis, videlicet Gamaticia, Martin et Isanj promiserunt sub sacramento, quod Domui Toplice et jobagionibus suis de cetero non nocerent, et quod Domui Toplice amodo essent fideles, et de omnibus retroactis querelis, tam de terris quam de rebus aliis pax omnino esset inter eos, nec aliquid possent invicem reppetere vel reclamare. Et Rata cum filiis suis tenetur reddere literas Bani, quas dicebant habere contra tres iobagiones, videlicet Custue, Wicol et Scelaue, nec aliquid amplius reclamabunt occasione huiusmodi facti contra ipsos vel contra aliquem ad Ecclesiam Toplice pertinentem. Et si forte inter Abbatem et Ratam et omnes filios suos, vel iobagiones utriusque partis aliquid occurreret vel reclamaretur, ipsi communi assensu tres bonos viros, videlicet Preceptorem Gorre, Comitem Rabonis et Judicem de Perna in arbitros elegerunt, quod inter ipsos iudicarent et corrigerent corrigenda. Et hec est forma pacis, que in Zagrabia facta est. De iniuriis sive

furtis seu spoliacionibus, nec non et homicidiis vel aliis malis post suprascriptam pacem factam, omnia que aperta et cognita sunt ab utraque parte penitus reddantur, vel precium, et si qua sunt que non possint inter dictas duas partes sedari, per iudicium trium supradictorum virorum, penitus cessante contradiccione aliqua, secundum racionem iusticie finiantur. Qui autem a supradicta convencione resiliret, mihi solveret centum pensas. Actum anno Gracie MCCXXXIV. mense Septembri.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 74. l.)

184.

IX. Gergely pápa a pannonhalmi apátság és Demeter lovag közt a német-ujvári monostor tárgyábani egyenetlenségek iránt intézkedik. 1234.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus . . . Vesprimiensi et . . . Nitriensi Episcopis, et dilecto filio . . . Abbati de Pilis Cisterciensis Ordinis Vesprimiensis Diocesis salutem et Apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum . . . Abbatis et Conuentus Monasterij Sancti Martini fuit propositum coram nobis, quod cum ipsi Demetrium militem Vesprimiensis Diocesis super Monasterio Sancte Marie de monte Quizin cum pertinencijs suis ad ipsos spectante, quod idem D. detinet occupatum, post uarias commissiones ad diuersos Judices impetratas coram dilecto filio E. Subdiacono et Capellano nostro tunc in Vngaria existente auctoritate Apostolica traxissent in causam; idem Capellanus propter illius contumaciam excommunicauit eundem, et fecit excommunicatum publice nunciari, eamque per . . . Abbatem Sancti Gothardi et suos collegas mandauit usque ad condignam satisfactionem inuiolabiliter obseruari. Set dictus D. ea

contempta in ipsa iam perstitit contumaciter per sex annos, prefatum monasterium per uiolentiam detinendo. Vnde ijdem Abbas et Conuentus nobis humiliter supplicarunt, ut congruum super hoc adhibere remedium dignaremur; cum crescente contumacia pena debeat augmentari. Quocirca Discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatinus si est ita, eandem sententiam diebus dominicis et festiuis solempniter publicantes, seruari eam usque ad satisfactionem congruam, sicut rationabiliter est prolata, sublato appellationis obstaculo faciatis; aduocato, si necesse fuerit, contra eum auxilio brachij — — — — secularis in hoc negotio processuri, quod predicti Abbas et Conuentus pro uersutia — — — — ad nos recitare non cogantur, et nos — — — — — commendari de diligentia quam de negligencia redarguere debeatis — — — — fuerant vocati, si se gratia odio uel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellatione cessante cogatis u — — — — — perhibere. Quod si non omnes hijs exequendis poteritis interesse, duo vestrum — — — exequantur. Datum Perusij XIIII. kalendas Aprilis Pontificatus nostri anno octauo.

(Eredetie bőrhártyán a pápának lenzsinóron függő ólompecsétje alatt; a budai országos levéltárban.)

185.

IX. Gergely pápának bizonyos tizedek jogára vonatkozó biró kiküldése a krakkói püspök és az esztergami szent-mártoni egyház préposztja közt. 1234.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs . . . Priori de Sulio et . . . Archidiacono de Opel Wratislauiensis, et . . . — — Gueznensis Diocesis et Godfrido Canonico Wratislauiensi salutem et Apostolicam benedictionem.

Venerabilis frater noster Cracouiensis Episcopus nobis exposuit conquerendo, quod Prepositus Ecclesie Sancti Martini Strigoniensis, et quidam alij Strigonionsis Diocesis super Ecclesia Sancte Marie, et quidusdam alijs Ecclesijs ad Ecclesiam suam pleno iure spectantibus decimis et rebus alijs iniuriantur eidem. Ideoque discretioni uestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis audiatis causam, et appellatione remota fine debito terminetis; facientes, quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, qui fuerint uocati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante cogetis ueritati testimonium perhibere. Quodsi non omnes hys exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nihilominus exequantur. Datum Perusij VII. Idus Januarij, Pontificatus nostri anno octauo.

(Eredetie bőrhártyán pápai ólombulla alatt, a krakkói káptalan levéltárában.)

186.

László országbirónak egy ekényi, Jenőben levő földet tárgyazó itéletlevele a szolnoki várjobbágyok és polgárok, s az esztergami egyház közt. 1234.

Nos Ladislaus Judex Aule Regie et Comes Bachiensis significamus omnibus tam presentibus quam futuris quibus presentes littere ostense fuerint: quod cum jobagiones Castri de Zonuc unacum ciuibus eiusdem Castri terram unius aratri in uilla Yneu ab Ecclesia Strigoniensi de Sancto Adalberto coram nobis requirerent; quidam Canonicus Ambrosius nomine, et Feud ministerialis eiusdem Ecclesie e contrario responderunt dicentes: eam terram ex tempore antiquo dicte Ecclesie semper fuisse, sub pace et quiete, absque contradiccione

qualibet eandem possedisse. Nos uero partibus hinc et hinc auditis, et de uerbo ad uerbum inter se altercantibus, cum nostris collateralibus ordine intelleximus iudiciario : quod si supranominatus A. Canonicus cum memorato F. sacramentum prestare presumpmerent, dictam terram Ecclesia Strigoniensis obtineret. Quod et fecerunt in nostra capella, ut mos est et consuetudo. Et sic terra sepe nominata cessit in ius Ecclesie prememorate perpetuo possidenda, aduersa parte confusa et conuicta remanente; Imardo filio Simun de uilla Seureg pristaldo Regis existente. Vt igitur huius cause decisio rata et stabilis semper perseueret, nec unquam malicia hominum crescente in irritum calumpniose ualeat reuocari, presentem cartam sigilli nostri impressione in noticiam deduci posterorum concessimus roboratam anno Gracie M°CC°XXX°IIII°. Datum per manus Stephani Magistri nostri Cancellarij.

(II. Endre királynak 1234-ki megerősítő okmányából, mint fentebb 182. sz. alatt.)

187.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Illés és Simon testvérek János viadornak szolgálatait bizonyos birtokadománynyal jutalmazták. 1234.

Capitulum Zagrabiensis Ecclesie vniuersis tam posteris quam presentibus, ad quos presens pagina peruenerit, salutem in Domino. Ad omnium deferimus agnicionem, quod Elias, et Symon frater eius, filij scilicet Petri, Johanni duellatori filio Rados, quia pro ipsis personam suam periculo duelli exposuerat, in premium huiusmodi laboris quandam terram nomine Budindol, quam olim pater iam dicti duellatoris patri ipsorum vendiderat, libere et iure perpetuo reddiderunt possidendam; nihil sibi de adherencijs eiusdem terre retinentes.

Preterea quandam partem terre illi terminatam sepe dictus duellator ab ipsis precio comparauit. Et super vtroque facto nostrum inuocans testimonium, prefatos uiros nostra statuit in persona. Quorum pari confessione nos predicte rei seriem agnoscentes, hominem nostrum, qui in uicinorum consciencia predictas terras certis metarum differencijs circumscriberet, destinauimus. Prima igitur meta est apud quendam riuulum qui dicitur Melnicha; quem riuulum transit uia, a cuius ripa una est malus, ab altera arbor que Hungarice dicitur *egurfa;* cum eadem uia procedens uersus orientem uenit ad quendam montem, ibique predicta uia iungitur cum alia, et ibidem sunt due mete terree; inde declinans uersus aquilonem uenit ad montem Jazouine, ibique sunt due mete terree, et prima meta usque huc uicina est terra Guerdine filij Ladise et fratrum eius; post latus ipsius montis tendens uersus orientem uenit ad riuulum Ribnic, apud quem riuulum est fons et due mete terree; inde uersus orientem uenit ad montem, ibique sunt due mete terree, in quibus est quercus; inde descendens uenit ad uallem, in qua ualle proceditur ad Crapinam, et usque huc a monte qui Jazouina dicitur, uicina est terra Turde Comitis; inde secus Crapinam uenit ad locum, ubi riuulus, qui riuulus Riutna dicitur, iungitur cum Crapina, et usque huc ultra Crapinam uicinatur terra Elie et Cosme; et cum ipsa Crapina uenit ad molendinum Domozlay, ibique ultra Crapinam accedit terra Hraschine; inde cum quodam riuulo uersus occidentem uenit ad montem, et ibi pirus est pro meta; inde uenit ad caput riuulj qui Ribine dicitur, et cum eodem riuulo uenit ad Melnicham, a Crapina autem usque ad Melnicham uicina est terra Johannis supradicti et fratrum suorum; inde iuxta Melnicham uersus aquilonem protenditur ad primam metam. Hoc eciam sciendum, quod super utraque terra fideiussoriam caucionem prestiterit Jacou filius Martini, Hrane filius de Ragos. Et nos ad peticionem utriusque partis testimonium de predictis perhibemus duobus litterarum paribus per ordinem alfabeti signatis et per medium diuisis, factum dedimus annotari, ut ex litterarum conferencia rei probacio possit reperiri. Datum anno M°CC°XXX°IIII° existente Secundo Stephano Zagrabiensi Episcopo, domino Matthya Preposito, Magistro Pongracio Archidiacono et Cantore,

Magistro Johanne Lectore, Cornelio Decano, Gregorio Custode.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét sárga-vörös selyemzsinóron függ; a főmélt. herczeg Batthyány család levéltárában.)

188.

II. Endre király tudósítja Domokos mestert és bírótársait, hogy Miklós comes Ivánkának fia betegségének folytán elöttök meg nem jelenhet. 1205—1235.

(Ifj. Kubinyi Ferencz, Magyar Történelmi Emlékek I. köt. Pest 1867, 12. lap.)

189.

István zágrábi püspök Podgoria helységet tárgyazó adománya az ottani káptalan számára. 1235.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 75. l.)

190.

István zágrábi püspök eladja Pongrácz, az ottani káptalan éneklő kanonokjának Crogh helységet. 1235.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis 75. l.)

191.

Domokos mester és bírótársai a Miklós comes és ellenfelei közt fennforgó ügynek elintézését királyi meghagyás következtében későbbre halasztják. 1205—1235.

(Ifj. Kubinyi Ferencz, Magyar Történelmi Emlékek I. köt. Pest 1867 12. lap.)

192.

Kach soproni főispánnak bizonyságlevele, hogy Buda soproni várjobbágy bizonyos fekvő birtokot tárgyazó peréről a borsmonostrai apátság érdekében barátságos úton lemondott. 1235.

Nos Dei gracia Kach Comes Suprvniensis notificamus tam presentibus quam futuris : quomodo Buda jobadio Castri Supruniensis de uilla eiusdem, cum suis cognatis citauit mo-

nachos de Monte Sancte Marie in nostram presenciam, et cum eis litigauit pro terra Bayke, et molendino, et domibus eiusdem Baike, et omni cultura supradicte terre; taliter, quod dicta terra per Baike Ecclesie donari non posset. Nos autem intelleximus, ut eam ipsam cum pugilibus terminarent. Inde uero item de illa pacem fecerunt, et terram cum suis pertinencijs, pro qua litigabant, Buda cum suis ceteris cognatis Ecclesie dicte dimisit tali modo, ut si deinceps lis de terra illa per Budam uel suos cognatos oriretur, litigare non posset, nisi B — — — pecuniam soluerent, quam terra dicte Ecclesie ualeret. Similiter si Abbas de ea causa litem moueret, simili iudicio remaneret. Et ne — — inposterum posset uiolari, sigilli nostri munimine roborauimus, anno gracie M°CC°XXX°V°.

(Eredetie bőrhártyán, melynek pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

193.

Brebiri Gergely spalatoi és sebenicoi gróf békességet fogad Raguza városnak. 1235. körül.

Illustri et magnifico viro militi et domino Johanni Dandulo, strenuo Comiti, Judicibus et universo consilio Ragusine Civitatis G(regorius) Spalatensis ac Sibinicensis Comes, Judices et Consiliarii cum universo populo eiusdem Civitatis tanquam amicis et karissimis cognatis salutem et amoris vinculum insolubile permanere. Cum altisime societatis et amicitie fedus inter nos sit antiquitus dante Domino stabilitum, omnino videtur congruum et consonum rationi, ut idem sit in iustis negotiis exercendis voluntatis affectus. Quia, ut ait sapiens, idem velle atque idem nolle ea demum firma amicitia est. Nec decet aurem cordis avertere, si aliqua hutilia vel

gratuita quandoque gessimus erga vos, sicut vestra discretio melius poterit agnoscere. Quum memores estis credimus de guerra, que inter nos erat quidem et Comitem Petrum, quem nichil de rebus vestris pene nos habere voluimus, immo diximus et notum vobis fecimus, ut omnia quecunque vestra, que erant in insulis et in eius districtu, salva essent apud nos. Quia inimico nostro prenominato Comite Petro in omnibus, quodcumque potuimus offendere, nulli parcamus absque rebus vestris. Et si aliquis de nostratibus ignoranter fecerunt, et de rebus vestris acceperunt, statim omnia integre ad vos rediderunt. Sed vos in eodem modo ea, que nobis a vestratibus sunt ablata, reddi fecistis. De hoc quod queritis res vestri inimici Regis, quod cotidie vos . insidiat, multum gaudemus, si resistere sibi poteritis. Propterea ad benignitatem vestram dominum Johannem Judicem cum eodem domino Cazetta, cui sunt res ablate, mittam rogans, quod eas benigne recipientes his, que dixerint, fidem adhibeatis. Noscat igitur vestra prudentia, quod si preces nostras exaudiveritis in hac parte, vestras admittemus tempore oportuno.

Kivül: Domino Johanni Dandulo, Comiti, Judicibus et Consiliariis.

(Eredetie bőrhártyán a bécsi császári titkos levéltárban.)

194.

Raguzai statutum a fényüzés ellen. 1235.

Anno Incarnacionis Domini millesimo ducentesimo trigesimo quinto, mensis Aprilis tertio decimo die intrante. In Consilio Parvo et Magno more solito per campanam coadunato, et ordinata Curia cum sonitu compane in publico foro a Petro de Bellislava Vicecomite Ragusij, et a Judicibus et Consiliarijs de Parvo et Magno Consilio, et a Populo Ragusij sta-

tutum et laudatum est multis vicibus : Ut a modo in antea nullus dare debeat alicui mulieri plus quam ducentos perperos nomine parchivij, et non debet dare nisi tantum decem pensas auri pro ornamento capitis, aurium et manuum; et hoc in auro, vel argento, vel perlis, secundum voluntatem suam, non computatis fazeolis et zepeis. Alia autem ornamenta de auro, argento et perlis tam a desponsatis deponatur. Sponsa vero possit indui more nobilis domine secundum consuetudinem Civitatis Ragusij, que talis est consuetudo : Clamis de sciarlato, pellis de fuinis cooperta de viridi, vel de bruno, dipleis vel zuppa de zendato, vel de oramito, clamis de saja, pellicia de leporinis et ancilla. Que consuetudo nullatenus debeat multiplicari, sed minorari possit, qui voluerit. Zepeque, que facte sunt, maneant, et possint eis uti qui habeant; sed a modo antea aliquis vel aliqua non faciat vel fieri faciat, vel apportari aliunde faciat zepequa, que sit deaurata, vel que habeat telam de zeta. Eo die quo nupta vadit ad domum viri, celebrantur nuptiae tantum, et non pluribus diebus; sive vadat die dominico sive alio die.

Item panis melatus, qui fiebat, amplius fieri non debeat. Et bocha non debeat portari post sponsam, et oxerium gallinarum, vel ovariorum, vel annatrorum. Donaria que loco mandilorum faciebant, qui non habebant mandelia, cessari hactenus debeant. Et donaria que faciebant sponsus et sponsa discalciantibus, non debeant amplius fieri. Et torta que fiebat, fieri non debeat. Et sponsus eo die quo nupcie fiunt, de eo, quod mittebatur, sicuti de castratto, nihil debeat mittere sponse; vel sponsa sponso. Et eo die, quo sponsa vadit ad domum viri, coronetur et ornetur, secundum voluntatem suam; et sic possit manere per octo dies et non plus.

Item consueverat sponsus tenere duos socios per totam hebdomadam, et sponsa eodem modo duas socias; quod non faciant, nisi per tres dies, vel ad plus quatuor.

Item consuevit ire sponsa ad sanctam ecclesiam, et facere ibi expensas; quod amplius non fiat.

Item in annulo sponse non ponatur pasta levata, nec ruta; nec cum vadit ad domum viri detur ei enez ad manducandum, et in pectore viri non ponatur pasta vel ruta amplius.

Item gelleta plena aqua, et cathedra ferrea, et pellis montanea hactenus fieri non debeant.

Et orphane, vel orphana que non habet fratres, cum omni possessione sua nubat, sicuti voluerit. Et mulier vidua cum omni dote sua, et cum omni eo, quod dedit ei vir defunctus, nubat. Et si habeat patrem, vel matrem, vel fratres, nihil amplius detur ei, quam prius habeat. Et quicumque vult accipere vel dare uxorem extra civitatem, vel alio modo matrimonium contrahere, non teneatur ad predicta; sed faciat ad melius quod posset.

Omnis autem persona teneatur observare et nihil frangere de his, que inventa sunt de facto matrimonij per sacramentum quod fecit. Et quicunque contra predicta fecerit, sit periurus et incidat in excommunicacionem, que facta est per dominum Arengerium Archiepiscopum; et Abbates Dessam de Lacromono, et Johannem de Meleta, et Georgium de Sancto Jacobo de Visogniza; et per quosdam monachos eorundem Abbatum; et per Canonicos Sancte Marie, videlicet per presbyterum Patronam filium Teodori, et Diaconum Mattheum filium Theophile; et per clericos Marinum filium Sabatini, et Stantium filium Simeonis; et per presbyterum Paschalem filium Petri; et presentibus Fratribus Minoribus, fratre Xisto tunc temporis in Dalmacia Fratrum Minorum Ministro, et fratre Andrea Diacono, qui sunt de Venecijs, et fratre Johanne qui fuit de Episcopatu Brixie, scilicet de Minizno; et in conspectu virorum et mulierum in maiori ecclesia Sancte Marie. Et insuper nulla veritas in eo credatur temporaliter; et nullam sentenciam dare possit in aliquo loco, nec de suis negocijs aliquam racionem habere possit in curia Civitatis Ragusij, vel alterius Civitatis. Nec alicui carte, quam habet pro aliquo facto, credatur; sed sit inanis et cassa, et si aliquod ab eo petatur, credatur petenti, et non ei, qui contra hoc faceret.

Et quicumque daret alicui mulieri plus quam superius dictum est nomine parchivij, post obitum viri nec ipsa, nec parentes, nec propinqui, nec amici eius petere possint plus quam dictum est, scilicet ducentum perperos et decem pensas auri.

Similiter incidat in excommunicacionem et prefatam

penam tam qui accipit, quam qui dat; et missite, qui contra hoc ierint, teneatur hac sentencia tam vir quam mulier. Hec autem excommunicacio, et temporalis sentencia, et cetera supra dicta durent et valeant usque ad viginti novem annos, et non possint mutari Consilio Parvo vel Magno, nec per Judices, nec per sonitum compane, nec per publicam Curiam, vel alio quocunque modo usque ad predictum tempus sive terminum, scilicet viginti novem annorum.

(Farlati Illyricum Sacrum VI. köt. 96. l.)

195.

Raguza város községe barátságos fogadtatást igér Rimini olaszhoni város lakosainak. 1235.

Anno Incarnationis Domini millesimo ducentesimo tricesimo quinto, mensis Augusti die primo, indictione octava. Temporibus domini Gregorii Pape et domini Frederici Imperatoris. In Civitate Ragusii, in publico foro eiusdem Civitatis, more solito ordinata Curia cum sonitu campane. Nos quidem Theodorus Cresii et Petrus Ballislave, Vicecomites Ragusii, cum Consiliariis de Parvo et Magno Consilio et cum consensu et voluntate et laudatione populi Ragusini nostris dilectis amicis, omnibus personis Civitatis Rimanensis et Comitatus Civitatis eiusdem damus parabolam et plenam fidantiam veniendi cum habere et personis in nostram Civitatem et Districtum, et redeundi ad eorum voluntatem, vestris civibus vestrique Districtus, amorem et honorem vestri vestrorumque civium, servitium conferentes pariter et honorem, salvis statis et bannis nostre Civitatis. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit.

Ad hec omnia testes hii sunt. Ego Johannes Bogdani, Juratus Judex Ragusii, testis. Ego Velcius Johannis Bladi

miri, Juratus Judex Ragusii, testis. Ego Binzola Robatie, Juratus Judex Ragusii, testis. Ego Andreas Ballislave, Juratus Judex Ragusii, testis et missus Civitatis Ragusii, qui inter utrasque civitates in omnibus his interfui.

Ego Petrus Pascalis Zonvs, Notarius Juratus Civitatis Ragusii, presens ad hec omnia interfui, et de voluntate et mandato et laudatione predictorum Vicecomitum et Consiliariorum et Judicum et congregatorum ad Consilium et ad Curiam testis sum, propriaque manu complevi et roboravi, solitoque proprio signo signavi, et sigillo Communis Civitatis Ragusii communivi.

(Eredetie bőrhártyán, a bécsi császári titkos levéltárban.)

196.

Kálmán Almissa város fönöke és ugyanazon város községe békességet fogad Raguza városnak. 1235.

In Christi nomine. Anno Domini millesimo CCXXXV. mensis Martii XVII. die. Ego Colomanus Comes Dalmisii una cum meis consanguineis et parentibus et cum toto Communi Dalmisii iuro ad Sacra Dei Evangelia in presentia domini Petri Balislave Vicecomitis et domini Bubanne et aliorum plurimorum nobilium Raguseorum, qui tunc temporis in Dalmisio fuerunt cum lignis suis, tenere et observare firmam pacem et perpetuam cum Civitate Ragusii, in antiqua consuetudine salvare et custodire omnes Raguseos in habere et personis sine fraude et malo ingenio.

Hii sunt iurati: Ego Comes Colomanus, Pribislavus, Calimmanus, Osor, Negoslaus, Strieslaus, Nicolaus Chodimiri, Nicolaus Belcit, Bela de Volcoe, Radoslaus de Stepco, Jesda cum fratre, Rados de Bocdanit, Prodanus de Dracano, Dragoslaus Spue, Bratoslaus cum fratre, Radovan de Obrat, Vel-

coslav de Miroslav, Tupsa de Mauro, Negoslav, Bratoslav de Belize, Rados Lizerta, Dragotin, Bosdarius de Poclat, Gerdavez, Russota, Merzota, Velcan, Charnerut Charnisa, Cernota, Milos Zaptit, Dragan Desimir, Levez, Predimir, Vitco, Chranisa, Marco Dragochna, Mlados, Rados, Gostissa, Crasan, Predimir, Ludemir, Alexi, Zarabatan, Radoslav, Marmus, Oblegan, Desco, Strance, Bellos, Obrat, Millos Arcer, Dobrona, Velichna, Radinez, Brarona, Bella, Bernecha, Budislav, Velce, Damian, Dragan, Serben, Lubomir, Martin Seraver, Preven, Desimir, Volcmir, Bastart, Ambrosi, Stregona, Vellis, Recinna, Nicola de Bel, Gnevota, Bellen, Desirat.

(Eredetie bőrhártyán, a bécsi császári titkos levéltárban.)

197.

Ravenna város elöljárósága barátságos fogadtatást igér Raguza város lakosainak. 1235. körül.

Thadeus, Urbini et Montisfeltri Comes et nunc Ravenne et Cervie Potestas, cum eiusdem Civitatis Consilio et Communi, dilecto et speciali amico Johanni Dandulo, Comiti de Ragusia, et hominibus eiusdem terre salutem cum amoris perpetui firmitate. Quoniam per honorabilem et dilectum civem vestrum dominum de Balisclava auctoritate sua et etiam per litteras amicicie vestre intelleximus, quod securitatem eundi et redeundi per nostram forciam et Districtum per vos et vestros cives habere volebatis, et illud de nobis et nostris civibus facere volebatis per vestram forciam et Districtum, quod nobis videtur iustum et consentaneum racioni [: unde super his habito nostre Civitatis Consilio Sapientum, sic vobis ad presens duximus amicabiliter respondendum, quod vobis et hominibus vestre Jurisdictionis ad presens hinc ad diem Sancti Andree proximum eundi et redeundi et standi per nostram forciam

et Districtum ab hominibus vestre Civitatis et Districtus plenam securitatem instamus; nec miremini, quod vobis etiam prefiximus super his, qua dilectus civis vester honorabilis . . . erat ad hoc nuncius constitutus, ut vobis et hominibus vestre Civitatis posset eandem securitatem prebere seu facere secundum quod nobis et nostris sapientibus et consuetudines et iura nostre Civitatis exspedire videbatur. Unde si predicta vultis, quod ab illo termino in antea debeant obtinere propriam firmitatem, constituatis super his unum nuncium, sindicum et actorem nomine vestri Communis, secundum formam, quam vobis in scriptis per eundem . . . vestrum dirigimus portitorem, quem valde habere debetis commendatum, quia per eundem non stetit, quando omnia predicta non essent effectui demandata ad honorem vestre persone et omnium vestre terre, nisi quod non poterat fieri sicut ordo iuris postulat et requirit.

(Eredetie bőrhártyán, a bécsi császári titkos levéltárban.)

198.

Iván lovag hagyománya a borsmonostori apátság számára. 1205—1235.

Vniuersis Christi fidelibus innotescat, quod ego Iwan miles dominj Regis et domini Archiepiscopi Colocensis totum predium meum in manus dominj mej Archiepiscopi Colocensis ad defendendum uxorj mee et puerjs meis post obitum meum ordinaui; in predio quod uocatur Jorynburg dimidios redditus; in Gerolt dimidios redditus; in Luceman dimidios redditus; preterea duo molendina, in uno molendino IIII rote, quarum una rota criseum pannum pilat, in altero due rote, et due que criseum pannum pilant; et VIIII vineas in Luzeman, que soluunt cybriones; preterea III vineas in Luzeman, quas ego ipse excolui; in Jorjnburc II vineas et duo prata; preterea I seruum in Jorunbruc cum duobus pueris

filium et filiam; filius vero Wid cum patre — — — pueris meis seruiant; filia autem libera permaneat; et III equos, cum quibus uxor mea et puerj mej terre me commendent, et e(lemosyn)as pro anima mea largiantur. Preterea disposui de predio meo fratribus Dominici Bani in Monte Sancte Marie tria allodia integra — — — — unum quod possidet Weygman, secundum quod tenent Eberweyn et Wergart, tercium quod tenent Hyrsman et Hipesner; et I vineam u — — — sepulturam mihi apud ipsos ordinauj. Horum omnium testes sunt fratres supradicti loci de Monte Sancte Marie; et filiastres mei duo, scilicet Rinolt et Laurencius; et consobrinj mej duo Willerm et Walbrun; et jobaiones domini Regis Scomor, Buce, Forcas et Carolus, Jacobus et Hartuicus, Zoyc; et Prepositus Ercules de Ferreo Castro; Nycolaus et Thomas; preterea sacerdotes isti Paulus, Jacobus, Cosda, Dans, Hainricus, Marcwardus, Andreas et Haynricus. Si quis autem supra dicta uiolauerit, et elemosinam, quod in Monte Sancte Marie contulj pro remedio anime mee, defraudauerit, cum in nouissimis coram Deo et omnibus Sanctis eius ad examinandum steterimus, ipsum uelud inimicum manifeste acusabo.

A B C D E F G H I K L M N

(Eredetie bőrhártyán, melyről két ép pecsét hártyazsinegen függ; a budai országos levéltárban.)

199.

Mochunának végrendelete. 1205—1235.

Ego Mochuna, longe infirmitatis oppressus dispendio, et sciens diem mortis imminere, disposui res meas secundum modulum facultatis mee in hac forma: Monasteriis Sancti Benedicti in uilla Busic iuxta Situa octo boues, et duos seruos scilicet Marcum cum filio suo, et terram ad impressionem duo-

rum aratrorum, insuper uero unum porcum cum octo porcellis, bouem et capram. Preterea terra, que est in Geurud, duas partes matri mee et sorori mee, terciam uero partem fratribus nostris. In predicto Geurud matri mee duos seruos Heunc et Sumbot; sorori mee duos Chvrc, Hucc. Predium uero Curteg commune dimitto fratribus nostris prenominatis. Insuper istos — — — Cleche, Moroucha, Huhque cum tribus filiis, Deda cum fratre, Pet cum fratre suo, Fot cum fratre et c um omnibus suis possessionibus. Ne unus — — — impetre ut ex ipsis.

A B C D

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 289. l.)

200.

IV. Béla király a dézsvári vendégek (hospites) részére atyja II. András által adott kiváltságokat megerősítve újra kiadja. 1236.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Lodomerie, Bulgarie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedentes ad nostram presenciam villicus et hospites nostri de Deeswar, humili prece a nobis postularunt, vt libertatem eorum ab Andrea karissimo patre nostro, felicis recordacionis, eisdem concessam nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quamobrem proprium est Regie Maiestati condescendere precibus subditorum, vt numerus augeatur populorum, et per hoc Regia potencia lacius extendatur; ob hoc precibus condescendentes eorum, hanc libertatem inuiolabilem decreuimus eisdem condonare : vt a iudicio et iurisdiccione Comitum de Zounuk pro tempore constitutorum, et

iobagionum Castri, penitus sint exempti, nec in eadem villa descensum habere ualeant, uel possint; sed in Castro, videlicet in loco Castrensi (conde)scendant, et commorentur. Omnia siquidem iudicia in eadem villa exorta, et causas usque metas terre eorum actas (et) habitas, vt latrocinia, furta, homicidia, truncaciones corporum, et alia iudicia, in quibus bella, amputa(ciones c)apitum et truncaciones manuum accidentaliter orirentur, ac omnia iudicia minuta, villicus ipsorum et iudic(es possint) et debeant determinabiliter iudicare, in ipsa libertate qua hospites nostri de Zoloch, et de Zathmar. Preterea in officijs nostris Comitibus Camere nostre concessis, ad usum seruicij nobis exhibendi, ijdem hospites nostri tot et (ta)ntos sales deferre, quot et quantos hospites de Deesakana déferunt, liberam habeant facultatem, ex potencia Comitum C(amere) nostre antedictorum, habita nostra auctoritate. Hoc adiecto, quod terciam partem salium nostrorum, in portu Regio iux(ta) fluuium Zomus descendencium, per eundem fluuium deferre teneantur. Nec hoc pretermittentes, quod in prima via vernali primo et principaliter in vno kurb uulgariter uocato, sales nostros deferant nauibus suis cumulatis in aqua prenotata. Adicimus eciam, quod de tributo Wyouadatus Comitatus de Zounuk, ac Comitum Camere nostre prenotate, tam in terra, quam in aqua, medium tributum dare teneantur, et administrare. Ita scilicet, prout hec omnia in litteris Andree patris nostri karissimi, bone memorie, uidimus plene et plenius contineri. Vt igitur ipsa libertas eisdem hospitibus nostris data et condonata, temporis precessu non maneat in concussa, nec per quempiam possit uiolari, presentes duplici sigilli nostri munimine uoluimus confirmare. Datum per manus Smaragdi Prepositi Albensis Ecclesie dilecti et fidelis nostre Aule Vicecancellarij, anno ab Incarnacionis (így) domini nostri Jehsu Christi millesimo ducentesimo tricesimo sexto, in Insula Erch.

(Eredetie Dézs város levéltárában; közli Szabó Károly.)

201.

IV. Béla király megerősíti a pannonhalmi apátságot Almás helység birtokában. 1236.

Nos Comes Stephanus Bubek Judex Curie Serenissimi Principis domini Lodouici Dei gracia Incliti Regis Hungarie stb. quod frater Paulus Ordinis Sancti Benedicti pro religioso viro domino fratre Seffrido Abbate Ecclesie Sancti Martini de Sacro Monte Pannonia stb. in octauis festi Beati Regis Stephani in anno proxime transacto preteritis in figura nostri Judicij comparendo contra Magistrum Hanchonem de Nezmil litteras Capituli Ecclesie Strigoniensis stb. asserens accionem predicti domini Abbatis litteris explicari in eisdem, nobis presentasset, inter cetera declarantes : quod cum ipsum Capitulum Strigoniense Regijs mandatis eis litteratorie iniunctis obedire cupiens, vna cum Magistro Stephano Prothonotario nostro, homine Regio ad infrascripta facienda specialiter transmisso, discretum virum Magistrum Gregorium socium et concanonicum eorum hominem ipsorum ad reambulandas metas possessionis Almas vocate in Comitatu Comaromiensi existentis transmisisset; tandem ijdem ad ipsum Capitulum reuersi stb. reculissent, quod cum ipsi feria sexta proxima post festum Beati Dominici confessoris proxime tunc preterito, presente Magistro Francisco physico et procuratore Regali in faciem possessionis Almas stb. accessissent, frater Paulus procurator domini Abbatis predicti eis quoddam registrum presentasset, quo quidem registro viso ipsi iuxta seriem eiusdem registri, et ostensionem fratris Pauli taliter processissent : quod primo iuxta Danubium, non longe a fine insule quatuor metas reperissent stb. premissa omnia metis memoratis inclusa, preter quandam terre particulam per Marcum officialem Hanchonis inhibitam cum dimidietate Danubij vsque Zichwatw nullo contradictore apparente annectendo statuissent et reliquissent possessioni Almas prenotate; qui

quidem Magister Hancho contra predictum Abbatem ad octauas Beati Regis Stephani tunc venturi racionem contradiccionis sue redditurus indilate in Regiam Presenciam euocatus extitisset stb. Exhibiciones litterarum inter partes prenotatas iuxta continenciam aliarum litterarum nostrarum prorogatoriarum ad octauas festi Epiphanie Domine extiterant prorogate. Ipsis itaque octauis festi Epiphanie Domini adherentibus prefatus frater Paulus pro prescripto domino Seffrido Abbate Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie stb. ab vna, item Petrus de Torna pro prescripto Magistro Hanchone de Nezmil stb. coram nobis constitutis; predictus frater Paulus quasdam litteras priuilegiales domini Bele Quarti, Secundi Andree Regis filij, olim Regis Hungarie sub anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto, sexto nonas Marcij confectas, tenorem litterarum priuilegialium Serenissimi Principis Sanctissimi Regis Ladislai sine anno emanatarum de verbo ad verbum transumtiue in se continentes et confirmantes nobis demonstrarat. In cuius quidem priuilegij Primi Regis Ladislai multa predia et alia iura dicti Monasterij declarantis tenore inter cetera hanc clausulam videramus contineri: »Vndecimum predium est quod vocatur Alma :.« Mete autem dicti predij Almas in eodem priuilegio non continebantur stb. stb. Datum in Wissegrad vigesimo secundo die octauarum festi Beati Jacobi Apostoli anno Domini millesimo CCC°LX° quarto.

(Eredetie bőrhártyán, a pannonhalmi főapátság levéltárában. V. ö. Okmánytárunk I. köt. 361. l. és VII. köt. 9. l.)

202.

IV. Béla király megerősíti a nyúlszigeti apáczazárdát Sóskút helység birtokában. 1236. körül.

Nos B. Dei gracia Rex Vngarie damus pro memoria, quod terra Sovskuth nominata, quam relicta Magistri Nana de uoluntate filij sui Nana Ecclesie Sancte Marie de Insula contulit cum omnibus municionibus et priuilegijs, quibus dictus Magister Nana ex inclite recordacionis patris nostri collacione possedit, nec Demetrio, nec cuiquam alij dedimus, sed nec damus; ymo eandem auctoritate presencium Ecclesie Beate Virginis, cui collata est, confirmamus, et iure perpetuo conferimus possidendam. Vnde in signum maioris certitudinis presentes anuli nostri sigillo fecimus communiri. Datum in Insula Beate Virginis feria quarta ante Dominicam Ramas Palmarum.

(A budai káptalannak egykorú átiratából, a budai kir. kamarai levéltárban, mint alább 218. sz. a.)

203.

Az egyházi kegyúri jog gyakorlása szent Leo templomára nézve a traui püspöki megyében egy 1111-ki alapítványnak alapján. 1236.

— — — — — — — — — — — — — — — — —

— — — — — — — — — — — — — — — — —

— — — — — — — — — — in qua Ecclesia Sancti Leonis

diutina controuersia inoleuerat, succendente concordia omnis — — — — — — tali fine sopita est. Episcopus igitur Tr. cum Clero conquestus est nobis, filios Ad — — — — Sancti Leonis Beato Laurencio, cui eam donauerat Biula uxor Vitalis, qui illam ec — — — — tenore, ut Beatus Laurencius eam possideret post obitum eius. Unde vtrosque vocauimus — — — lati statuto die se vobis pariter presentarent. Ubi presente Archipresule Crescencio stud — — — — — partis obieccionibus huiusmodi conueniencìam inter eos debere fieri definiuimus cum asse — — — usque partis; scilicet vt Episcopus et Clerus Beati Laurencij possideant perpetuo iure tres p — — — — Balanzana, et aliam in Scalavaria cum olivis, et terciam ad Sanctum Stephanum contra partem austri — — — — tem, quas predicte Ecclesie Sancti Leonis contulerat; filii autem Adaleni haberent solute — — — — illam, quam scilicet suus avus Vitalis fabricaverat; ita tamen, ut nullatenus ph — — — — — per manum Episcopi promiserunt eciam nobis firmiter filii Adaleni, quod de propria possessione rece — — — — — clesie aliam terram, que equivaleret terris illis, quas concesserunt Beato Laurencio Ha — — — — — daverunt concordiam Johannes Episcopus, et Abbas Damianus; clerici vero Mar — — — — — nis Diaconus, et Fuscus Judex Spalati, Gauzulo Scanacani filius, Dra — — — — — mesa Galine filius, Fuscus Pace filius, Duymus electus, Dabro Diaconus, Johannes Presbiter, Duymus Tule filius. Acta sunt hec in palacio Sancti Domnii coram Archiepiscopo Cr — — — — — anno ab Incarnacione Domini millesimo centesimo vndecimo, indiccione tercia, presidente in Romana Sede Papa Pascali secundo. Si quis hanc concordiam violauerit, iram Domini incurrat, ac anathematis vinculo subiaceat.

Verum postquam prefata Ecclesia per longa annorum spacia per manum Adaleni seu nepotum, pluribus clericis ad regendum collata fuisset; post obitum tandem Pauli Archipresbyteri Traguriensis, qui dictam Ecclesiam per manum nepotum Adaleni habuerat, Marinus clericus, Bodini nepotis Adaleni filius, ab eodem patre suo et ipsius propinquis domino Treguano Episcopo et Capitulo Traguriensi fuit ad eiusdem Ecclesie beneficium presentatus, et demum ab Episcopo et

Capitulo confirmatus. Suscepta igitur confirmacione, confestim verbo ad verbum rescribi fecit tenorem prefate concordie, que in vetusta pagina fere deleta scripta erat; terras eiusdem Ecclesie in presenti forma hoc ordine faciens annotari. Est autem in Balanzana terra trium uretenorum prope terram Dobre Maii; ad pontem eundo ad laculum est terra trium uretenorum prope; apud terram rufam est terra quatuor uretenorum; apud Loquize est terra octo uretenorum. Et ego Gausinna Primicerius rogatus a prefato Marino clerico presens instrumentum scripsi anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense Februarii.

(Farlati Illyricum Sacrum IV. köt. 324. l.)

204.

IX. Gergely pápa megerősíti a casinohegyi apátságot a Raxatai egyház birtokában, a raguzai érseki megyében. 1237.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs ... Abbati et Conuentui Monasterij Casinensis salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est, honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis et ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Quapropter, dilecti in Domino filij, vestris postulationibus grato occurrentes affectu, Ecclesiam Sancte Marie de Roxata Ragusinensis Diocesis, cum pertinentijs suis, quam ex concessione bone memorie R. Archiepiscopi Ragusini, Capituli sui, et quidem Sabini Patroni Ecclesie eiusdem accedente consensu proponitur vos adeptos, sicut eam iuste et pacifice possidetis, vobis, et per vos Monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptauerit,

indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani sexto idus Aprilis, Pontificatus nostri anno tertio decimo.

(Farlati, Illyricum Sacrum VI. köt. 101. l.)

205.

Dénes nádornak itéletlevele a pannonhalmi apátság és több szolgáló népei közt. 1237.

Nos Comes Nicolaus de Zeech Judex Curie Serenissimi Principis domini Lodouici Dei gracia Incliti Regis Hungarie stb. quod Gregorius dictus Woryu filius Petri de Meger personaliter iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum prorogatoriarum in octauis festi Beati Georgij martiris ad nostram judiciariam veniendo presenciam contra religiosum virum dominum Seffridum Abbatem Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie in figura nostri Judicij proposuit eo modo: quod ipse dominus Seffridus Abbas quandam particulam terre arabilis Saagteluk vocatam in Comitatu Jauriensi existentem inter villas Saag domine relicte quondam Magistri Desea Rufi et Kysfolw vocatas Abbatis Sancti Martini de Sacro Monte Pannonia sitam et existentem, eidem per Regiam Maiestatem collatam occupando detineat, cuius occupacionis et detencionis racionem scire vellet ab eodem stb. Quibus auditis et perceptis Magister Stephanus Litteratus pro eodem domino Seffrido Abbate cum procuratorijs litteris eiusdem exurgendo respondit tali modo: quod ipsa particula terre, quam ipse Gregorius ab ipso domino Rege cum fratribus suis sub hoc nomine Saaghteluk nomine terre Regalis impetrasset, et suam fore diceret, non Saagteluk, sed Saagh vocaretur; et ipsa terra Saagh eidem Monasterio Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie vigorosorum instrumentorum titulis ab antiquo

pertinuisset, et nunc pertineret stb. Et ibidem ac in instanti in suorum verborum corroboracionem quasdam duas litteras priuilegiales, vnam Serinissimi Principis domini Andree stb. (l. 180. sz. a.) et aliam Magnifici viri domini Dyonisij olym Palatini et Comitis de Zonuk anno Gracie M°CC° tricesimo septimo confectas nobis presentauit stb. In alterius, scilicet ipsius domini Dyonisij Palatini littere tenore seriose habebatur; quod cum quidam de populis Ecclesie Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie, sedecim videlicet mansiones cum filijs et cognatis eorum, quorum nomina essent hec : Votha cum filio Woch nomine, Pousa cum filijs, Nuhu cum filijs, Chepan, Martonus cum fratre suo nomine Grew et filijs, Chede cum fratre suo nomine Paulo, Zomboth, Chaba cum tribus fratribus, Benche cum filijs Ponta, Andrea, Vrsaw, et alij cognati eorum de villa Saagh se ab ipsa Ecclesia alienassent; dominus Wrias Abbas pater venerabilis prefate Ecclesie, accepto ab eodem Dyonisio Palatino pristaldo, ad eiusdem Dyonisij Palatini presenciam citasset proponendo contra eos, quod tam ipsimet quam terra eorum in jus cedere deberent prefate Ecclesie, et malicia concepta a jurisdiccione ipsius Ecclesie subtraxissent se, colla sua vltra jus et licitum erigentes. Ad hoc predicti homines respondissent : quod cum quondam essent liberi, et terra eorum libera a potestata eiusdem Ecclesie, se spontanea voluntate cum sua terra Ecclesie iam dicte subiugassent. Auditis ergo partis vtriusque allegacionibus idem Dyonisius Palatinus tale fecisset judicium : quod si officialis Ecclesie supradicte nomine Ibrahymus prestaret sacramentum, predicti homines in pristinum redigerentur officium. Cum ergo ad locum statutum predictus Ibrahymus in die assignato prestiturus iuramentum accessisset, prefati homines adstantes ipsum adiurari non permisissent, sicut eidem Dyonisio Palatino per relacionem sui pristaldi, et eorundum hominum assercionem constitisset euidenter. Nam coram ipso domino Palatino constituti vnanimiter proclamassent, tam suas personas, quam et terram, quam liberam esse asseruissent, jurisdiccioni prefate Ecclesie pertinere, et in hoc se penitus esse culpabiles, quod se a suo officio subtraxissent debito. Hys itaque taliter gestis, prefatos homines abrasis capitibus quorundam ex eis cum sua terra Ecclesie supradicte

sicut sui juris fuissent, in pristinum suum officium, quo primo annexi extitissent, idem dominus Palatinus per suum pristaldum Dyonisium de Toh de genere Rusd restitui fecisset, racionis simul et judicij regula deposcente stb. Datum in Wissegrad vigesimo die octauarum festi Beati Georgij martiris anno Domini millesimo CCC° quinquagesimo sexto.

(Eredetie börhártyán, a pannonhalmi föapátság levéltárában.)

206.

Chák nemzetségbeli Chák soproni föispánnak adománya a borsmonstrai apátság számára. 1237.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis notum fieri volo, quod ego Chak filius Gvg de genere Chak Comes Supruniensis Diuina miseracione compunctus, pro remedio anime mee per graciam Dei Omnipotentis Monasterium Ordinis Cysterciensium, quod quondam fuit Dominici Bani, nunc sub Principatu domini Bela Regis Vngarie et patronatu existens, suscepi ad edificandum tali condicione: quod si domino meo Rege annuente, et Domino Deo largiente, fratribus loci eiusdem consencientibus, post Regem, sub ipso jus Patronatus habere potuero, et dictum monasterium edificabo, unaque cum uxore et filijs eundem locum sepulture mee dedicabo in perpetuum; et quamdiv Comes Supruniensis ero, medietatem tributi in Fertow cum pertinencijs suis dicto loco confero. Quodsi de Suprunio recessero, ubicunque in Regno Comitatum habuero, annuatim centum marcas dare tenebor, et eciam inter filios meos sex septimum filium Ecclesiam predictam auctoritate paternali tanquam primogenitum constituam hereditate legitima, in hiis scilicet, que a progenitoribus meis possedi uel possideo, ea autem que cum labore meo a domino Rege uel ab aliis aquisita habeo, aut in futurum ha-

bere potuero, siue que comparauero, absque ulla contradiccione sepe dictc Ecclesie me plenarie daturum deuoueo. Dabo eciam unum seruum nomine Cratshen; ita ut nec filij post mortem meam, nec uxor, nec aliquis de cognatis meis ab Ecclesia ullomodo eumdem possit requirere, sed perpetua libertate seruiat loco sepulture mee pro salute anime sue et mee filiorumque meorum ac successorum, obediens per omnia domino Abbati ac fratribus, et sibi suus succedat filius. Quod si jure Patronatus potitus non fuero, nichilominus tamen peccuniam, quantamcunque, excepto Cratsen uel terris, in simplici argento, in equis, in ouibus, in bubus, et in omnibus mobilibus Ecclesia sepe dicta ex parte habuerit, nullo contradicente possidebit Omnipotenti Deo et genitrici eius in elemosinam oblatam; nec unquam aliquis nostrum ex predictis aliquid requirere ex ea poterit. Datum anno Domini millesimo CC°XXX°VII° Suprunii testibus quam pluribus rei veritatem scientibus.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét hártyaszinegen függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

207.

Dénes nádornak Oszeu Sz. György helységet tárgyazó itélete Csapó comes és Tibor mester közt. 1237. körül.

Nos Dyonisius Comes de Sounuc uniuersis quibus expedierit significamus, quod Comes Chopou ex una parte, Magister Tiburcius ex altera coram nobis constituti a nobis humiliter postularunt, quod partem terre, que dicitur Oxzeu Sengurg, quam eis contulimus, eis diuidi faceremus. Nos uero ad illorum peticionem misimus quosdam nobiles uiros probos hac fide dignos uice nostri ad diuidendam predictam terram, scilicet Dominicum de Ayca, Emricum filium Vgod, Michaelem

de Nemil, Petconem de Comarcha, Porag, Farcasium filium Tholimer. Qui ad nos redeuntes taliter diuisam metis terreis eleuatis et signis interpositis coram utraque parte nobis asseruerunt: Prima meta huius terre incipit a cadam ualle, que dicitur Zuhodol iuxta magnam uiam, ibi est arbor flexa, que dicitur *gertanfa*; inde uertitur uersus oriens in cerasum; inde procedit uersus meridiem per metas et signa ad magnam uiam; inde per uiam tendit aliquantulum, et relicta uia uertitur in dextrum; inde tendit uersus meridiem per campum per metas et signa in siluam; inde tendit per siluam per signa in arboribus, et uenit ad uiam; inde tendit per uiam aliquantulum, et relicta uia uertitur in sinistrum; inde tendit per signa in arboribus, et exit de silua, et tendit per campum per metas et signa, et descendit in riuulum Zuchodol; quem transiens ascendit montem, et ibi sunt mete; inde tendit per uerticem montis huius per metas, et descendit in magna ualle, ubi sunt piscine; inde tendit superius per uallem ad caput eiusdem uallis; inde tendit per siluam per signa in arboribus uersus meridiem, et uenit ad magnam viam, que uenit de Gorboyngeh in Casmicha; et ibi terminantur mete dicte terre, et terminantur terre Castri. Et sic dicta terra diuisa uersus occidens pertinet ad Magistrum Tiburcium, uersus uero oriens pertinet ad Comitem Chopou. Vt igitur hec particio sit stabilis perpetuo inter eos, et ne ulterius possit fieri super hac diuisione huius terre inter eos aliqua contencio, litteras sigillo nostro munitas eis contulimus reseruandas.

(Eredetie bőrhártyán, melyről az ibolyaszínű-sárga selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

208.

István zágrábi püspök csere fejében átengedi az ottani káptalannak Toplicza Varasd melletti helységet. 1237.

Stephanus Dei gracia Episcopus Zagrabiensis universis litteras presentes inspecturis salutem in Domino. Quum restituere usurpata ac nolle concupiscere aliena juris persvadet equitas et ordo approbat rationis: nos conquestionibus, peticionibus et precibus nostrorum fratrum Zagrabiensium sepius commoniti, et ad ultimum inclinati, considerantes diligencius et intelligentes plenius quedam iura ipsorum per predecessores et officiales nostros iniuste detenta esse, sicut nobis huius rei constitit certitudo ipsorum variis et validis probacionibus, tum ex privilegiis Regum tum ex confirmacionibus Pontificum Romanorum ab eis nobis exhibitis et ostensis, restituimus eis sua iura, cum iam illa sine periculo anime nostre possidere ulterius non possemus, nichil deperire utilitatibus arbitrantes ecclesiasticis, iuxta canonicas sanctiones, si qne sunt aliena redderentur, maxime cum omnia illa sine aliqua lesione iuris vel dignitatis episcopalis restitui potuerunt, immo quia de iure debuerunt. Inprimis itaque restituimus eis terram sive predium Toplicha integraliter, quod eis collatum fuerat ab antiquo, ad nos autem noviter pro quodam parvo concambio devolutum, in quo ultra dimidiam iusti precii se deceptos asserentes et pariter ostendentes, idem concambium nobis in continenti restituere curaverunt. Pro Vgra autem et Zelina, quia et ista duo predia eis restituenda erant, sicut ex privilegiis Regum et confirmacionibus Romanorum Pontificum Vrbani et Gregorii demonstrarunt, nobis autem valde necessaria erant, dedimus eis concambium, videlicet : predium quod vocatur Podgoria, cum omnibus suis decimis; et duas eciam insulas iuxta Sawam sitas, quas Buza et Albertus ex parte nostra possidebant ; item quum antecessor noster bone memorie, Stephanus

eisdem donaverat ducentos porcos et totidem cubulos vini, ad communem mensam fratrum annis singulis proventuros, donacionem illam volumus observare, et insuper eorumdem compacientes paupertati adiecimus tercentos cubulos vini, ut deinceps quingentos cubulos vini habeant omni anno. Quum vero alieni iuris fructus percepisse et detinuisse iniuste per officiales nostros peccatum quodammodo videbatur, racione fructuum perceptorum et iniuste taliter, ut diximus, detentorum, donavimus nostris fratribus terram Zagrabie ad quatuor aratra, que ad ius episcopale specialiter pertinebat, cum quatuor aratris et quatuor mansionibus servorum perpetuo possidendam, ad communem mensam fratrum, cum prius — — — — — — in communione non haberent, et nos ad hoc modis omnibus hanelamus et intendimus, quod et domum et curiam et mensam communem habeant et honestam. Quamobrem (et curiam) vicinam ecclesie ex parte septemtrionis cum piscina iuxta eandem existente, dedimus communitati eorum, cum eciam prius eorum fuerit a fundacione Ecclesie — — — — — — ibidem paranda hedificia ad communes usus fratrum promissione spontanea obligantes. Item decimas Zagrabienses sicut antecessores nostri possederant, dedimus plenarie(cum omnibus) minutis, agnis videlicet, melle et cera, linis, nucibus, fabis et omnibus quecunque solent decimari, retentis tantummodo ex illis nobis tribus milibus et quingentis cubulis vini et quingentis quinquaginta capeciis, et secentis gallinis. A decimacione autem ipsorum Vgram et Casnam excepimus, ad nostrum cellarium reservantes. Pecuniam eciam, quam decimatores Zagrabienses nostris ministerialibus persolvere consueverant, videlicet duas marcas et fertonem inter totum, quum ex nostra ordinacione hec consuetudo originem habuerat, remisimus penitus, amodo ne persolvant. Item, quum ad immunitatem Ecclesie et ad decorem Domus Domini et ad fratrum libertatem conservandam Deo teste intendimus omni modo, sicut et tenemur, concedimus et statuimus : ut dignitates Ecclesie Zagrabiensis Canonicis Chasmensibus per nos vel per nostros successores nullatenus conferantur. Item fratres nostri decedentes plenam habeant facultatem de rebus suis disponendi, si vero intestati decesserint, ad manus fratrum

plenarie, et totaliter devolvantur, nec nos vel successores nostri de ipsorum pecunia vel rebus quibuscumque aliquid possimus extorquere vel habere. Preterea super populos fratrum nostrorum descendendi potestatem non habemus, quum nec predecessores nostri super eos descenderunt, neque nos ulterius descendemus. Hec autem omnia idcirco studuimus ordinare, et dante Domino adordinanda studebimus ampliora, quum nichil de hiis provisum hactenus fuerat, hec neglecta erant penitus usque presens. Ut autem supradicta omnia iuste et pie per nos ordinata irrefragibilem et perpetuam habeant firmitatem, ad peticionem dicti Capituli presentem indulsimus paginam sigilli nostri munimine roboratam. Anno Incarnacionis Dominice MCCXXXVII. Pontificatus nostri anno decimo.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 76. l.)

209.

Miskolcz nemzetségbeli Bors comes intézkedik javairól a borsmonstrai apátság érdekében. 1237.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Bors Comes de genere Myskouch salutem in eo qui est salus omnium. Quomodo fragilitas humane condicionis a racionis tramite compellit quoslibet deuiare, deuiantes contagijs peccatorum sordescere: justicia est, ut dum circa finem uite egrotantes laboramus, criminis nostri maculas eleemosinarum largicione detergere debeamus. Relinquimus ergo Monasterio nostro quod uocatur Mons Sancte Marie, et eiusdem fratribus, predia scilicet Scobothkath, in quo collocauimus liberos jobagiones; alterum quod dicitur Lockath cum seruis, cum aratris, et cum libertinis, et cum equacia numero C et XX, et cum silua que nos contingit; item uillam Tousloth, et uillam

Hirrich cum omnibus suis pertinencijs; item uillam Pel cum aratris, cum seruis, et cum omnibus piscinis, et cum centum porcis, et cum omnibus suis pertinencijs. Et hec omnia, prius per licenciam illustris ac pij Regis Andree, et sigilli sui munimine roborata, condonaueramus post obitum nostrum prefate Ecclesie iure perpetuo possidenda. Item in confinio Tevtonie uillam magnam, que uocatur Heteser, cuius partem mediam a tempore parentum meorum Ecclesia possidebat, alteram uero partem secundum racionem commutacionis, sicut priuilegia Regum testantur, predicto loco et eisdem fratribus uoluntarie donauimus. Item nunc in extremis agentes superaddimus eisdem fratribus V predia iuxta aquam Soyov ad partem meridianam, cum molendino, cum seruis, cum libertinis, cum aratris, et cum alijs suis pertinencijs : prediorum autem nomina sunt hec : duo Wodna, Ywan, Hyrnovch et Karachenfolou; et partem tributi de ponte, qui est super aquam Soyov; et hec aqua currit intra Katam et predicta predia. Item terram quamdam in Strigonio, iuxta Sanctum Pavlum, cum seruo scilicet Cosma cum uxore et filijs. Item uillam Dobus et Pulany tali condicione, ut uendantur, et quod superat trecentas marcas, quas in diuersos usus distribuimus, fuerit residuum, in opus prefati Monasterij nostri expendatur. Et ut hec nostre donacionis (littere) inuiolabiliter iuxta consuetudinem antiquorum permaneant, sigilli nostri munimine roborauimus. Et quia nullus nobis superstes remansit filius, ivs Patronatus eiusdem Ecclesie Excellentissimo B(ele) Regi debito iure relinquimus. Testes autem qui fuerunt his sunt: Abbas de Topulka; Balascy de Kaza, et alij quam plures de eodem genere; Thomas Comes, et alij quam plures extranei. Anno Domini millesimo CC°XXX°VII°.

(Eredetie bőrhártyán, a budai kir. kamarai levéltárban.)

210.

IV. Béla királynak Szaul birtokát megerősítő okmánya. 1238.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comaniaque Rex omnibus Christi fidelibus presens criptum inspecturis, salutem in eo, qui est salus omnium. Ad vniuersorum presencium ac posterorum noticiam harum serie volumus peruenire; quod Saulus filius Johannis de Insula ad nostram accedens presenciam humiliter nobis et instanter supplicando flagitauit; vt cum idem super terre sue negocijs per judices terrarum in Comitatu Posoniensi per nos constitutos sepe et sepius fuisset molestatus, quam, vt dicebat, terram ab ipso ijdem judices in magna quantitate abstulerant, et Castro restituerant; terram quam sibi relinquendam duxerant, ne vlterius molestaretur pro eadem, nostris sibi litteris dignaremur confirmare. Nos vero solito benignitatis nostre fauore ipsius peticionem, que justiciam continebat, intendentes admittere, dilectis et fidelibus nostris, I. Preposito, et A. Comiti Posoniensi dedimus in mandatis diligenter; in sua fide, qua Deo et nobis tenentur, studerent intimare, quantum terre predicto S. esset relicta (igy) de sua et suorum conjudicum. consciencia. Qui nobis, licet singulariter in diuersis litteris, et sub suo quilibet sigillo nobis non incognito, sub eodem omnino tenore et serie verborum rescripserunt sub hac forma:

Reuerendo domino suo B. stb. (következik Endre pozsonyi főispánnak jelentése IV. Béla királyhoz, mint alább 213. sz. alatt.)

Littere quoque Prepositi memorati litteris Comitis memorati omnino concordabant.

Nos autem tenorem ipsarum litterarum diligenter acceptantes, terram S. prefati et fratrum eius litteris presentibus dupplici sigillo nostro roboratis tam sibi quam suorum (igy) heredibus et heredum successoribus duximus perpetuo confir-

mandam, silencium quibuslibet impeditoribus super hoc perpetuo imponendo. Datum in Zotmar anno gracie M°CC° tricesimo octauo, tercio kalendas Octobris, anno vero Regni nostri tercio.

(A győri káptalannak 1400. »in festo Beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum« »nobilis domina Barbara vocata relicta, et Sigismundus filius Alexandri de Gwrgetegh, Mathius filins Mathius, Jacobus filius Jacobi, Ladislaus filius Stephani de eadem Gwrgetegh, et Ladislaus filius Johannis de Kelethy« kérésére kiadatott átiratából; a budai kir. kamarai levéltárban.)

211.

Dénes nádornak több somogymegyei helység tizedét tárgyazó itéletlevele a pannonhalmi és a somogyvári szent-egyedi apátságok közt. 1238.

Dionisius Dei gracia Palatinus et Comes de Zounuk vniuersis presentes literas inspecturis salutem in Domino. Obliuionis subrepente caligine rerum memoria gestarum in tempore a mentibus euellitur humanis, nisi super his caute prouideatur viuaci litterarum commendando testimonio. Hinc est, quod ad uniuersorum noticiam presencium simul ac posterorum harum testimonio duximus perueniendum; quod cum venerabilis Abbas Vrias Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie, Abbatem et monachos Sancti Egidij de Symigio ad nostram citasset presenciam super decimis prediorum, orreorum, cellariorum, et populorum suorum, et parrochianorum Capelle Sancti Petri, et aliarum rerum, que ad Symigiense pertinent Monasterium, dicebat, quod cum decime predictorum omnium in ius et proprietatem sue Ecclesie deberent pertinere, ipsi Abbas et eius Conuentus contra iusticiam detinerent. Cuius Abbatis audita opposicione, Abbas et Conuentus de Symigio omnia predicta iura Ecclesie Sancti Martini per-

tinere non negabant. Cuius responsionem cum audiuissemus, subdidimus interrogantes, si formidine Abbatis antedicti perterritus, aut propter ignoranciam et ignauiam, vel forsan de ipso loco recessurus hoc faceret, nolens deffendere ius Ecclesie sue; quod nulla causarum predictarum hoc sic respondisse asserebat, sed quia iuri Ecclesie supradicte Sancti Martini omnia recognoscebat prenominata pervenire. Ipse eciam Abbas Sancti Martini adiungebat, super omnibus premissis se instrumenta habere tam iudicum a Sede Apostolica delegatorum, Jauriensis videlicet Episcopi, et Abbatum Waradiensis et de Beel; et insuper litteras ipsius Abbatis et Conuentus Sancti Egidii de Symigio; quas cum nobis presentari fecissemus, et perlegi presentatas, inuenimus sicut ipse Abbas Sancti Martini affirmabat, Abbate Sancti Egidii et Conuentu non contradicentibus contineri. Quarum tenor talis est:

Notum sit stb. (következik a római szék kiküldött bíráinak 1215-ki bizonyságlevele, mint fentebb 83. sz. a.)

Nos autem Dionisius Palatinus audita confessione Abbatis et Monachorum Sancti Egidii, inspectis instrumentis Ecclesie Sancti Martini supradictis, adiudicauimus, statuimus omnium decimaciones supradictorum iuri Ecclesie Sancti Martini in perpetuum possidendas. In cuius rei testimonium et perpetuam memoriam presentes litteras concessimus sigilli nostri patrocinio roboratas. Datum anno Domini M°CC°XXX°VIII°.

(A pannonhalmi főapátság levéltárában őrzött »Liber Ruber«-ből 60. lap.)

212.

Az egri káptalan Prebart comes nejének végrendeletét hiteles alakban kiállítja. 1238.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. kötet. Pest, 1871. 2. lap. Nagy Imre közleménye.)

213.

Endre pozsonyi föispánnak IV. Béla királyhoz intézett jelentése Szaul birtoka tárgyában. 1238.

Reuerendo domino suo B. Dei gracia Regi Hungarie illustri A. Comes Posoniensis — — — et debitam reuerenciam. Mandastis mihi, quod significarem vobis, que et quanta esset terra Sauli, que sibi et suis fratribus secundum justiciam remaneret. Significo igitur Dominacioni Vestre, quod terra dicti S. et fratrum eius incipit a superiori parte a Danubio, qui wlgo vocatur Korousduna; et ibidem prope diuiditur Danubius in duas partes, quarum pars vna descendit iuxta insulam quandam, secunda uero pars illius Danubij fluit per terram Sauli et fratrum suorum, qui scilicet Danubius vocatur Chilztw. Mete uero incipiunt iuxta predictum Danubium Korousduna; sed ex parte castrensium est vna antiqua meta, ex parte uero S. sunt due mete noue, quarum vna est Sauli, altera uero castrensium de uilla Mager; et ita alia metá tam castrensium quam Sauli diriguntur uersus ecclesiam Sancte Marie, ita quod ex inferiori parte infra ecclesiam et metas est terra ad longitudinem vnius iugeris,

t. ibidem sunt mete castrensium de villa Samud: et mete predicti S. diriguntur versus ecclesiam Sancti Georgij de Doborgoz, ita tamen quod populi Archyepiscopi Strigoniensis, et villa Thimothei existunt infra terram S. et castrensium de Samud; meta vero S. et castrensium de Dobrogoz ex parte superiori sunt uersus ecclesiam Sancti Georgij tam prope, quod infra metas et ecclesiam est terra in longitudine trium iugerum; et inde diriguntur mete ad aquam que vocatur Chilz; postea autem eadem aqua separat terram S. a terra castrensium de Dobrogoz, tamen mete S. et mete castrensium de Dobrogoz diriguntur iuxta eandem aquam usque ad illum locum, vbi prius fuit villa S. et fratrum suorum; et de loco illo mete S. diriguntur vsque Danubium qui vocatur Pranduna. De insula autem ambe partes confesse sunt iusticiam se habere secundum quod continetur in litteris Capituli Jauriensis.

(IV. Béla királynak ugyanazon évi megerősítő okmányából, mint fentebb 210. sz. a.)

214.

Az almissaiak esküsznek békességet Raguza városnak. 1238.

Anno Incarnacionis Domini millesimo ducentesimo tricessimo octavo, mensis Novembris vicessimo secundo die intrante. Ragusii in magno Consilio Ragusine Civitatis more solito per campanam congregato. In presentia domini Nycolay Tonisci, Comitis Ragusii. Isti nuncii Comitis Nycolay Dalmisii et aliorum Comitum et Communis Dalmisii, videlicet Judex Perinna, Beletinnus Velcannus Chranenic, qui pro se et pro predictis Comitibus Dalmisii, et nobilium et Communis Dalmisii, iuraverunt domino Comiti Ragusii et Communi Ragusine manutenere pacem et concordiam antiquam, quam olim habuimus, inviolabiliter reservari. Et qui Comites

et Commune Dalmisii venient personaliter vel mittent competentes nuntios ad Stammum ad stranecum facturi rationem et a nobis recepturi quintodecimo die post primum festum Sancti Gregorii. Preterea Camitus sagittee Chudlennus, et nauclerii et alii meliores et plures de ipsa sagittea per graciam, qua nos Comes Ragusii et Commune Ragusii dimisimus eos, iuraverunt firmam pacem et concordiam manutenere omnibus hominibus Ragusii usque ad dictum stanecum. Et si dictum stanecum non fuerit, predicta pax in perpetuum sit firma. Et pars, que ad dictum stanecum non venerit, perdat quod habet ad querendum, et alia pars non perdat suam rationem. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Binzola Bobatie, Grubessa Gundule, Gervasius Naymeri, Jurati Judices. Et ego Pascalis, et Communis Notarius Juratus, scriptor sum et testis.

(Eredetie bőrhártyán, a bécsi császári titkos levéltárban.)

215.

IV. Béla király birtokcserét hágy helyben Kálmán galicziai király és Drugan Baylethának fia közt. 1239.

Bela Dei gracia — — — — — — — — — — — — — — —
— —
salutem in — — — — — — — peruenire, quod carissimus frater noster Rex Colomanus et Dux tocius Sclauonie nobis significauit, quod cum terra Drugani filij Bayletha esset uicina cuidam predio suo nomine Werewche, considerata utilitate ipsius terre et uicinitate eandem sibi ad predium supradictum recipiens dicto Drugano pro concambio terre illius quandam terram castri Symigiensis nomine Toplicham in Garis certis metis distinctam fecisset assignari. Cuius terre mete, sicut in litteris eiusdem fratris nostri percepimus, in hunc modum

sunt notate: Quod prima meta terre Toplicha incipit in quodam monticulo, ubi est meta terrea; et inde descendit ad riuulum exeuntem de ipso monte nomine Crachemer ad partem meridionalem; et inde cadit ad fluuium nomine Mechanicha, qui eundo inferius cadit ad aquam nomine Toplicha, et per illam aquam eundo peruenit ad quandam semitam, et per illam semitam eundo aliquantulum reflectitur et uadit ad aquam nomine Soploncham, et ibi sunt due arbores assignate pro metis, quarum una Hungarie dicitur *hasfa*, et altera *gertianfa;* et per dictam aquam Soploncha vadit superius ad pontem Michael Bani; et de ponte eundo per pontem veterem exit ad planiciem; et de planicie eundo iuxta nemus, quod wlgo Cerich dicitur peruenit ad fluuium qui Cerusech pataca uocatur uersus aquilonem; et eundo iuxta dictum fluuium superius peruenit ad magnam uiam, et transyt aquam Toplicha; et transeundo aquam uadit iuxta eandem inferius, et peruenit ad quemdam fluuium, et per eundum peruenit ad caput ipsius fluuii, et supra caput fluuii est uia; et inde transeundo uiam vadit per nemus, et exit ad planiciem, ubi est meta de arbore que *tulfa* dicitur; et inde eundo per ipsam planiciem peruenit iterum ad fluuium Mechenicha de orientali parte; et iuxta aquam Mechenicha eundo peruenit ad locum, vbi unus fluuius cadit in aquam supradictam, et per dictum fluuium eundo ad caput ipsius fluuij peruenit ad montem prenominatum, ubi prima meta dicte terre fuit incepta, ibique terminatur. Nos igitur ipsam commutacionem ad peticionem sepedicti fratris nostri, ut perpetuam obtineat stabilitatem, et nullis vnquam temporibus valeat retractari, duximus confirmandam, et dupplicis sigilli nostri munimine roborandam. Datum anno ab Incarnatione Domini M°CC°XXX° nono VII° Idus Nouembris Regni nostri anno quinto.

(Nagy Lajos királynak 1363-ki helybenhagyó adományleveléből; a budai kir. kamarai levéltárban. V. ö. Okmánytárunk VII. köt. 74. l.)

216.

IV. Béla királynak parancsa a budai káptalanhoz, hogy Nánának Sóskút helységet tárgyazó adománylevelét átírja a nyúlszigeti apáczazárda számára. 1239. körül.

B. Dei gracia Rex Vngarie fideli suo Magistro A. Preposito Budensi salutem et graciam. Cum super terra Nana filij Nane, qui relicta (így) habitu seculari habitum Fratrum Predicatorum dicitur recepisse, Sovskuth uocata, inter officialem sororum Sancte Marie de Insula, et Demetrium filium Beztur, questio sit coram nobis, fidelitati tue mandamus precipiendo; quatenus inspectis priuilegijs parcium vicesimosecundo die festiuitatis Sancti Michaelis tenorem dictorum priuilegiorum de uerbo ad uerbum una cum Capitulo tuo rescribi facias seriatim, et transscriptum eorundem priuilegiorum sub sigillo tuo et Capituli tui ad octauas Epiphanie Domini, in quibus partes iterato comparere debent coram nobis, nobis transmittas. Datum prope monasterium Modocha in festo Mathey Apostoli.

(A budai káptalannak ugyanazon idei átiratából, mint alább a 218. sz. a.)

217.

Dénes nádor bizonyságlevele a Káta nemzetségből való Poneth és a szathmári vár csengeri várjobbágyai Mátyás és Miklós között azon két ekényi föld iránt kelt egyességről, mely földet Poneth az említett várjobbágyoktól négy márkáért megvett, de a várföldek visszafoglalásakor Szathmár várához visszaadott. 1239.

Dionisius Dei gracia Palatinus et Comes de Zounk vniuersis presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Notum facimus presentibus ac posteris, quod cum Poneth de genere Katha accepto homine nostro Gabriele de Tohh, Mathiam et Nicholaum de uilla Chenger iobagiones Castri de Zathmar, ad nostram citasset presenciam, super precio terre duorum aratrorum, quam emisse dicebat ab eis quatuor marcis, que fuerat in reuocacione terrarum Castro restituta, non comparuerunt semel et secundo, tandem in tercia citacione, nostra permissione, composuerunt in hunc modum, quibusdam uiris probis mediantibus, Bille videlicet, et Michaele fratre eiusdem, et Joanca Comite filio Turap: quod dicti Mathias et Nicholaus terram quandam duorum aratrorum, quam uendiderant pro dotalibus quibusdam extraneis, Pouse et Laurencio, quibus nulla affinitate spectabat emenda, requirerent ab eisdem emptoribus, ipso Poneth adiuuante; quam si recipere possent, Ponetho iam dicto tanquam affinitate coniuncto, secundum rectam estimacionem uenderent mediam partem ipsius terre, et Poneth supradictus precium supradicte terre pro qua citauerat et partem in duobus iudiciis, que ipsum contingebat, quibus remanserant in negleccione duorum terminorum, eisdem remitteret, pro bono pacis, et illi Nicholaus et Mathias superadderent Ponetho absque precio locum molendini et locum curie cum orto, secundum quod Pousa et Laurencius possidebant. Et si ipsam terram a Pousa et Laurencio recipere non possent, nichilominus darent Ponetho locum molendini cum

loco curie apto ad statum molendini, de suo iure proprio. Eo tamen confirmacionis et statuti vinculo, quod super loco molendini et loco curie per quemcumque ipsi Poneto aliqua incumberet controuersia, dicti N. et M. tenerentur eum ab omnibus impetitoribus expedire; et si qua parcium ab hac resiliret composicione, iudicio quatuor marcarum subiaceret. Rursus igitur Mathias prenominatus statutus coram nobis tam pro se quam pro fratre suo Nicholao asseruit dictam terram duorum aratrorum, super qua prius mencio fuerat, a Pousa et Laurencio requirere non potuisse, sed Ponetho reliquisse requirendam ordine judiciario et juris; pro precio uero terre, que a Poneto recepta Castro fuerat restituta, pro summa scilicet quatuor marcarum idem Mathias et N. statuisse dixerunt et dedisse Poneto locum molendini cum loco curie apto ad molendinum in superiori parte insule Mathie et Nicholai in angulacione fluuii Zomus, perpetuo possidendum, omni cessante contradiccione. Quem idem Poneth se retulit habere et ei fuisse statutum per nostrum Pristaldum Gabrielem, ipso Gabriele hoc idem affirmante. Et Ne per predictos Mathiam aut Nicholaum, seu alios aliquos, Ponetho aut eiusdem successoribus impeticio queat oriri, vel calumpnie scrupulum emergi, ad instanciam partis vtriusque presentes concessimus litteras sigillo nostro roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo nono.

(Eredetie bőrhártyán gróf Gyulai Lajos levéltárában. Keskeny bőrszalagon függő pecsétje körül töredezett; köriratából csak a DIONISII szó olvasható. — Számos lényeges hibával kiadva Fejérnél Cod. Dipl. IV. köt. 1. r. 167—169. l. Közli Szabó Károly.)

218.

A budai káptalan átírja II. Endre királynak Sóskút helységet tárgyazó adományát a nyúlszigeti apáczazárda számára. 1239. körül.

Excellentissimo domino suo et benefactori B. Dei gracia inclito Regi Vngarie Magister A. Prepositus Budensis et Capitulum eiusdem, sui fideles et deuoti capellani, inclinacionem et oracionum continuarum suffragia ad Deum pro ipso. Litteras uestre Excellencie recepimus sub hac forma:

B. Dei gracia Rex Vngarie stb. (következik IV. Béla királynak átiratási parancsa, mint fentebb 216. sz. a.)

Nos igitur mandatum uestrum, sicut tenemur, fideliter exsequi cupientes, priuilegium felicis recordacionis patris uestri Regis Andree per officialem sororum Sancte Marie de Insula nobis exibitum diligenter inspeximus, cuius tenor et continencia talis est:

In nomine stb. Andreas Dei gracia Vngarie stb. Rex stb. (következik II. Endre király 1233-ki adománylevele, mint fentebb 176. sz. a.)

Item officialis sororum Sancte Marie de Insula litteras uestras sub sigillo anuli uestri exhibuit nobis sub hac forma:

Nos B. Dei gracia Rex Vngarie stb. (következik IV. Béla királynak okmánya, mint fentebb 202. sz. a.)

Datum vicesimo secundo die festiuitatis Sancti Michaelis.

Kivül: Excellentissimo domino suo Illustri Regi Vngarie.

Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

219.

IV. Béla király megerősíti Endre pozsonyi főispánnak több pozsonyi várjobbágy és Karachai Remeg közti törvénykezési elintézését. 1240.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo qui est salus omnium. Ad wniuersorum tam modernorum quam futurorum harum serie noticiam volumus peruenire; quod Remeg de villa que uocatur Caracha nobis litteras dilecti ac fidelis nostri Andree Judicis Curie nostre et Comitis Posoniensis obtulit sub hac forma:

Andreas Comes de Poson stb. (következik Endre pozsonyi főispánnak itéletlevele, mint alább 222. sz. a.)

Nos igitur, ne id quod semel iudicio uel concordia est diffinitum in irritum ualeat reuocari, iudicium predicti Comitis Andree legitimum reputantes, presentem eciam paginam dupplicis sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum per manus Magistri Nicolay Diuina miseracione Prepositi Scybiniensis et aule nostre Vice Cancellarij. Actum anno Dominice Incarnacionis M°CC°XL°, decimo kalendas Maij Regni autem nostri anno qvinto.

(Eredetie bőrhártyán, a függő kettős pecsét elveszett; közli Dergi Somogyi Antal úr.)

220.

Kálmán galicziai király és szlavoniai herczegnek privilegiuma a petrinai vendégek számára. 1240.

Colomanus Dei gracia Rex Ruthenorum et Dux tocius Sclauonie omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in eo qui dat salutem Regibus. Cum de beneuolencia ac de predestinacione Summi Regis ad hoc sumus preordinati, ut singulis in iurisdiccione nostra constitutis simus secundum Apostolum in iusticia debitores; propensius et specialius hospitibus, qui nostrum sibi senserint subsidium profuturum, debite uolumus iusticie exercere complementum. Hinc est, quod nos tam presencium quam futurorum uolumus noticie declarare, quod hospitibus nostris in Petrina commorantibus talem hoc modo concessimus libertatem: Ut ipsos nullus Judicum nostrorum preter Maiorem Ville eorum, quem voluntarie elegerint, audeat iudicare; et si ab ipsorum Judice conquerentibus satisfieri non poterit, Judex eorum in nostrum presenciam et non alias super ipsa causa citatus debeat et teneatur comparere. Et si ipsi alias coram judice quemquam impeterent super aliquo, eis iudicetur iuramentum. Statuimus eciam, quod si Banus eis ad valorem unius marce dampnum faceret, in centuplo restitueret eisdem. Tamen Bano non aliud nisi domos suas occasione descensus dare teneantur; pro alijs uero necessarijs precium recipiant. Et si aliquis ipsorum prole caruerit, tam ipso uiuente, quam ab hoc seculo transmigrante, bona sua cuicunque uoluerit libere conferat retinenda. Et si aliquis de villa super equo uel boue calumpniaretur ab aliquo; pro quanto sacramentum facere presumpserit, sibi calumpnias testibus astantibus restituat; et res pro qua causabatur ad requirentem deuoluatur. Et si quis ipsam villam intrare uoluerit moraturus, omnia bona sua, domus suas, et alia que possidet, omnibus scientibus liberam habeat vendendi facultatem; et recedens de villa

retineat eadem. Et statuimus, ut sacerdotem, quemcunque voluerint, in suam recipiant Ecclesiam; de decimis eorum, prout mos est hospitibus ubicunque manentibus, disponentes. Terram autem Gurgus, et terram Waratuk sine herede decedencium, et eciam terram Cruciferorum, quam in concambio habuimus, que vulgo Haaco et Potok uocatur, metis distinctis undique eisdem conferentes. Quarum mete, quemadmodum ab Andrea homine nostro ad hoc dato, réferente percepimus, sunt hec : Prima meta incipit a meridionali parte de duobus quercis; inde descendit ad puteum, et inde descendit per aquam putei in fluuium Dragun; et inde superius tendit ad viam magnam, et per eandem vadit usque ad arborem, que Sclauonice dicitur ozkurus; inde per vallem superius ad uineas de Dobuk; inde per magnam uiam ducit ad arborem castane, et per semita ducit in longitudine montis, usque ubi descendit subtus piscinam; inde ascendit usque ad tres metas; et inde inferius in Petrinam, et sic per fluuium Petrine ascendit usque ad fluuium Belypotok; et per eandem ascendit per magnam uiam antiquam in Damasingran (igy); et inde inferius ueniendo ascendit ad arborem piri, et inde in montem, et per eundem uenit in uiam que exit de Blyna (igy); et per illam inferius in precopam; et inde uenit ad metam terream; et inde subtus Strizichy transeundo quandam aquam peruenit in quandam arborem piri; et inde uadit in Cochinam, et inde ad caput eiusdem; et inde supra montem uadit in uiam, que ducit in Rauna, ibique supradictarum terrarum mete terminantur. Preterea cum ipsam villam hospitibus omnimode cupiamus pluribus ampliari, terram eciam Kenesepola nomine integraliter, saluis videlicet populis ibidem existentibus, cum porcione Vooy et generacionis ipsius, nec non et filiorum Alpetri, qui de propria voluntate eorum eundem seruicium, quod et hospites susceperunt, terris iam dictorum hospitum nostrorum adiunximus usui eorum et illorum statuentes possidendam, preter Zolnam. Nec hoc tamen sub silencio voluimus preterire, quod predicti hospites nostri nobis annuatim pro collecta centum pensas, et pro tributo fori triginta pensas soluere tenentur; et similiter predicta terra Kenesepola centum pensas. Et ut hec talis a nobis concessa libertas in dubium ulterius non possit reuocari, consensu et

consilio omnium Jobagionum nostrorum, videlicet Nicolay Bani ac Magistri Touarnicerum, Demetrij Magistri Dapiferorum et Comitis de Budrug, Arnoldi Comitis de Symigio; Martini Comitis de Zala, et aliorum litteras nostras sigilli nostri munimine roboratas dare concessimus. Datum per Magistrum Fyle dilectum et fidelem nostrum, Prepositum Zagrabiensem, et aule Regie nostre Cancellarium; anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo quadragesimo.

(Az eredeti után Kukuljevics János, Jura Regni Croatie, Dalmatia et Slavoniae I. rész. Zágráb, 1862. 60. lap. Mégerősítve IV. Béla királytól 1242., V. István királytól 1271, és IV. László királytól 1274. Rövid kivonatát lásd Fejérnél Cod. Dipl. IV. k. 1. r. 201. l.)

221.

IX. Gergely pápa a nagyszombati apáczazárdát az apostoli szék pártfogásában részesíti. 1240.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis in Christo filiabus ... Abbatisse et Conuentui Monasterij de Tyrna Ordinis Sancti Dominici Strigoniensis Diocesis salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecte in Christo filie uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas uestras et locum, in quo Diuino estis obsequio mancipate, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis prestante Domino poterit adipisci, sub Beati Petri et nostra protectione suscepimus. Specialiter autem possessiones et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos Monasterio uestro auctoritate Apostolica confirmamus et presentis

scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani XIII° kalendas Junij Pontificatus nostri anno tertio decimo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pápa ólompecsétje vörös-sárga selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban.

222.

Endre pozsonyi főispán mint a király kiküldött bírája elintézi több pozsonyi várjobbágynak Karachai Remeg elleni perét. 1240.

Andreas Comes de Poson omnibus presentem paginam inspecturis salutem in uero salutari. Vestra nouerit vniuersitas, quod cum ego a domino Bela Rege constitutus essem iudex ad reformacionem terrarum reuocandarum de Comitatu Posoniensi, castrenses trium villarum, que uocantur Oboni ex vna parte, et castrensas trivm villarum, que uocantur Characha ex altera, impetebant coram me quendam nomine Remeg de villa eciam que nominatur Caracha, requirentes ab ipso terram Castri terre sue hereditarie adiacentem. Cumque tam castrenses iam dicti, quam ipse Remeg, astitissent coram me litis processum inuicem perferentes, vtrique parti adiudicaui testimonium producendum. Adductis itaque die assignato testibus satis idoneis, tam ad peticionem partis vtriusque, quam ad instanciam iobagionum Castri et aliorum comprouincialium quam plurimorum, pacem inter ipsos reformari concessi, sicut decet. Cumque igitur dicti iobagiones Castri et alij comprouinciales pacem inter ipsos reformassent, seriem

pacis tamen retulerunt taliter ordinatam; videlicet terram, quam iobagiones Castri Castro de iure pertinere sciebant, ab ipso Remeg receperunt, et castrensibus de dictis sex villis restituerunt; sed terram hereditariam dicti Remeg, quam castrenses trium villarum nomine Oboni ab ipso requirebant, dicendo eam terram Castri, eidem Remeg, sicut sua erat, in pace possidendam reliquerunt; que terra est ad centum iugera tantum; similiter castrenses de tribus villis Caracha sua iura recipientes, solam terram hereditariam ipsi Remeg in pace possidendam reliquerunt. Et facta sunt hec mediante pristaldo nostro nomine Gogan. Igitur ut hoc ratum et firmum permaneat, concessimus litteras presentes sigilli nostri munimine roboratas.

IV. Béla királynak 1240-ki megerősítő okmányából, mint fentebb 219. sz. a.)

223.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy frater Rembold a templomrend magyarországi fömestere Szegna mellett bizonyos telket a toposkai apátnak engedett át. 1240.

A B C

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Universum Zagrabiense Capitulum omnibus Christi fidelibus presens scriptum cernentibus salutem in actore salutis. Quoniam ea, que aguntur, a memoria hominum sepissime delet oblivio, necessario provisum est, ut ea, que inter viros religiosos ordinantur vel statuuntur, posterorum memorie scripti patrocinio transmittantur. Hinc est quod ad universorum tam modernorum quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire: quod cum Abbas et Conventus Monasterii de Toplica iam dudum postulassent a fratre Rembaldo de-

Karump, Magistro Domus Templi per Regnum Hungarie, et ab aliis Fratribus Domus Templi, locum unum apud Sceingniam sibi dari, ad domum unam ibidem edificandam pro rebus propriis et necessariis dicti Monasterii emendis et vendendis. Demum dicti Magister et fratres congregati ad Generale Capitulum apud Glogonicam IV. idus Marcii, peticionem dictorum Abbatis et Conventus unanimes duxerunt admittendam, donantes et concedentes in perpetuum dicto Monasterio Toplicensi medietatem cuiusdam pecie terre, quam tenebat Domus Templi de terra quam tenuit quondam Prior Oprahk, ad domum quam petebant edificandam, tali modo: quod dictus Abbas et Conventus in pertinenciis Sceingnie non possint in posterum emere, nec in elemosinam recipere, si fortassis eis ab aliquo conferretur, domum aliquam, neque vineas neque possessiones aliquas seu terras, sine licentia Magistri et fratrum Domus Templi. Quod si alicuius privilegii auctoritate vel modo alio aliquo facere attemptarent, tam ipsum locum quam domum ibidem edificatam amitterent presentibus vel teneura (?) seu aliis iure minime valituris. Adiuncto, quod nichil ematur vel vendatur in dicta domo, vel inde modo aliquo extrahatur, de quo Domui Templi ius suum integre non reddatur, sicut de aliis mercimoniis, que apud Sceingniam vendentur vel ementur, preter res proprias dicti Monasterii Toplicensis ad usum proprium Abbatis et Conventus pertinentes; quod si fieret et probari posset, tam loco quam edificio, ut dictum est, privarentur. Verum res proprias dictorum Abbatis et Conventus usui ipsorum necessarias liceat eis ibidem emere et vendere, reponere et inde extrahere libere et pacifice pro sue libito voluntatis. Porro si contingeret memoratos fratres Domus Templi edificare fondicum Sciengnie, in quo omnia mercimonia venderentur et emerentur, prefati Abbas et Conventus in ipso fondico, et non in propria domo, res suas vendere et emere tenerentur, libere tamen et sine tributo aliquo, sicut in domo sua supradicta. In cuius rei noticiam et memoriam habendam in posterum pleniorem ad preces utriusque partis, presentes literas per alphabetum divisas, sigilli nostri munimine dedimus roboratas. Quarum partem unam habent sepedicti Abbas et Conventus, et aliam Domus Templi. Ceterum ad maiorem cautelam et roboris

firmitatem prefati Abbas et Conventus, ac Magister Domus Templi antedictus, sigilla sua duxerunt presentibus apponenda. Actum anno Gracie MCCXL. mense Aprili.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 78. l.)

224.

Raguza város Ulászló István szerb királylyal szövetkezik. 1234—1240.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego quidem Johanes Dandulus, Comes Ragusii, cum omnibus nobilibus et cum toto Communi Ragusino iuramus vobis domino Regi totius Rasse et Maritime Vladislavo, quod ab hodierna die simus vobis veraces amici — — — -- — et vestris amicis erimus amici. Et quicumque vester inimicus fugerit ad nostram Civitatem ad nos, stando apud nos, nichil vobis noceat. Et si aliquid offenderet, nos illud componemus, quod si non componeremus, ipsum vobis dabimus. Et quando ei placuerit exire de nostra civitate, non dimittemus eum in terram vestram, sed ut conducamus eum ad alienam terram. Et si ipse de aliena terra venerit, et depredaverit terram vestram, et fugerit ad nos, ipsum recipiemus, et quod habuerit depredatum, totum reddemus. Et si vos, domine Rex, dederitis ei gratiam et in terram suam eum retornaveritis, et iterum videndo culpam ipsius, eum minaveritis, et si habente baliam aliquod tulerit in terra Regni vestri, cum illo recipiemus eum. Et si ipse fugendo ante vos vel ante gentem vestram, aliquid tulerit et adduxerit in civitatem, reddemus illud, et si hoc non fecerimus, hoc sacramentum sit super nos. Et si vobis evenerit aliqua fortia, et fugeris ad nostram civitatem ad nos, recipiemus vos sicut dominum cum omni amore, cum omnibus vestris magnatibus et cum omnibus aliis

vestris, qui vobiscum fuerint; et quantum vobis placuerit stare apud nos, stetis cum omni honore ; et nullum malum faciemus neque vobis domino, neque uxori vestre, neque filiis vestris, neque alio vestro habere, neque magnatibus vestris, neque alio vestro, neque habere eorum, sed ut habeatis honorem et salvationem secundum nostrum posse sicut dominus. Et quandocumque volueritis ire de nobis ad aliam partem, ibitis scapuli cum omni honore cum omnibus vestris et cum toto habere vestro et cum toto habere eorum, et nos te conducemus. Et terre vestre et civitatibus vestris non offendemus nec manifeste nec occulte, sed ut amemus eas sicut nosmet ipsos. Et ut stemus in antiquis maceriis, et plus de illis non conprehendamus nullo modo Et Comercarius vester stet apud nos, et a nobis nullum scandalum habeat; et quod est de vestra iustitia, totum ad plenum tibi demus. Et quando vos per mare adiutorium a nobis quesieritis et ierimus tibi in adiutorium, in illo anno dimittas nobis totum illud, quod habemus in usum dandi, et nostris mercatoribus, qui ambulant per terram vestram, dimittatis datium, sicut sancti avus vester et pater vester, quando adiuvabamus illos, dimiserunt nobis. Si autem non poterimus vobis ire in adiutorium, tollas totum illud, quod est de consuetudine. Et etiam sic iuramus vobis sicut nostri nobiles nuntii iuraverunt: Matheus Bobatie, Gervasius Naymerius et Petrus de Sretta; et per nullam occasionem rumpemus hoc sacramentum vobiscum, et ut firmum teneamus. Et si aliquod iniustum factum fuerit inter nos, cum iudicio reparetur, et sacramentum semper tibi tenebimus firmum — — — — — Et secundum quod est consuetudo avi vestri, et patris vestri, civitas cum terra ut habeant legem inter se de Sancto Michaele usque ad Sanctum Georgium.

Signum Petri Ballislave, Johanis Bogdani, Velcii Bladimiri, Martinusii Gervasii, Andree Ballislave, Jacobi Negamire, Jabrane Proculi, Cerne Vitane, Michahelis Pezane, Petri Srette, Grubesse Gundule, Calenda Cerneche, Nycifori Srette, Marini Calende, Grubesse Ballislave, Goyslavi Theodori.

† Stephanus Vladislavus cum divino adiutorio Rex totius terre de Rassa, Dioclitie, Tribunie, Zachulmie, iuro

Comiti, Nobilibus et Comuni Ragusii, ipsos habere pro amicis, eorumque privilegia, que ab avo et patre meo obtinuerunt tenere inviolabiliter, dummodo et ipsi hoc facient, et nullum malum vobis faciam nullo modo, donec tres sententias vobiscum fecero.

Kivül: Caputularium translatum de Slavonico in Latinum de pacto, quod habemus cum Rege Servie Vladislavo.

(XIII. századi fordítás bőrhártyán, a bécsi császári titkos levéltárban. Az eredeti szerb szöveget lásd Okmánytárunk II. kötetében 330. l.)

225.

Endre kapornoki apát egyházának alattvalóit Mihály comes pártfogásába ajánlja. 1240. körül.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 2. lap. Nagy Imre közleménye.)

226.

Benedek fehérvári prépost és királyi kanczellárnak bizonyságlevele, hogy János Tádénak fia Érdyben fekvő részbirtokát és egy sziget felét hat szabados szolgával Mihály comesnek eladta. 1240. körül.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 4. l. Supala Ferencz közleménye.)

227.

A budai káptalannak ezen tárggybani jelentése IV. Béla királyhoz. 1240. körül.

(A gróf Zicby család Okmánytára I. köt. 5. l. Supala Ferencz közleménye.)

228.

Benedek olchai prépost Mihály veszprémi comest Erdubanfekvő birtokára nézve biztosi'ja. 1240. körül.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 4. l. Supala Ferencz közleménye.)

229.

IV. Béla királynak privilegiuma a samobori vendégek számára. 1242.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Choruacie, Rame, Seruie, Galicie Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem et omne bonum. Vbicunque nostri nominis interuentu posse credimus aliquibus subueniri, pium nos decet adhibere fauorem; presertim ne uel ueritas occultetur, aut iniquitas preualeat equitati. Eapropter ad noticiam vniuersorum uolumus peruenire, quod accedentes ad presenciam nostram hospites nostri de Zumobur prope castrum Oclych existentes, humiliter a nobis flagitarunt et instanter, vt modum et statum libertatis eorundem, de gracia et prouidencia pie memorie Regis Colomani karissimi quondam fratris nostri, iuxta tenorem libertatis hospitum de Petryna liberaliter concesse, nostrarum auctoritate literarum dignaremur confirmare. Nos itaque considerata eorum vtilitate, precibus ipsorum fauorabiliter annuentes, sub libertate iam prefata ipsos duximus perpetuo statuendos. Cuius seriem in priuilegio memorati fratris nostri taliter uidimus contineri: Vt videlicet ipsos nullus judicum nostrorum, preter Maiorem Ville eorum, quem voluntarie elegerint, audeat iudicare; et si ab ipsorum Judice conquerentibus satisfieri non poterit, Judex eorum in nostra presencia et non alias, super ipsa causa citatus debeat et teneatur respondere. Et si ipsi alias coram judice quemcunque impeterent super aliquo, eis iudicetur iuramentum. Statuimus eciam, quod si Banus eis ad ualorem vnius marce dampnum faceret, in centulpo restitueret eisdem. Tamen Bano non aliud nisi domos suas occasione descensus dare teneantur; pro aliis uero necessariis precium recipiant. Et si aliquis ipsorum prole caruerit, tam ipso uiuente, quam a seculo transmigrante, bona sua, cuicumque uoluerit, libere confera retinenda. Et si aliquis de uilla super

equo vel boue calumpniatur ab aliquo; pro quanto sacramentum facere presumpserit, sibi calumpnians testibus astantibus restituat, et res pro qua causabatur ad requirentem deuoluatur. Et si quis ipsam uillam intrare uoluerit moraturus; omnia bona sua, domus videlicet et alia, que possidet, omnibus scientibus liberam habeat uendendi facultatem, et recedens de villa retineat eadem. Statuimus eciam, vt sacerdotem, quemcunque uoluerit, in suam recipiant Ecclesiam, de decimis eorum, prout mos est hospitibus vbicumque manentibus, disponentes. Mete autem terrarum dictorum hospitum nostrorum de Zumbur, sicut per litteras nostri fidelis Comitis Stephani fratris Bobonegh, qui ad id cognoscendum specialiter per nos fuerat destinatus, intelleximus, hoc modo distinguntur: Prima meta incipit de Thopol, et tendit ad fontem vnum; deinde tendit ad Brenilaz; deinde per siluam tendit ad Rochoyca, vbi due aque simul ueniunt; deinde sursum tendit usque quod uulgo dicitur Pyzui; deinde per montem iterum tendit ad Rocoycha (így); deinde ad Brezthoycha; et postea vltra montem tendit in riuum Chernych; deinde ad Lipoicham; deinde per montem tendit ad Grabonicham; et deinde per eundem montem, qui uulgo dicitur Pozorin, tendit ad Gradna; et deinde descendit ad uiam, per quam uiam iuxta Presekam ascendit ad montem, et per eandem uiam descendit ad fontem Byzterch; et per Byzterch uadit, et sub Boboycha exit; et iterum tendit ad priorem metam Thopol. Nec hoc tamen sub silencio uolumus preterire, quod predicti hospites nostri nobis annuatim pro collecta centum pensas soluere teneantur. Vt igitur enarrate libertatis series sepe dictis hospitibus salua semper et irreuocabilis permaneat; presencium ipsam auctoritate, ac dupplicis sigilli nostri impressione propensius confirmamus. Datum in villa Vereucha anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo secundo; Regni uero nostri anno octauo.

(Az eredeti után Kukuljevics János, Jura Regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae I. rész. 62. l. — V. ö. Fejér Cod. Dipl. IV. köt. 1. r. 264. lap.)

230.

IV. Béla király megerősíti a Frangepánok számára III. Béla és II. Endre királyoknak Modrus és Vinodol vármegyéket tárgyazó adományait. 1242.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Comanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedentes ad nos fideles nostri filij Seruidonis (Ser Uidonis) de Wegla, scilicet Johannes, Fridericus, Bartholomeus et Seruido, presentauerunt quedam scripta nobis, asserentes ipsa esse exemplaria priuilegiorum nostrorum antecessorum, videlicet aui nostri Bele bone recordacionis, et patris nostri Andree quondam Regum Hungarie, quorum originalia propter discrimina itineris, que tunc imminebant, non poterant apportasse; postularunt hec eadem nostro priuilegio confirmari, maxime cum ipsa fuissent sub sigillis quarundam authenticarum personarum collata, quibus fides bene poterat adhiberi. Nos itaque tempore necessitatis considerato, cum nos persecucio impelleret Tartarorum, et ipsorum non modico indigeremus seruicio, tenore rescriptorum, quod inferius obseruabitur annotato, nostris litteris et duplicis sigilli nostri munimine decreuimus roborari. Adicientes, quod idem ipsis se obligantibus, quod cum nos successoresue nostri in Regno Croacie personaliter fuerimus constituti, ex ipsis, videlicet Comitibus, vel heredibus et posteritatibus eorum vniuersis, vnus personaliter, pro posse decenter expeditus, suis duntaxat proprijs in expensis, tamdiu quamdiu ibidem fuerimus, in recompensacionem suscepti beneficij in seruicijs perseuerare debeat et teneatur; ad alia vero seruicia in priuilegijs antecessorum nostrorum contenta et obligata ipsos (Johannem), Fridericum, Bartholomeum et Seruidonem, ac heredes et posteritates eorundem vniuersos ex plenitudine gracie Regalis et pre-

rogatiua nostra amplius perpetue nullatenus volumus esse obligatos. Tenor autem priuilegij Bele aui nostri quondam incliti Regis Hungarie talis est:

In nomine stb. Bela stb. (következik III. Béla királynak 1193-ki privilegiuma, mint fentebb 34 sz. a.)

Tenor vero privilegij Regis Andree patris nostri talis est:

In nomine stb. Andreas stb. (következik II. Endre király 1223-ki privilegiuma, mint Fejérnél Cod. Dipl. III. köt. 1. rész 403. l.)

Datum apud Tragurium VI°. idus Marcij anno Domini M°CC°XLI°. Regni autem nostri anno septimo.

(IV. Béla királynak 1251-ki megerősítő okmányából, mint alább 259. sz. alatt.)

231.

IV. Béla királynak parancsa Dénes bánhoz, hogy a topuskai apátság javai és Glina helység közt a határokat szabályozza. 1242.

Bela Dei gracia Hungarie Rex omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino Jesu Christo. Ut posterorum noticie liquido posset clarescere quod provide et attente ordinatur ab aliquo, presertim quociens negocium parcium de Regali consciencia sine debito terminatur, sollerter est provisum literarum patrocinio stabilire. Eapropter ad noticiam universorum volumus pervenire : quod accedens ad presenciam nostram dilectus nobis in Christo Johannes Abbas de Toplica humiliter nobis supplicavit et instanter : quod nos divisionem terre Castri de Guora inter ipsum ab una parte, et Glinenses ab altera factam per Comitem Marcum, filium Borochuni, destinatum ad hoc a dilecto et fideli nostro Dyonisio Bano, cui hoc idem spcialiter

comiseramus exequendum, presentibus eciam fideli clerico nostro Magistro Nikolino ad hoc pro pristaldo per nos deputato, nec non homine Capituli Zagrabiensis et homine Preceptoris Templariorum de Goura, ac hominibus hospitum nostrorum de Perna et Petrina, et pluribus aliis fide dignis, ne ulterius per iam dictos Glinenses ipsius Ecclesia posset indebite molestari, favorabiliter acceptare et nostris literis dignaremur confirmare. Nos igitur precibus ipsius, que iusticiam et pietatem continere videbantur, clementer annuentes, seriem divisionis premisse, sicut in literis supradicti Comitis Marci sub proprio suo sigillo nobis porrectis vidimus contineri, ratam et acceptam habuimus ut decebat. Nomina autem possessionum, que ad Abbatis partem pertinent, in premissis expressa litteris sunt hec, videlicet : Crathka ultra Sawam, villa Schuchia citra Zawa, Lubugn, villa Terredych et locus ubi Lagna cadit in Zawa, tam citra quam ultra ; terra ville Brathkovychy citra Zawam et ultra, villa Rakolechiche, villa Trebochel, villa Pyschan, villa Heberkov, villa Peschena, villa Reth, que fuit terra Weden ; villa Scerda super rivulum Scelna, villa Gregen, terra Sancte Crucis terra ubi Steuenicha cadit in Scelna, villa Welezna, villa Steuenicha, que est Borth ; villa Dedech, villa Moznav, villa Bebrevnicha, villa Yelseunicha. Dividit autem ipsam partem Abbàtis rivulus Gradiza eundo in Zawam, et Zawa usque dum derivatur in aquam (que) Chygovge dicitur, que transiens silvam Zava vadit per campum aquosum, qui est campus Logna, et cadit in fluvium Logna. Nec tamen pretereundum est, quod rivulus Gradiza non a capite incipit esse meta, sed a loco, ubi rivulus Scopnik cadit in prenominatum rivulum Gradizam. Ut autem ordinacio predicte divisionis salva et inconcussa permaneat, presentibus eam litteris sub duplici nostro sigillo perpetuo confirmamus. Datum in Segust, anno Dominice Incarnationis MCC. quadragresimo secundo, Regni vero nostri anno octavo.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 79. l.)

232.

Uros István szerb király békességet és barátságot fogad a raguzaiaknak. 1243.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Stephanus Vros Dei gratia Rex totius terre Rassie et Maritime, iuro Comiti Ragusii Johanni Michaeli et omnibus nobilibus et Communi eiusdem, quod ab hodie in antea donec vos steteritis mihi in fide, iustitia et amore, ut vivam vobiscum in pace et amore, sicut vixit dominus pater meus cum vestris antecessoribus et vobiscum. Et vestri mercatores et vestri homines sani, non disfortiati, ut veniant libere stando et eundo, comperando et vendendo per meam terram, damdo illud quod est consuetudo damdi stb. Et meus Comerzarius stet in vestra Civitate, sicut stetit domino patri meo, et stanec sit inter nos a Sancto Michaele usque ad Sanctum Georgium, sicut fuit diebus domini patris mei cum vestris antecessoribus et vobiscum in loco constituto. Et cum convenerint judices, iurabunt rectum iudicium iudicare, secundum consuetutinem. Et ad hoc iuramentum iuravit dominus Rex stb.

Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi millesimo CCXLIII. mensis Augusti quartodecimo die, indictione prima.

(A bécsi császári titkos levéltárban őrzött eredeti példányból.)

233.

Raguza város barátsígos egyezkedése Uros István szerb királylyal. 1243.

Ego Johannes Michael Comes Ragusii cum Consiliariis et Nobilibus et Communi Ragusii iuramus tibi domino Stephano Urosso Regi, nostra voluntate, mundo corde, recta fide, sine fraude, quod ab hodie in antea diebus nostris et tuis nondivise simus fideles et recti amici tui, et quod vivamus vobiscum in amore et pace, sicut vixerant antecessores nostri et nos cum avo et patre vestro. Et quando placuerit tibi domino Regi vel tuis hominibus venire vel causas mittere in nostram Civitatem, Civitas nostra sit vobis aperta, et stetis sani sine ulla molestia, sicut est antiqua consuetudo. Et si aliquis inimicus tuus ante te fugerit in nostram Civitatem, recipiamus eum, sicut receperunt eum antecessores nostri, in consuetudine avi et patris tui, et nobiscum stando non noceat terre tue nullo modo. Et si nobiscum stando, aliquando tibi nocuerit, et manifeste illud ostensum fuerit, componat illud tibi, quod nocuerit; quod si non reddiderit, nos ligatum ipsum tibi dabimus; quod si ipsum tibi non dederimus, cum nostro habere illud dampnum componemus. Et tuus Comerzarius stet in nostra civitate cum omni directura donec tibi placuerit, sicut stetit diebus avi et patri tui, et si in alium locum illum posueris, nos non tenebimus tenere comercum. Et si aliquid iniustum factum fuerit inter nos vel inter homines nostros, cum iustitia iustificetur. Et hec pax diebus nostris et tuis nullo modo per nullum factum solvatur. Et stanec sit inter nos a Sancto Michaele usque ad Sanctum Georgium, sicut fuit diebus avi tui et patris tui cum nostris antecessoribus et nobiscum in aliquo loco. Et judices, cum insimul fuerint, iurabunt rectum iudicium iudicare, sicut est consuetudo iudicandi.

† Isti iuraverunt : Prenominatus dominus Comes

Johannes Michael, et Petrus Ballislave, Bubanna, Grubessa Gundule, Velcius Vladimiri, Clemens Sersii, Theodorus Bobatie, Johannes Catharinus, Petrus Srctte, Jacobus Negamiri Cerne, Symon Benesse, Calenda Jampino, Marinus Zuynice, Johannes Sersii, Bocinus Babalii, Nyciforus Srette, Peregrinus, Bogadanus Pigini, Jacobus Vulpicelle, Petrus Scaritii, Dobraslavus Rastii etc.

(Eredetie a bécsi császári titkos levéltárban.)

234.

Trau város megbizottakat rendel a Spalato várossal kötendő békességre. 1243.

In Christi nomine. Anno Incarnationis eius millesimo ducentesimo tertio, indictione prima, mense Septembris die XI. intrante. Temporibus domini Treguani venerabilis Episcopi, Stepconis Comitis, Petri de Luca, Pauli et Marini Blasii Judicum Traguriensium, in insula que vocatur Buua, iuxta ecclesiam Sancti Petri hoc actum est. Nos quidem memorati Judices et universa Communitas Traguriensis compromittimus et obligamus nos firmiter, compromittentes in manibus religiosorum virorum fratris Girardi Mutinensis, et ipsius fratrum Pauli et Andree de Ordine Fratrum Minorum, quod bona fide et sine fraude stabimus ad omnia, que ipsi inter nos et Spalatenses duxerint statuendum, ordinandum vel precipiendum. Interposita etiam iuramenti religione firmamus observare omnia suprascripta, et nunquam contravenire. Si vero, quod absit, eorum precepto vel compositioni rebelles vel inobedientes fuerimus, volumus illa pena teneri, quam ipsi in litteris reformande pacis duxerint statuendam. Testes sunt: dominus T. Episcopus supradictus, Thomas Archidiaconus Spalatensis, Philippus civis Jadrensis, Rantulfus et Naesarius Justinopolitani, et alii multi.

Ego Johannes Casioti examinator manum meam mitto. Et Ego Gausinna, Primicerius et Tragurieusis Juratus Notarius, precepto predictorum Judicum et Çommunitatis Traguriensis hanc cartam scripsi et signo consueto signavi.

(Eredetie a bécsi császári titkos levéltárban. A békekötést lásd Okmánytárunk VII. vagyis a II. folyam 2. kötetében 149. l.)

235.

IV. Béla király Vojszló helységet tárgyazó privilegiuma Obuszk Ambros comes számára. 1244.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in uero salutari. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod cum dilectus et fidelis noster Comes Jacobus Obusk, vnacum fratre suo Comite Ombrosio a tempore juuentutis ipsorum nobis adherentes multa seruiciorum inpenderunt insignia, et in diuersis fortune casibus iuxta nostre beneplacitum voluntatis personas et res fideliter exposuerint et deuote; maxime tamen eo tempore, quo Tartari nostrum Regnum hostiliter subintrarunt in expedicione habita contra gentem prememoratam nobis pro uiribus laudabiliter dimicantes; postmodum autem in maioris facultatis argumentum proprijs commodis et expensis usque maritima sunt secuti, nostris vbique obsequijs iugiter inherentes. Porro cum adhuc idem bonorum actuum exercicia nullis formidantibus ingressum, quem contra eosdem Tartaros sepius habuimus, in quo Jacobus frater eiusdem Ambrosi pro militicia (így) Regni nostri est interemptus, Ambrosius uero fere letaliter est wlneratus. Nos igitur ex officio quibus Regio dignitatis incumbit metiri merita singulorum, et singulis pro meritis respondere, quamquam pro modico reputemus quod ad presens sibi faci-

mus respectu eorum que facere intendimus, quandam terram Castri Quazdi Woyzlou vocatam, sitam in Comitatu de Barana, dedimus et donauimus Magistro Ambrosio fideli nostro perpetue possidendam et habendam, nemine contradicente, per fidelem nostrum Comitem Stephanum de Alma ipsum introduci facientes. Cuius termini, quemadmodum inspectis litteris Capituli Albensis, cui commiseramus, cannouimus, hoc ordine distinguntur : Prima meta egreditur a quodam fluuio Sebesnilaka vocato, et tendit ad partes orientales in magno spacio, et egreditur ad quoddam fluuium Sthupurca vocatum transeuntem a qua sunt due mete terree, in alia meta est arbor piri; inde egreditur ad finem ville Varathuth domine dicte, ubi sunt erecte due mete terree, in quibus sunt tres arbores wlgariter *haraztfa* dicte; deinde egreditur ad partes meridionales ad metas terreas duas *heci* (így) distincciones et progressus, tenent metam cum terra Comitis Nana filij Pousa; abhinc autem protendens directe ad partes meridionales ad duas metas terreas, vbi tenet metam cum terra Capituli Quinqueecclesiensis; abhinc autem descendens ad partes occidentales veniens ad duas metas terreas; deinde paululum procedens peruenit ad quoddam fluuium Stegenmalaka vocatum ; peruenitur non in magno spacio in eodem fluuio, vbi separat et distingit a terra Capituli Quinqueecclesiensis; transeuntes autem ipsum riuulum ad duas metas terreas in commetancitate Petri filij Zadur; deinde descendens ad partes septemtrionales non in modico spacio ad duas metas terreas, vbi tenet metam cum Petro filio Zadur antedicto; abhinc ad duas metas in magno spacio; deinde peruenitur ad fluuium Soporca sepedictum, tendens et circumdans perueniet ad metam capitalem vel priorem, ibique terminatur. Vt autem hec a nobis facta donacio seu collacio robor optineat perpetue firmitatis, nec possit ab aliquo processu temporum in irritum reuocari, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab Incarnacione Domini M• ducentesimo quadragesimo quarto, tercio kalendas Octobris Regni autem nostri anno octauo.

(Garai Miklós nádornak 1384-ki itélő leveléből, a budai kir. kamarai levéltárban.)

236.

IV. Béla király Junk Izsák fia számára megerősíti Zlonyn és Worbouch birtokát, melyet az Kálmán galicziai király és szlavoniai herczegtől adományúl nyert. 1244.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 80. l.)

237.

IV. Béla király Bolondoczi Mihály comesnek a rákosi csatában kitüntetett vitézségeért a Gönyő helységben lévő királyi udvarnokok földét adományozza. 1244.

(Hazai Okmánytár I. köt. 22. l. Ráth Károly közleménye.)

238.

II. Frigyes császár és sziciliai király felszóllítja Almissa dalmatiai város községét, hogy az Apuliában véghez vitt károsításokért tegyenek eleget. 1244.

Fr(idericus) Dei gratia Romanorum Imperator Semper Augustus, Jerusalem et Sicilie Rex, universis hominibus Dalmasii fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem,

Ex his, que ad audientiam nostram de Apulie partibus fidelis relatio protulit, de vobis ad nos turbationis occassio, cum admiratione pervenit, dum pro fructibus devotionis et fidei, quam Maiestati Nostre debetis, aborsum opinionis bone, quam dudum de vobis conceperamus, offertis. Cum enim ex receptis duobus humanitatis exemplis, et vestrorum obsidum datione, fideles nostri de Regno fidem a vobis plene de debito securitatis expectent; nonnulli ex vobis sub velamento fidelium per Apulie maritimam discurrentes, piraticam in regnicolas fideles nostros exercent, et quo magis movemur et dignius, vascella specialiter navigantia cum rebus nostris offendunt, mutatis in hiis victricibus aquilarum nostrarum insigniis, ut navigantes intrepide dolosas ipsorum insidias non evitent. Cum igitur, sicut pro certo tenemus, committi predicta non valeant, quin ipsis cogniventia vestra vel consensus accedat, devotioni vestre mandamus, quatinus infra II menses a receptione presentium numerandos, dampna quoque, que Vgo de Lilla Magister Procurator Curie in Apulia fidelis noster per litteras suas vobis ascribet, nobis et regnicolis fidelibus nostris illata, faciatis cum omni integritate restitui. Scitur, quod si in presenti mandato nostro non fuerit a vobis debita satisfactione provisum, fidelibus nostris et nobis digne mandabimus fore cautum. Date apud Aquam Pendentem, XIII. Marcii II. indictitionis.

(Eredetie bőrhártyán, a bécsi császári titkos levéltárban.)

239.

István zágrábi püspöknek Drenchyna helységet tárgyazó adományа Brochinai Mark comes, Brochun fia számára. 1244.

Stephanus Dei gracia Episcopus Zagrabiensis omnibus presentes litteris inspecturis salutem in uero salutari. Ad

vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum Gregorius filius Vechezlov, de genere Marc filij Brochvn de Brochina, quendam hominem, cuius terram uiolenter occupauerat, sub proteccione Andree condam Comitis de Gora Regia auctoritate constitutum, ausu temerario in propria domo sua combussisset, ac insuper hominem Regis dehonestans uerberasset; pro tante infidelitatis excessu pena eiusdem esset ad mortem condempnatus, et culpis promerentibus laqueo suspensus; nec non et quedam ipsius terra nomine Drenchyna fuisset predicto A. Comiti a domino Rege collata, quam ydem Comes fratribus et filio predicti infidelis redimendam exponebat, nec ijdem redimere ualuissent: tandem quia uicinitate nobis adiacebat, prout ab illarum Parcium nobilibus fuit pro centum et triginta marcis extimata, nos ipsam terram pro eadem sumpma pecunie filio eiusdem et omnibus fratribus et cognatis suis presentibus et non contradicentibus libere comparauimus, et comparatam plurimis annis pacifice iustiori modo possedimus. Quam postmodum dilecto et fideli nostro predicto M. Comiti pro fidelibus seruicijs suis loco et tempore nobis impensis ac eciam impendendis, sibi suisque heredibus contulimus iure perpetuo possidendam; ita tamen, quod nulli nostrorum successorum ipse uel eius posteritas pro dicta terra quicquam deseruire teneantur. Ad hec dictus M. Comes se nobis sub sacramento obligauit, quod quamdiu sibi uita comes existeret, omnimodam fidelitatem et seruicium exhiberet. Volumus eciam, quod si alique littere huic facto contrarie coram aliquo judice fuerint demonstrate, in nullo per easdem presentibus possit derogari. Ne igitur processu temporis ab aliquo hec nostra donacio queat in irritum reuocari; presentes litteras nostro sigillo roboratas eidem Marco Comiti concessimus. Anno Domini M°CC° quadragesimo quarto.

(Eredetie bőrhártyán, a hártyazsinegen függött pecsét elveszett; a budai királyi kamarának a zágrábi országos levéltárban lévő okmányai közt.)

240.

A bácsi káptalannak bizonyságlevele, hogy Petkunak fiai Fizeg nevü birtokuknak részét Gergely, Tamás bán fiának eladták. *1244.*

Bachiensis Ecclesie Capitulum vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis in uero salutari salutem. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod accedentes ad nostram presenciam Peturka filius Petkv cum fratre suo Petkv ex una parte; Andreas procurator Gregorij filij Thome Bani ex altera; retulit dictus Peturka, quod de terra sua hereditaria nomine Fizeg partem suam, que ad ipsius porcionem pertinebat, quam scilicet terram quedam aqua nomine Nodalos diuidit, uendidisset predicto Gregorio pro quindecim marcis argenti, et summam pecunie in presencia nostri ad plenum confessus est se habere; ita uidelicet, quod medietas illius aque pertinet ad Petkv, et pars ad Gregorium Comitem cedit in modum mete; ita eciam, quod exinde tendit ad Semekfiv, et ibi conterminantur mete illius terre. Preterea idem Petkv obligauit se per se, et uerus procurator pro suis fratribus sic, quod si aliquis ex suis fratribus ausu temerario iam dicte uendicioni contraire presumeret, ipse contradictorie respondere teneretur. Vt igitur huius uendicionis series in retroactis temporibus per posteros nequeat uiolari, ad ipsorum peticionem presentem concessimus paginam sigilli nostri munimine roboratam. Anno gracie M°CC°XXXX°IIII°. Preposito vacante, Andrea Lectore, Symone Cantore, Archidiacono Bachiensi vacente, Andrea Archidiacono Syrmiensi, Adriano Custode, Antonio Segediensi, Micola Decano, ceterisque Canonicis Deo feliciter ministrantibus.

(Eredetie bőrhártyán, közönséges kenderzsinóron függő pecsét alatt; a budai kir. kamarai levéltárban.)

241.

A pécsi káptalannak bizonyságlevele, hogy Vya nemzetségbeli Elek Holmos nevü birtokának harmadrészét File zágrábi prépost testvéreinek eladta. 1244.

Farkasius Prepositus Quinqueecclesiensis totumque eiusdem loci Capitulum omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino. Constitutus in nostra presencia Alexius filius Petri de genere Vya confessus est, se terciam partem terre sue nomine Holmos cum tercia parte silue vsque aquam Hoscha Phileto Preposito Zagrabiensi, Petro, Thome fratribus dicti Prepositi ex parte terre ipsorum pro decem marcis argenti vendidisse, et precium totaliter recepisse. Ne uero super hoc dubitetur : nos ad peticionem dicti Alexij supradictis fratribus presens scriptum contulimus sigillo nostro munitum. Anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo quarto.

(A pécsi káptalannak 1356-ki »nobilis vir Magister Stephanus de Mykola, de Comitatu Wolkow« kérésére az új pecsét alatt kiadott másodpéldányából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

242.

IV. Béla királynak Vizköz helységet tárgyazó adománya Hudina comes számára. 1245.

In nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis Amen. Bela Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex in perpetuum. Circum-

speccio Regum provida condignis premiis sibi obsequentibus sic decet occurrere, ut alii eorum exemplo invitati, ad servicia et probitatis studia forcius accendantur. Hac igitur consideracione inducti, ad universorum presencium posterorumque noticiam harum serie volumus pervenire : quod cum fidelis noster, Comes Hudina, a multo tempore grata nobis fidelitatis obsequia impendisset, sed et sua, absque diminucione aliqua, ad nostra beneplacita voluntatis exponendo, idem ipse de virtute in virtutem gradiens, eo maxime tempore, quo subita Tartarorum irrupcio, grave dispendium Regno nostro ingessit, nobis pariter et nostris ultra Drawam profectis, pro suo posse, per omne temporis spacium, quo moram ibidem traximus, iuxta nostri honoris decenciam, fideliter affuit et devote, laboribus et expensis rerum suarum, quos et quas sub obtentu gracie nostre, se et suos subire oportuit, pensatis minime vel curatis. Tandem nobis versus maritima progessis, iam dictus Comes Hudina pro honore Corone Regie, in Regno nostro existens, personam suam suis viribus contra Tartaros antedictos sepe ac sepius exponere non expavit, laudabiliter preliando, ubi eciam inito conflictu cum eisdem, post multorum cognatorum suorum necem et post multiplicem cruoris sui effusionem, prout nobis veraciter constitit, maximam nostrorum multitudinem ab hostili impetu defensavit. Porro cum de maritimis rediremus, duce Christo, prememoratus Comes Hudina nos et nostros honestate debita receptans, effudit largiter quidquid fuerat oportunum. Hiis itaque et quam pluribus huiusmodi fidelitatis operibus, pie circa ipsum inducti, eundem Comitem Hudinam, cum quatuor consanguineis suis, Petro videlicet, Gurke, Bogdano et Potochino in aulicos et servientes nostros recepimus speciales, cui eciam in recompensacionem tam eminencium serviciorum suorum, et ut aptior ad obsequia habeatur in futurum, quandam terram Wiscuz vocabulo, ultra Drawam, in Comitatu Simiguiensi existentem, de Regia liberalitate duximus conferendam, et per eum suis heredibus heredumque successoribus iure perpetuo possidendam. In cuius collacionis corporalem possessionem ipsum per fidelem nostrum Ladizlaum Palatinum et Comitem Simiguiensem auctoritate Regia fecimus introduci. Cuius terre mete, sicut per

litteras prefati Ladizlai Palatini et Comitis Symigiensis nobis constitit, hoc ordine distinguntur : prima meta incipit ab oriente ab aqua Ribinac apud duas arbores, quarum una gurtanfa dicitur et altera avellana, inde tendit per eandem aquam Ribinac versus meridiem perveniens ad aquam Ratcha, et incipit tenere metas cum Alexio, filio Moys, ubi sunt due mete terree sub arboribus, scilicet sub orno et piro, deinde per eandem aquam Ratcha tendit per partem meridionalem et ibi est meta terrea sub arbore gurtanfa, et inde progrediens per eandem cadit in aquam Chasma, ubi est meta terrea sub arbore tulfa, et incipit tenere metas cum populi de Garig. Inde vero per Chasmam tendens inferius ad occidentem pervenit ad pontem, ubi est magna via, ubi eciam sunt due mete terree sub arboribus, quarum una tulfa dicitur et altera rekecia, incipiens ibidem tenere metas cum Episcopo Zagrabiensi, deinde vero tendens per eandem aquam Chasma pervenit ad arborem pomi, sub qua est meta terrea, inde vero protenditur ad locum, ubi est aqua Churnuc, et aqua illa progrediens superius ad locum ubi propter inundaciones aquarum meta terrea fieri non potest, sed est arbor cruce signata, que arbor tulfa dicitur, et ibi incipit tenere metas cum populis Chesmice, demum quoque iuxta eandem aquam Churnuc progreditur superius versus septemtrionem, ubi est meta terrea sub ulmo, et iuxta eandem aquam tendit ad arborem, que dicitur gurtanfa, sub qua est meta terrea, et ibi incipit metas tenere cum Dyonisio Bano. Deinde vero vertitur ad orientem per eandem aquam Churnuc, de qua tendit usque ad aquam Musina, de qua eciam transiens pervenit ad campum ubi est meta terrea sub arbore gurtanfa, inde vero tendit versus meridiem ad magnam viam, que vadit per metas terreas versus orientem ad tres tylias, sub quibus sunt mete terree, et ibi incipit tenere metas filio Woinch Bani, et de ipsa via vadit versus meridiem ad campum, ubi sunt due mete terree, et de illis duabus metis pervenit ad caput Ribinac, scilicet ad priorem metam, tenens cum predicto filio Woinch, ibique terminatur. Ut igitur hec a nobis facta donacio robur perpetuum obtineat, presentem concessimus paginam caractere bulle nostre auree communitam. Datum per manus dilecti et fidelis nostri Magistri Benedicti, Reverendi Archiepiscopi Colocensis et Aule nostre Cancellarii.

Venerabili Stephano Archiepiscopo Strigoniensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Cleto Agriensi, Blasio Chenadiensi, Stephano Zagrabiensi, Benedicto Jauriensi, Heymone Wachiensi Episcopis; Sede Wesprimiensi vacante, Artholpho Preposito in Sedem Ultrasilvanam electo. Ladizlao Palatino et Comite Simiguniensi, Matheo Magistro Tawarnicorum nostrorum et Comite Posoniensi, Dyonisio Bano tocius Sclauonie, Demetrio Judice Aule nostre et Comite Musuniensi, Rolando Magistro Dapiferorum nostrorum et Comite Supruniensi, Arnoldo Comite Nitriensi, Mauricio Magistro Pincernarum et Comite Jauriensi, Stephano Magistro Agazonum et Comite de Vrbaz, Balduino Comite Castri Ferrei, Cazmerio Comite Albensi ac ceteris quam pluribus Magistratus et Comitatus Regni nostri tenentibus. Anno ab Incarnacione Domini MCCXLV; sexto kalendas Maii. Regni autem nostri anno X.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 84. l.)

243.

IV. Incze pápa a jadrai érseknek és papságnak meghagyja, hogy monostornak illő helyiségről gondoskodjanak a sz. domokosiak számára. 1245.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo et dilectis filijs Clero Jadrensi salutem et Apostolicam benedictionem. Credentes firmiter et sperantes, ut preces nostras specialiter, cum pro religiosis personis illas vobis dirigimus, adimplere curetis; libenter ad ea, que religionis fauorem respicere dinoscuntur, nostris litteris vos hortamur. Hinc est, quod cum dilecti filij fratres Ordinis Predicatorum de Jadria illuc ad petitionem vestram et civium Ciuitatis eiusdem, sicut intimantibus ipsis accepimus, fuerint destinati, et nondum ibi locum, ubi morentur, congruum potue-

rint obtinere : Universitatem uestram monemus et rogamus attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus considerato prouide, quam sit utilis vobis in illis partibus fratrum presentia eorundem, ipsis de aliquo loco, in quo morari commode valeant, et deuote Domino famulari, ad collationem vestram spectante, in Ciuitate predicta providere libenter et liberaliter studeatis. Mandatum nostrum taliter impleturi, quod deuotionem vestram exinde dignis in Domino commendare laudibus valeamus. Datum Lugduni XII. kalendas Januarij, Pontificatus nostri anno secundo.

(Farlati, Illyricum Sacrum V. köt. 76. l.)

244.

IV. Incze pápának engedélye a zágrábi püspök számára, hogy ellene és egyháza ellen az apostoli széknek birái a kiközösités vagy interdictum itéletét ne hozhassák. 1245.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 84. l.)

245.

IV. Incze pápa felmenti a zágrábi püspököt és káptalant az apostoli szék követeinek ellátási kötelessége alól. 1245.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 86. l.)

246.

IV. Incze pápa Uriás pannonhalmi apátot az egyetemes egyházi zsinatra hívja meg. 1245.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio . . . Abbati Sancti Martini de Pannonia salutem et Apostolicam benedictionem. Dei uirtus et Dei sapientia Dominus Jesus Christus, cuius ineffabili subiecta sunt omnia Maiestati, a fundationis initio splendore uirtutum suam illustrauit Ecclesiam, et sic insignem reddidit singularis priuilegio potestatis, ut per eius ministerium suum iustitia consequatur effectum, et sedato guerrarum turbine mondo possit tranquillitas prouenire. Huius enim preminentiam dignitatis dum Nos reuerenter attendimus, qui regimini Generalis Ecclesie, licet immeriti, Diuina prouidentia presidemus, reddimur corde solliciti, quod tempestatis horror, qua ipsa turbatur Ecclesia, et religio Christiana concutitur, per nostre prouisionis auxilium celesti pietate propitia propulsetur. Hinc est, quod Nos, ut ipsa Ecclesia per fidelium salubre consilium et auxilium fructuosum status debiti possit habere decorem, ac deplorando terre Sancte discrimini, et afflicto Romanie Imperio propere ualeat subueniri, ac inueniri remedium contra Tartaros, et

alios contemptores fidei ac persecutores populi Christiani, nec non pro negotio, quod inter Ecclesiam et Principem uertitur, Reges terre, Prelatos Ecclesiarum, et alios mundi Principes duximus aduocandos. Rogamus itaque deuotionem tuam et hortamur attente, per Apostolica tibi scripta precipiendo mandantes, quatinus ad presentiam nostram omni prorsus occasione postposita, usque ad proximum festum Sancti Johannis Baptiste personaliter uenire procures, ut ipsa Ecclesia ex tue uisitationis honore spirituale gaudium, et ex tua industria consilium percipiat profuturum. Siturus, quod nos dictum Principem in predicatione nostra citauimus, ut per se uel per suos nuncios in Concilio celebrando compareat responsurus Nobis et alijs, qui aliquid contra ipsum proponendum duxerint, et satisfactionem ydoneam prestiturus. De personarum autem et euectionum moderato numero illam, cum ueneris, prouidentiam habeas, quod tue nimis onerosus Ecclesie non existas. Datum Lugduni idibus Januarij, Pontificatus nostri anno secundo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pápai ólompecsét lenzsinóron függ, a budai királyi kamarai levéltárban.)

247.

IV. Béla király Hudusa comes és rokonai számára szabályozza a Vizköz birtoka után járó katonáskodási kötelességet. 1246.

Bela Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex uniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem et omni bonum. Quanto Regalis prouidencia ceteros dignitatis auctoritate precellit, tanto ea, que per ipsius Maiestatem salubriter ac prouide ordinantur, firmiori debent robore stabiliri. Proinde ad

universorum noticiam tam presencium quam posterorum harum serie volumus pervenire: quod accendentes ad nostram presenciam Hodina Comes cum cognatis suis, videlicet Gurka, Peter, Bogdan et Bothochin, nobis sua peticione monstrarunt, quod pro terra quadam Wyschust nomine, sita in Comitatu Simigiensi, quam eis nostro privilegio ob fidelitatem suam et servicia multimoda nobis et Corone Regie fideliter impensa contuleramus, Banus unumquemque ipsorum singulariter compelleret, tam suo exercitui quam nostro, officium exercitus exhibere. Sed cum terre dicte utilitas tanti servicii laboribus et expensis non subpetat, talem eisdem graciam et merito duximus faciendam: quod de quinque iobagionibus supradictis, nostro et Bani exercitui unus eorum cum equis et armis decentibus servire teneatur. Ita eciam, quod post decessum eorum heredes seu successores eorundem prenominata gaudeant libertate, nec nos, seu successores vel iobagiones Regni hanc libertatem infringendi habeant potestatem. Ut igitur hec nostra concessio perpetue firmitatis robur obtineat, nec possit in posterum per quempiam retractari, presentes litteras concessimus ad maiorum rei firmitatem, duplicis sigilli nostri munimine perhenniter roboratas. Datum anno Domini MCCXLVI., quinto ydus Aprilis, Regni autem nostri anno undecimo.

(Tkalcsics, Monumenta hist. Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 87. l.)

248.

István zágrábi püspök Ivanch helységben apáczazárdát alapít. 1246.

Stephanus Dei gracia Episcopus Zagrabiensis omnibus presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui est salus omnium. Quoniam propter labilem hominum memoriam racio

quasi cautele mater, ut ius unicuique illesum servaretur, prudenter adinvenit gesta ipsorum litterarum testimonio perhempnare. Hac itaque consideracione inducti, ad universorum noticiam presencium posterorumque harum serie volumus pervenire : quod cum Ecclesiam in honore Sancte Marie, in villa Iwanch, construxissemus, et in eandem dominas moniales convocassemus : eedem donaciones salubriter factas inutiliter dissipantes, a nobis non habita licencia, recesserunt. Tandem ducti Dei misericordia, ad instanciam et evidentem peticionem illustrissimi Bele Regis et Regine, alias Sanctimoniales Christo famulantes in eandem Ecclesiam adduximus, quibus pro salute nostra, ut commode possent se sustentare, et pro domino Rege et Regina, et filio suo karissimo Stephano Rege, et pro nobis Deum exorare, omnes decimas populorum nove ville Iwanch, tam segetum, quam vini et porcorum et agnorum et hedorum ac apum et gallinas et decimas lini, que kitta dicuntur, et alia minuta que decimari solent in specie, et omnium vinearum nostrarum decimas in villa Iwanch, et tributum fori eisdem concessimus et statuimus pleno iure, singulis annis sine diminucione et contradiccione alicuius, ex consensu Capituli Zagrabiensis, percipiendas. Preterea eandem terram, quam priores domine in Iwanch possidebant, eisdem totaliter statuimus. Cuius terre meta prima incipit a terra iobagionis Episcopi nomine Povk, et venit ad arborem ilicis ; inde per rivulum venit ab arborem, que vulgo dicitur gertanfa ; abinde venit ad arborem, que wlgo dicitur chasfa ; deinde venit ad frucectum avellane ; inde per vallem descendendo venit ad fluvium Chemernicha, ad locum ubi est molendinum Radomerii ; deinde venit ad pontem, abinde iuxta fluvium Chemernicha eundo venit ad unam magnam pirum, inde venit ad molendinum Scytk, quod est super fluvium Chemernicha ; deinde venit ad caput fluvii Chemernicha, et iuxta caput predicti fluvii oritur quidam rivulus, et de rivulo itur ad unam cerasum cruce signatam ; abinde venit ad rivulum et de rivulo ad frucectum avellane ; deinde venit ad primam metam et sic terminatur. Item duo mancipia cum filiis et filiabus, et curiam cum domibus et edificiis ibidem prope ecclesiam Sancte Marie existentem, perpetuo pacifice et quiete contulimus possidendam. Et si quis de Comitibus nostris pro tempore consti-

tutis aliquam eisdem inferret molestiam, indignacionem Dei Omnipotentis, et Beate Virginis Marie et nostram incurrat. Et si alique nostre littere prius confecte, per moniales supradictas contra hoc nostrum statutum fuerint presentate, nullum robur firmitatis volumus obtinere. Ut autem hee nostre donaciones robur perpetue firmitatis optineant, presentes litteras nostro sigillo et nostri Capituli fecimus roborari. Datum per manus Magistri Petri Archidiaconi de Kemluk, anno Gracie MCC. quadragesimo sexto.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 87. l.)

249.

IV. Béla a gradeczi hegyet adományozza a zágrábi káptalannak. 1247.

Bela Dei gratia Hungarie, Dalmatie, Chroatie, Rame, Seruie, Gallitie, Lodomerie, Cumanieque Rex universis Christi fidelibus, presencium noticiam habituris, salutem in eo, qui Regibus dat salutem. Oculi sedentis in throno Regio digne considerare debent, quid sit utile, quid necesse, cuius circumspeccio in ea pocius provisionis specie delectatur, que extra id quod reipublice utilitatem respicit, opus eciam pietatis noscitur importare. Proinde ad univorsorum, tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volumus pervenire: quod accedentes ad presenciam nostram Fyle Prepositus Zagrabiensis, Magister Job Prepositus Bachiensis Comes Capelle nostre et Canonicus Zagrabiensis, Zoym Prepositus Chasmensis, Petrus Cantor Archidiaconus Zagrabiensis, Mychael Lector et Ladislaus Decanus Zagrabiensis, Petrus Camaricensis et Petrus de Kemluk Archidiaconi, et alii de Capitulo Zagrabiensi nomine ac Vice Capituli, nobis humiliter sup-

plicarunt, quod cum formido, que specialiter ex terribili sevitia Tartarorum seu aliorum hostili incursu ipsis in futurum imminere timetur, munitionem aliquam pro recipiendis, tuendis et defensandis suis et suorum personis ipsos querere seu condere impellat, montem quendam, nomine Gradyz, in Comitatu Zagrabiensi, iuxta Zagrabiam existentem, cuius montis partem quandam ad villam hospitum de Grez, quandam vero ad Wanlegen novimus pertinere, eis conferre et tradere dignaremur, cum non habeant in tanto vento turbinis, ymmo tam generali metu mortis, ubi sua et suorum capita valeant reclinare, vel bona Ecclesie Zagrabiensis ac sua tuto munimine defensare. Nos igitur, quibus ex suscepti regiminis officio incumbit universis nostre Corone fidelibus, maxime in tanto necessitatis articulo, manum auxilii porrigere, considerantes, quod talis provisio in corpore et anima nos hedificat ad salutem, dictum montem cum terra circumadiacente, sufficiénte usui et commoditati unius magne ville, eidem Capitulo in perpetuum dedimus et contulimus pleno iure; hoc expresso, quod in eodem monte dictum Capitulum assumat pro se, hoc est pro communitate, decentem porcionem, que muniatur optime per expensas tocius Capituli; cuius municionis septa tempore discriminis venture, quod absit, illis pateant illosque suscipiant, qui sibi per se specialiter hedificare noluerint, vel fuerint impotentes. Persone vero supradicte vel alie de eodem Capitulo, que potentes fuerint hedificare sibi turres speciales, assumant ex voluntaria et speciali collacione Capituli loca arearum, in quibus hedificent turres et muros pro suis specialibus familiis atque rebus, secundum quod uniuscuiusque porcionem contingit; que quidem hedificia suis heredibus, heredumque successoribus, vel quibuscumque voluerint, valeant dare, donare, concedere et perpetuo legare, iuxta sue beneplacita voluntatis, dominio tamen ipsius castri dicto Capitulo per omnia reservato. In cuius montis, et terre circumadiacentis corporalem possessionem per fidelem nostrum Abram, Comitem de Moroucha, ipsum fecimus introduci. Ne igitur sepedictum Capitulum super dictis, monte et terra, temporum curriculo per quempiam inquietari valeat seu aliquatenus molestari, sed eis pocius perpetuo et irrevocabiliter perseverent, presentes in perhennem nostre collacionis stabilitatem concessimus et tradidimus lit-

teras, dupplicis sigilli nostri munimine in ius perpetuum roboratas. Datum in Zolum anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, tercio idus Septembris, Regni autem nostri anno duodecimo.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 88. l. V. ö. Fejér Cod. Dipl. IV. köt. 1. r. 472. l.)

520.

IV. Béla megerősíti 1225. kiadott, két topliczai birtokrészt tárgyazó alapítványra vonatkozó privilegiumát, a zágrábi káptalan számára. 1247.

Bela Dei gratia Hungarie, Dalmatie, Chroatie, Rame, Seruie, Gallitie, Lodomerie, Cumanieque Rex universis Christi fidelibus presentium noticiam habituris, salutem in eo, qui est vera salus. Accedentes ad presentiam nostram fideles nostri, Fyle Prepositus Zagrabiensis; Magister Job Prepositus Bachiensis, Comes Capelle nostre et Canonicus Zagrabiensis; Zoym Prepositus Chazmensis, Petrus Cantor Archidiaconus Zagrabiensis, Michael Lector, et Ladislaus Decanus Zagrabiensis, Petrus Camaricensis et Petrus de Kemluk Archidiaconi, et alii de Capitulo Zagrabiensi, nomine ac vice Capituli, privilegium, tempore nostri Ducatus concessum et nostro ducali sigillo impressum, nobis exhibuerunt, quod vidimus et manu nostra tenuimus, ac invenimus nec in cera, nec in carta, nec in aliqua sui parte aliquatenus viciatum, quod verbo ad verbum presentibus inseri fecimus in hac forma:

In nomine stb. Bela Dei gracia Rex stb. (következik Béla akkor ifjabb királynak 1225-ki privilegiuma, mint fentebb 120. sz. a.)

Petentes humiliter et attente, quatenus dignaremur illud Regie auctoritatis insigniis confirmare. Nos igitur iustis petentium desideriis assensum facilem adhibentes, d privi-

legium auctoritate Regia confirmamus, statuentes, ut possessiones in eodem privilegio expresse, eadem gaudeant per omnia libertate, qua cetere possessiones eiusdem Ecclesie seu Capituli gaudere noscuntur. Ne igitur huius nostre confirmaciones series valeat processu temporum a quolibet infirmari, sed perseveret iure perpetuo illibata, presentes litteras dupplicis sigilli nostri munimine iussimus roborari. Datum in Zolum, anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo XLVII.; tercio idus Septembris, Regni autem nostri anno duodecimo.

(Tkalcsics, Monum. historica Episc. Zagrabiensis I. köt. 90. l.)

251.

Jadra város hódol a velenczei köztársaságnak. 1247.

Pactum Jadre.

In nomine Dei Eterni Amen. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, die primo mensis Augusti, indictione quinta. In presentia fratris Alberti Magistri Fratrum Minorum de Venetiis, fratris Venture eiusdem Ordinis, Alexandri de Resio Judicis Tarvisii, domini Alberti Papi de Tarvisio, Johannis Bergonci, Mathei de Padua, Gordiani, Angeli Franco, et aliorum plurium testium ad hoc rogatorum. Nos quidem Papo de Petrona et Grisogonus de Mauro Nuntii, Syndici, Procuratores et Actores domini Stephani de Piciga Judicis et Rectoris Jadretinorum None commorantium, et hic presentium et existentium, et ipsorum Jadretinorum, nomine ipsorum et Universitatis Jadretinorum et nostro asserimus : quod cum instigante humani generis inimico et exigentibus peccatis nostris, nos predicti Jadretini Civitatem Jadretinam rebellaverimus sine causa contra piissimum dominum nostrum Jacobum Teupolum Dei gratia Venetiarum, Dalm

Chroatie inclitum Ducem, Dominum quoque Quarte Partis et Dimidie totius Imperii Romanie, et contra famosissimam et magnificam Provinciam Venetiarum, et eorum incurrerimus indignationem hac de causa in tantum, quod a victoriosissimo exercitu eorumdem capta Civitate Jadretina iubente domino eiecti et expulsi fuerimus de eadem, et confusionem et desolationem maximam passi fuerimus in terris alienis; tamen licet immeriti confisi de clementia benignitatis predicti domini nostri Ducis suique Consilii et Communis Venetiarum missi fuimus a Jadratinis predictis ad pedes iam dicti domini nostri Ducis ad petendum eius misericordiam cum gratia, et Civitatem Jadre cum omnibus pertinentiis suis, et pacta et promissiones et obligationes faciendum dictis domino nostro Duci et Communi Venetiarum, atque recipiendum eorum nomine et auctoritate et nomine dicte Civitatis Jadre et Communis eiusdem et universorum Jadretinorum ubique commorantium, et super omnibus et in omnibus, que duxerimus faciendum tam in rebus quam in personis huius facti occasione ad voluntatem et beneplacitum iam dicti domini nostri Ducis eiusque Consilii atque nostrum, sicut in publico instrumento dicte procurationis et syndicarie manu Gabrielis Paulini Notarii et Ducalis aule Venetiarum Cancellarii confecto plenius continetur, tenor cuius inferius denotatur. Verum ad pedes predicti domini Ducis pro his humiliter accedentes, et gratiam et misericordiam postulantes, idem clementissimus dominus noster Dux cum suo Consilio ad Dominum et misericordiam respectum habens, et non ad merita nostra respiciens, nos omnes Jadretinos ad suam gratiam revocavit atque recepit, ac nobis et aliis Jadretinis universis iam dictis dictam dedit Civitatem cum pertinentiis suis, cum pactis et conditionibus inter nos tractatis, ordinatis et concordatis, et a nobis promissis nomine et vice atque mandato et auctoritate predictorum omnium Jadretinorum perpetuo observandis, que talia sunt: Volunt Jadretini semper Archiepiscopum eligere de Venetiis et habere a Gradu videlicet usque Caput Aggeris, eiusque electionem presentabunt domino Patriarche Gradensi confirmationem ipsius electionis postulantes; et confirmatione facta veniet electus ad Sedem Patriarchalem, et consecrationem de manu sua recipiet, facietque ei fidelitatem, reveren-

tiam et obedientiam ei exhibere promittens, et omnes honorificentias alias, quas dominus Lampredius Archiepiscopus exhibuit domino Patriarche Henrico Dandulo et obsequia debita ; iurabit quoque fidelitatem domino Duci et successoribus suis, et sic facient omnes Archiepiscopi, qui in perpetuum erunt, Ducibus et Patriarchis, qui per tempora erunt. Archiepiscopus autem a domino Patriarcha honorem accipiet consuetum, et ius de Dalmatinis Episcopis ei non minuatur. Habebit Archiepiscopus omnes introitus et omnes honorificentias, quas habere consueverant Archiepiscopi, qui fuerunt ante; et a Communi Jadre insuper omni anno in kalendis mensis Martii unum milliarium et dimidium cuniculorum bonarum. Qui autem electus fuerit, si forte electionem in se factam recusaret, eligere de Venetiis non cessabunt, usque dum inventus fuerit, qui electionem in se factam recipiat. Clerus autem bis in anno, videlicet in Nativitate Domini et in Pascha Resurrectionis, laudes cantabunt in Maiori Ecclesia solempniter domino Duci et domino Patriarche, atque Archiepiscopo suo et Comiti omni anno, propter quod benedictionem recipiet consuetam. Habebunt itaque Jadretini semper Comitem de Venetiis, quem dominus Dux Venetiarum cum suo Consilio eligendum duxerit et constituendum in eadem Civitate perpetuo, vel ad terminum ad voluntatem et beneplacitum domini Ducis Venetiarum suique Consilii; qui Comes, qui erit pro tempore, habebit in regimine suo et pro regimine suo liberum arbitrium in omnibus factis et negotiis illius terre, et ad iustitiam faciendam in rebus et personis, et ad omnia, que spectabunt ad salvationem illius terre pro honore Venetiarum, salvis pactis in presenti pagina comprehensis, et salvo quod terra Officiales habeat, sicut consuevit ad communes rationes faciendas, sine tamen preiudicio liberi arbitrii regiminis dicti domini Comitis et pactorum istorum. Etiam habebit dictus Comes duos Consiliarios de Venetiis, si domino Duci et suo Consilio placuerit. Pro salario dicti Regiminis dabunt Jadretini omni anno libras denariorum Venetorum duo millia. Et habere debeant Jadretini in communi suo redditus sui Comitatus, salvo quod dictus Comes habere debeat omnes honorificentias, quas alii Comites solebant habere. Habebit etiam dictus Comes pro sua habitatione et utilitate domum

cum omnibus pertinentiis suis, que fuit quondam Damiani Varicassi de Jadra, in qua nunc habitat nobilis vir Angelus Maurocenus Comes Jadre de mandato dicti domini nostri Ducis; de valimento cuius domus Jadratini satisfacient Damiano predicto ad voluntatem domini Ducis. Jurabit enim dictus Comes fidelitatem domino Duci Venetiarum et successoribus suis in perpetuum. Jurabunt autem et omnes homines Comitatus Jadre a quatuordecim annis et supra fidelitatem domino Duci et succesoribus suis, et ipsa fidelitatis iuramenta renovabunt singulis decem annis. Jurabunt etiam omnes fidelitatem domino Comiti et Comitibus in perpetuum futuris, salva fidelitate domini Ducis ad honorem Venetiarum et salutem Jadre. Et si forte contigerit, dominum Ducem vel successores Jadre applicare, recipient eum Jadretini honorifice et tractabunt, et nuncios suos similiter. Et si dominus Dux voluerit hospitari in domo Archiepiscopali, habebit eam ad suam honorificentiam et voluntatem; sin autem, dabitur ei domus honorabilis usque dum steterit ibi. Et quoties Venetiis fecerit exercitum usque Ragusium, et a Ragusio et infra, sicut Venetia faciet, sic facient Jadratini secundum numerum virorum suorum. Si vero fecerit exercitum a triginta galeis et supra, que debeant transire Ragusium, facient inde Jadretini tricesimam partem, et stabunt in servitio Venetiarum usque dum steterit exercitus Venetiarum. Tollentes Jadretini pro communi de omnibus navibus extraneorum, que illuc applicuerint ad portum faciendum, illam dationem, quam Venetia tollit extraneorum navibus, de qua tertiam partem dabunt Archiepiscopo suo, et due partes deveniant in Commune Jadre. Omnes autem, qui erunt amici Venetiarum, Jadretini ipsos pre amicis habebunt. Nec debeant Jadretini compagniam vel societatem aliquam cum ullo habere cursalium vel aliorum, qui sunt manifesti predones aut raubatores, qui homines Venetiarum offendant, vel alios Venetiam venientes aut redeuntes ab ea; nec eos debeant recipere vel fidentiam aut securitatem aliquam eis prestare, nec auxilium neque consilium eis impendere, nec in aliquo necessaria ministrare, nec aliquid horum ullo ingenio fieri facere. Item Jadretini parentelas de cetero non contrahent cum Sclavis, nec eos inter se recipient ad habitandum, nisi

secundum voluntatem domini Ducis Venetiarum. Item abiurabunt Jadretini omni fidelitate et iuramento, quod vel que fecissent contra honorem domini Ducis et Communis Venetiarum. Obsides autem dabunt Jadretini quadraginta domino Duci et Communi Venetiarum, quos dominus Dux cum suo Consilio eligere voluerit et nominare de Jadretinis, moraturos semper in Venetiis obsides quadraginta omnibus expensis Jadretinorum ; et si eorum aliquis moreretur, dabunt alium in loco eius in electione domini Ducis et sui Consilii cambiendo dictos obsedes ad annum vel infra secundum voluntatem et beneplacitum domini Ducis eiusque Consilii. Dabunt insuper Jadretini omni anno in Venetiis Communi Venetiarum iperperos centum quinquaginta in kalendis Martii in perpetuum, aut tria milliaria bonarum cunicularum in Jadretinorum arbitrio. Preterea Jadretini, antequam intrent in Civitatem Jadre, muros et domos Civitatis destruent, et lapides portabunt suis expensis omnibus et labore ad voluntatem domini Ducis suique Consilii, nec ipsos muros vel ipsas domos rehedificabunt sine licentia speciali domini Ducis suique Consilii. Item si voluerit dominus Dux et Commune Venetiarum, facient, habebunt et tenebunt castellum vel castella, munitionem vel munitiones in Jadra ad voluntatem suam et eius Consilii. De soldis vero custodiarum dicti castri vel castrorum seu aliarum munitionum, pro quibus vos domine noster Dux petistis libras duo millia denariorum Venetorum solvendis et dandis a Jadretinis omni anno, sic nos prefati nuntii Jadretinorum asserimus, quod cum hoc Jadretini facere non possint tempore in presenti propter eorum nimiam paupertatem et desolationem, procedente tempore, si videbitur domino Comiti, qui pro tempore erit in Jadra, quod possibilitatem habeant Jadretini solvendi soldos dictarum custodiarum, hoc facient ad voluntatem Comitis memorati usque ad summam librarum mille omni anno. Laborabunt staream Jadretini ita tamen, si aliquo tempore videretur domino Comiti iam dicto, quod sine periculo terre Jadre laborari non posset, cessabunt Jadretini laborare staream seu in staream ad voluntatem domini Ducis Venetiarum eiusque Consilii. Erit autem portus salis in Jadra ad voluntatem domini Ducis et eius.Consilii, et quotiescumque

eidem domino Duci et suo Consilio placuerit, ita quod factis et deductis expensis pro ipso negotio salis medietatem proventus, introitus et lucri ipsius salis habeat Commune Venetiarum et aliam medietatem Commune Jadre. Habebunt namque Jadretini iam dicti, qui exierunt Civitatem Jadre ubique commorantes, et qui remanserunt in Civitate, ipsam Civitatem Jadre cum pertinentiis suis, et libertate pristina, quam habebant in mercationibus et datiis tam in Venetiis quam in omnibus aliis partibus, salvo quod homines Venetiarum et alii suas possessiones habere integre debeant in Jadra et eius Districtu, et omnes rationes suas ad hec. Ad satisfactionem dampnorum et iniuriarum primo iuxta electionem domini Ducis suique Consilii quindecim Jadretini de illis, qui fuerunt capita et auctores rebellationis predicte Civitatis Jadre, quos dominus Dux cum suo Consilio elegit et nominavit, personaliter Venetias venerunt ad standum usque ad quinque annos Venetiis, securi tamen in personis, et habentes omnes possessiones suas, et ipsorum familie stabunt in Jadra. Item pro honore domini Ducis et reverentia exhibenda eidem Jadretini cum tribus sagiteis circa ducentis hominibus armatis, de quibus centum fuerunt electi ad voluntatem domini Ducis Venetiarum, usque ad pedes eius venerunt, et inclinati bis usque ad terram ante pedes eius misericordiam implorarunt. Item domino Johanni Michaeli quondam Comiti Jadre pro satisfactione iniurie reddent et dabunt Jadretini quingentas libras denariorum Venetorum, et pro dampnis suis de Pago satisfacient, et dabunt eidem domino Johanni Michaeli libras septingentas octuaginta et quatuor denariorum. Item omni anno dabunt et solvent Jadretini predicto domino Johanni Michaeli quousque vixerit libras ducentas denariorum Venetorum. Item habeat idem dominus Johannes Michael omnes possessiones suas de Jadra, sicut concessum et datum fuit ei per dominum Ducem et Consilium Venetiarum. Decem et novem millibus libris solvendis hominibus Venetiarum pro restitutione bonorum, ablatorum eisdem in rebellatione Civitatis predicte, habebunt Jadretini induciam unius anni primi venturi, et abinde omni anno usque ad quatuor annos dabunt et solvent eis Jadretini libras denariorum Venetorum quatuor millia et septingentas denariorum Venetorum, sci-

licet libras centum et viginti quinque in uno quoque termino supradictorum quatuor annorum. Item Jadretini omnia sua ligna currentia educent de Nona secum in Jadram, que retinebunt aut vendent ad voluntatem domini Ducis vel Comitis Jadre. Insuper autem postquam Jadretini predicti primo intrabunt civitatem Jadretinam, quandocumque a domini Ducis et Comunis Venetiarum nuntiis, syndicis seu procuratoribus requisitum fuerit, universi Jadretini ad maiorem etiam firmitatem et evidentiam pleniorem deliberato consilio in publica contione predicta pacta, promissiones, obligationes et conditiones approbabunt et confirmabunt, et promittent per se suosque heredes et successores, et iuramento firmabunt universi et singuli pro suo capite omnia predicta et singula attendere facere et observare in perpetuum, et nullo tempore contravenire aliquo modo vel occasione. Hec autem omnia predicta et singula nos Papo de Petrona et Grisogonus de Mauro nuntii, syndici, procuratores et actores predictorum Jadretinorum promittimus vobis domino nostro Duci et successoribus vestris pro Communi Venetiarum, et iuramus ad Sancta Dei Evangelia in animabus ipsorum Jadretinorum et in animabus nostris attendere, adimplere et firmiter observare in perpetuum, et nullo tempore contravenire aliquo modo vel occasione. Tenor autem dicti instrumenti procurationis et syndicarie, cuius est habita superius mentio, talis est:

In nomine Dei Eterni Amen. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, die ultimo mensis Julii, indictione quinta. Cum instigante humani generis inimico et exigentibus peccatis nostris nos Jadretini Civitatem Jadretinam rebellaverimus sine causa contra piissimum dominum nostrum Jacobum Teupulum Dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Chroatie Ducem, Dominum quoque Quarte Partis et Dimidie totius Imperii Romanie, et contra famosissimam et magnificam Provintiam Venetiarum, et eorum incurrerimus indignationem hac de causa in tantum, quod a victoriosissimo exercitu eorumdem capta civitate Jadretina, volente Domino eiecti et expulsi fuerimus de eadem, et confusionem et desolationem maximam passi fuerimus in terris alienis, tamen, licet immeriti, confisi

de clementia benignitatis predicti domini Ducis suique Consilii et Communis Venetiarum, nos Stephanus de Picica Judex et Rector Jadretinorum None commorantium et omnium hic presentium et existentium, et nos Jadretini Consiliarii dicti nostri Judicis et Rectoris, asserentes nos esse tres partes et ultra, per quod Consilium Universitas Jatretinorum regitur et eorum negotia terminantur, et maxima quantitas virorum Jadretinorum presentium et existentium, ad hoc faciendum communicato consilio et unanimi voluntate facimus et constituimus nomine nostro et nomine totius Universitatis Jadretinorum ubique commorantium viros nobiles Papum de Petrona et Grisogonum de Mauro nostros et Universitatis predicte nuntios, syndicos, procuratores et actores ad petendum nomine nostro et omnium predictorum misericordiam cum gratia domini nostri Ducis Venetiarum, et Civitatem Jadre cum omnibus pertinentiis suis, dantes, et tradentes eisdem liberam, generalem et plenissimam virtutem et potestatem pacta, promissiones et obligationes faciendi domino nostro Duci Venetiarum et Communi, ac recipiendi nomine nostro et auctoritate, et nomine et auctoritate dicte Civitatis Jadre et Communis eiusdem et universorum Jadretinorum ubique commorantium, et super omnibus et in omnibus, que duxerint faciendum tam in rebus quam in personis huius facti occasione ad voluntatem et beneplacitum iam dicti domini nostri Ducis eiusque Consilii, et predictorum nuntiorum, syndicorum sive procuratorum nostrorum, et iurandi in animabus nostris et predicte Universitatis de complemendis et servandis omnibus, que in predictis vel aliis circa predicta per eosdem facta fuerint et ortinata cum dicto domino nostro Duce Venetiarum eiusque Consilio, ratum et firmum habere promittentes in perpetuum per nos nostrosque heredes et successores, quidquid in predictis vel aliis circa predicta cum Magnificentia dicti domini nostri Ducis duxerint faciendum ; confitentes et asserentes, nos esse apud Venetias in nostra libera potestate, et in nulla forcia vel districtu dicti domini nostri Ducis et Communis Venetiarum vel alterius persone, dictam syndicariam et procurationem voluntate spontanea facientes. Etiam asserimus et confitemur predictum Stephanum de Picica tempore presenti nostrum et Universitatis predicte esse Judicem et Rec-

torem. Actum Venetiis apud Ecclesiam Sancte Marie de Templo, in presentia fratris Alberti Magistri Fratrum Minorum de Venetiis, fratris Galzegne eiusdem Ordinis, fratris Alberti presbiteri Capellani Milicie Templi, fratris Leazarii eiusdem Ordinis Militie Templi, Bonacursi Clerici dicte Sancte Marie de Templo, domini Alexandri de Resio Judicis Tarvisini, Alberti de Sancto Bonifacio, Pauleti de Braida et aliorum plurium ad hoc testium rogatorum. Ego Gabriel Paulinus Notarius et Ducalis aule Venetiarum Cancellarius predictis interfui, et rogatus scripsi, complevi et roboravi. Acta sunt hec Venetiis in felici urbi Rivoalti in Palatio Ducatus, presentibus, volentibus, consentientibus et approbantibus hec omnia predictis Stephano de Picica Judice et Rectore predictorum Jadretinorum et Consiliariis suis et centis aliis, quorum nomina inferius denotantur, qui etiam promiserunt et iuraverunt omnia suprascripta attendere et observare, et fidelitatem domino Duci suisque successoribus in Ducatu; et abiuraverunt omni iuramento et fidelitati, que vel quod fecissent contra honorem domini Ducis et Venetiarum. Nomina autem predictorum Jadretinorum sunt: Stephanus de Picica Judex et Rector Jadretinorum, Creste de Scolatura, Preste de Matafara, Perregrinus de Genanno, Petrus de Nicola, Petrizo de Ponte, Limessi, Micha de Limisso, Nicola Rubeus, Volcina de Matafarra, Paulus de Lamprezo, Andreas de Cotopagno, Gube de Lisiza, Vita de Leonardo, Petrus de Arbor Consiliator et Camerarius. Bogxelanus de Segla, Dominicus de Regali Consiliator et Tribunus. Omnes supradicti sexdecim erant Consiliarii dicti Stephani Judicis et Rectoris. Andreas de Petriza, Micha de Cevalelli, Vita Zadulin, Petrus de Raola, Madius de Vitazo, Zorzi de Zeregla, Sizonus de Scandarella, Blasius de Pesenigo, Prode de Seregla, Nicola gener de Sconila, Micha de Posil, Miresclao, Cosa de Petrogna, Micha de Carlafar, Vita Figasolo, Damianus Mengaza, Blasius de Sope, Dimigna Melicro, Designa de Birfo, Vitazo de Scolatura, Candi de Johanne Ragno, Preste de Bocasin, Cacilla de Scolatura, Mattheus de Grintoso, Marinus de Dobreraia, Marinus de Grobegna, Johannes de Batovano, Petrus de Grisovano, Vilanus de Prodanclo, Madius de Muto, Vita Spenzola, Marinus Menevetre, Drese de Vale, Paulus de Salbe,

Volcinna de Martinusso, Mazo filius Scherbeze, Damianus Varicasso, Georgius Pedriti, Stephanus de Laurentio, Zeputa, Petrigna, Egidius, Dessa, Damianus Figasollo, Mattheus Scherbizo, Drasi de Matafaro, Vita de Morbiza, Stephanus de Sodia, Leonardus Docia, Sope de Gancio, Theodorus Stephani, Jovellus de Bellessi, Marcus de Stricala, Marinus de Simirgoto, Sergius de Gevernich, Dobro de Clebelle, Maurus de Mergen, Jacobus de Limisso, Ginanus de Peregrino, Vivaldus de Stephano, Andreas de Cotopagno, Micha de Dosiza, Mattheus de Gastaldo, Nassi de Buialdo, Platon de Lovre, Micha de Formiri, Martinus de Theodoro, Jacobus de Petramorta, Jacobus de Damiano, Petrus de Otra, Dobroffo Carlac, Micha de Baiamonte, Madius de Morviza, Micha de Petro, Damianus Surdus, Ciprianus Anastasii, Stephanus Falicancius, Johannes de Peregrino, Dobre de Nicola, Georgius de Birfo, Prodanus de Domigna, Marinus de Zorzi de Petraza, Stephanus de Formin, Petre de Johanne de Lipa, Cernue de Zambara, Johannes filius Andree de Petriza.

P. H. Ego Gabriel Paulinus Notarius, et Ducalis aule Venetiarum Cancellarius predictis interfui, et rogatus scribi complevi et roboravi.

P. H. Et ego Engilerus de Cantono de Tervisio hoc exemplum exemplavi. Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, die sexto intrante Octobris, indictione sexta, viris nobilibus Mauro Mauroceno et Raynerio Geno, et Johanne de Canale, Legatis domini Duci in Jadra accipientes a Jadratinis sacramentum et fidelitatem dederunt cis Civitatem Jadre cum suis pertinentiis secundum dacionem et pactum, quod fecit dominus Dux a Jadratinis.

(A »Libri Pactorum« velenczei államkönyvből I. köt. 334. l.).

252.

IV. Béla királynak Pokoy et Pruzlom földeket tárgyazó adománya Kadarkaluz nemzetségbeli Andronik mester Endre fia számára. 1248.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Circumspeccio Regum prouida condignis premijs sibi obsequentes sic debet occurrere, vt ex digna remuneracione premiorum alios eciam exemplo consimili ad maiora fidelitatis opera reddat promciores. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam peruenire uolumus presencium per tenorem : quod cum nos consideratis probitatis operibus fidelis nostri Magistri Andronici filij Andree de genere Kadarkaluz quasdam terras de Castro Zeghuuria, Pocoy videlicet et Pruzlom, prope confinium Regni nostri existentes, pro terra descensuali, vt ijdem in custodia confinij Regni nostri vigilem et prouidam adhibeant diligenciam, de plenitudine gracie nostre sibi duxissemus conferendas ; et eas per dilectum et fidelem nostrum Okch Comitem filium Okch sibi iussissemus assignari : quia tamen idem confisus de operibus sue probitatis super detencione illarum terrarum nostrum priuilegium tunc recipere pretermisit, credens per sui valorem ipsas terras per suam industriam posse commode detineri ; dilecti et fideles nostri Stephanus Banus tocius Sclauonie, et Philippus Episcopus Zagrabiensis, quibus terras ipsius Castri indebite occupatas restituere precepimus, predictas terras restituerunt Castro antedicto, cum idem Andronicus nullum exhibere munimen potuerit, quo titulo ipsas possideret. Sed quia nos ex suscepti regiminis officio tenemur nostram donacionem nequaquam minuere, sed eciam pocius augmentare, aut saltem eam irretractabiliter conseruare; considerantes maxima continue fidelitatis obsequia, que idem nobis tam

circa maritima, quam alibi studuit iugiter exhibere; accedente insuper, sicut eciam nobis ex insinuacione predicti Bani et multorum aliorum innotuit, quod idem propter tuicionem confinij illius plurimum fructuosus, imo necessarius pocius habeatur, cum propter suam probitatem et confinij illius commoditates maioribus esset merito remunerandus donatiuis; predictam donacionem nostram super ipsis duabus terris quinque aratrorum, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs a memorato Castro penitus exemptis, ratam habentes atque firmam, et ipsas terras eidem denuo et de plenitudine gracie nostre conferentes, imo magis donatas iam pridem et collatas presentibus duximus confirmandas. Quarum mete, prout nobis per litteras Okch Comitis constitit, hoc ordine distinguntur: Prima igitur meta incipit ab oriente apud arborem tilie, sub qua est meta terrea, habens vicinam terram Castri de Cubul; inde procedit post montem versus meridiem diu, et venit ad cacumen montis ad metam terream, ibique metatur cum filio Jordani; inde post eundem montem venit ad duas metas terreas subtus nirfa, et ibi vicinatur terre Krisanich castrensium, et descendit in vallem, et venit per metas vbique in vicinitate cum alia terra filij Jordani; extunc procedit versus occidentem per nemus, et venit ad metam antiquam, ibique cadit in riuum Vrbua, in quo procedit aliquantulum, et venit in fluuium Sennicze, et ibi est meta terrea, et metatur cum terra Marechay; inde vadit in locum qui Induodini dicitur, et secus Senniczam uadit in longum et cadit in Senniczam iterum, et ibi metatur cum terra Chare filij domini Bani; inde contra septemtrionem in eodem fluuio, et reflectitur per nemus versus orientem, et venit ad metam terream subtus montem, ibique adheret terre Segura, et cadit in riuum Vrbua, et ascendit montem ad metam terream; inde contra septemtrionem vadit diu post montem, et per metas venit ad bikfa, et ibi limitatur cum Salomone; et inde descendit in vallem versus orientem, et ascendit montem, et venit ad arborem duter (?), in qua est signum in modum crucis, et subtus meta terrea; inde versus meridiem post eundem montem, et venit ad primam metam. Vt autem hec a nobis facta donacio robur obtineat perpetuitatis, nec possit ab aliquo processu temporum in irritum reuocari, presentes eidem concessimus litteras duplicis sigilli nostri

munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo CC•XL• octauo septimo kalendas Nouembris, Regni autem nostri anno quartodecimo.

(1616, »feria sexta proxima ante festum Beatorum Fabiani et Sebastiani martirum« kelt oktávás átiratából; a budai kir. kamarai levéltárnak Zágrábban lévő részében.)

253.

IV. Béla király Vizköz helységet tárgyazó azon itélete, hogy az Kordua megyéhez nem tartozik. 1248.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 90. l.)

254.

A velenczei köztársaság és a templomrend közti egyezkedés azon károsítások tárgyában, melyeket velenczei kalmárok s velenczei felsőség alatt álló néhány személy Szegnában szenvedtek. 1248.

Transactio inter Dominium Venetiarum et Magistrum Domus Militie Templi pro damnis illatis Venetis quibusdam a Templariis in captione et combustione civitatis Senie.

In nomine Dei Eterni Amen. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, die sexto exeunte mense Aprili, indictione sexta, Rivoalti, in palatio Ducatus Veneciarum. Presentibus

testibus rogatis nobilibus viris dominis Nicolao Donato et Marco Cornario Procuratoribus Sancti Marci, Philippo Contareno, Johanne Gradenico, Andrea Delfino, Johanne Teupolo et aliis multis. Hec est concordia inita inter dominum Jacobum Teupolum, Dei gratia inclitum Ducem Veneciarum ex una parte, suo nomine et Comunis Veneciarum, et fratrem Jacobum de Turrisellis ex altera, nuncium venerabilis fratris domini Guilielmi de Sonai, Magistri Domus Milicie Templi, ad hanc concordiam faciendam transmissum atque constitutum, ut apparebat per litteras sigillatas dicti Magistri, presentibus et consencientibus fratre Harmanno de Burgo, Preceptore in Campania et Marchia Tarvisana, et fratre Jordano, Preceptore Orane et Sennie : videlicet, quod dictus Magister per se vel nuncios suos pro satisfactione et restitucione dampnorum, que data et illata fuerunt mercatoribus Venetis, Veglensibusque et Arbensibus in civitate Sennie, olim tempore captionis et combustionis ipsius civitatis, dari et solvi faciet hic in Veneciis dicto domino Duci vel eius successori seu nuncio recipienti pro mercatoribus memoratis usque ad summam librarum quinque milium et ducentorum quinquaginta denariorum Venetorum parvorum, dando et solvendo solidos viginti denariorum Venetorum grossorum minus denario uno pro libra computando libra ipsorum grossorum pro libra viginti sex denariorum Venetorum parvorum per tres annos, ita quod tercia pars supra scripte summe pecuniarie persolvatur omni anno in isto festo Beati Petri mensis Junii, et terminus huius solutionis non in isto festo proximo Sancti Petri, sed in alio festo Sancti Petri proxime venturo incipiatur, et in ipso termino tertia pars persolvatur, et sic sub pena dupli huius sume peccuniarie debeat observari in solucione pecunie memorate cum dampnis et expensis restituendis, que fierent inde a domino Duce vel mercatoribus supradictis. Unde dictus dominus Dux nomine suo et Communis Veneciarum, et nomine Comitatus et hominum Vegle, et Comitatus et hominum Arbe, predicto fratri Jacobo recipienti nomine et vice predicti Magistri et Domus Milicie Templi fecit finem et remissionem de omnibus dampnis et iniuriis, que peti possent occasione damni dati dictis mercatoribus in civitate Sennie, quando capta et combusta

fuit tempore fratris Rambaldi de Carono, Magistri Hungarie, currente anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono, mense Decembri, indictione tercia decima, et ab illo tempore usque ad hodiernum diem, dum tamen observetur a dicto Magistro et Domo Milicie Templi hoc quod in presenti carta concordie continetur. Et e converso prenominatus frater Jacobus nomine et vice prefati Magistri et Domus Milicie Templi fecit finem et remissionem prefato domino Duci et Communi Veneciarum, et universis hominibus Vegle et Arbe, de omnibus dampnis et iniuriis datis seu factis ipsi Domui Milicie Templi, et fratribus eiusdem, a Communi et hominibus Veneciarum, seu a Comitatibus et hominibus Vegle et Arbe usque ad presentem diem, exceptis de dampnis datis per homines Beske fratribus, qui fugiebant a Tartaris ex Monasterio Sancti Gregorii (Georgii), de quibus dictus dominus Dux precipiet per iuramentum Comiti Vegle et Consiliariis, ut cognoscant et ut ius faciant, ita quod si ostendere poterint homines Beske, quod de hiis fuerit satisfactum vel remissum vel facta securitas, id quod factum est, teneatur ; et in racione, quam fecerint, dicti Comes Veglensis et Consiliarii eisdem fratribus et Monasterio Sancti Georgii, de hiis maneant contenti. Ad maiorem autem certitudinem et evidentiam pleniorem predicti fratres Jacobus de Turiselis, Harmanus de Burgo, Preceptor Campanie et Marchie Tarvisane, et Jordanus, Preceptor Orane et Sennie, fecerunt presens publicum instrumentum suis sigillis propriis sigillari. Insuper enim prefatus dominus Dux in huius rei testimonium et ad maiorem firmitatem hoc instrumentum fecit suo sigillo plumbeo communiri.

Ego Gabriel Paulinus Notarius et Ducalis aule Veneciarum Cancellarius, predictis interfui et rogatus scripsi, complevi et roboravi.

(Ljubics, Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium. I. köt. 76. l.)

255.

A velenczei dogenek különös kiadványa ugyanazon ügyben. 1248.

Nos Dux cum nostro Consilio nomine Communis Veneciarium ex una parte, et frater Jacobus de Turrisellis nuncius domini fratris Guielmi de Sonar, Magistri Domus Milicie Templi, nomine ipsius et diote Domus ex altera, vobis Procuratoribus Sancti Marci recordationem facimus, quia ponimus vobis in commendacionem duas cartas roboratas et sigillatas concordie inite inter nos Ducem nomine Communis Veneciarum ex una parte, et me fratrem Jacobum ex altera nomine et vice dicti Magistri et Domus Milicie Templi super dampnis datis mercatoribus Venetis, Veglensibus et Arbensibus in civitate Semne (Sennie) olim tempore captionis et combustionis ipsius civitatis, tempore videlicet fratris Rambaldi de Corone, Magistri Hungarici, et ceteris, ut in dicta carta concordie continetur, et quandam literam nostro sigillo munitam, quam nos Dux dirigimus Comiti et Consiliariis Vegle precipiendo per sacramentum, ut fratribus Milicie Templi, qui fugiebant a Tartaris, et Monasterio Sancti Georgii super dampnis datis eisdem per homines Beglie cognoscant et ius faciant tali quidem condictione, quod si ab isto festo Sancti Petri proximo mensis Junii usque ad aliud festum Sancti Petri sequentis eiusdem mensis dictus Magister vel eius successor miserit ac dari et consignari fecerit vobis procuratoribus recipientibus nomine nostri Ducis et Communis Veneciarum cartam seu litteras sigillo Domus Milicie Templi sigillatas, continentes formam dicte concordie, et confirmantes concordiam suprascriptam, et promittentes ipsam attendere et observare et sic solvere, ut in dictis cartis concordie continetur, tunc vos procuratores unam ex dictis cartis et dictam literam dicto Magistro vel eius successori aut eius nuncio, qui dictam cartam seu litteras sigillo Domus

Milicie Templi sigillatas apportaverit, dare et consignare debeatis omni occasione remota. Quod si dictam cartam seu litteras non miserit, dederit et consignaverit, ut dictum est, tunc vos procuratores dictas duas cartas et litteram predictam ad voluntatem nostri Ducis nobis dare et consignare debeatis omni remota occasione. Sciendum est, quod ad illum Comitem Vegle ex nomine, qui erit tunc in regimine Comitatus, debent scribi et mitti littere suprascripte nostri Ducis pro cognoscendo et ius faciendo suprascriptis fratribus Templi et Monasterio Sancti Georgii de dampnis datis per homines Beglie.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, die tercia intrante mense madioi indictione VI.

(Ljubics, Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium. I. köt. 78. l.)

256.

Az pécsi káptalannak bizonyságlevele a Nána comes és Job Petusnak fia közti birtokcseréről. 1248.

A B C

Farcasius Quinque-Ecclesiensis Prepositus totumque eiusdem loci Capitulum omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino. Constituti in nostra presencia Nana Comes filius Pousa ex una parte, et Job filius Petus ex alia, confessi sunt, quod ipsi uoluntate propria et suorum de consensu cognatorum, super quibusdam predijs, que ipsi iure hereditario possidebant, concambium fecerunt in hunc modum: Quintam partem prediorum Cheley et Schekchu nomine, que sita sunt iuxta Danubium in Comitatu de Barana, que contingebant filium Petns nomine Job ut propria et hereditaria, recepit Nana Comes; eidem Job uiceuersa conferens quintam partem

de predio Sap nomine, que sua erat, et totum predium, quod uocatur Berchee, quod ipse possidebat, que sua sunt in Strigoniensi Comitatu. Et quoniam ultima quinta et totum predium primis duabus quintis non equiualebant, ipse Nana Comes octo marcas de argento superaddidit, quas ipse Job se coram nobis confessus est recepisse. Si uero Kuarterius frater ipsius Nana Comitis predictum Job uel eius heredes predicto super concambio presumeret aliquando molestare, ipse Nana Comes teneatur eosdem liberare. Quod ut ratum et firmum permaneat, ad partis utriusque precum instanciam litteras presentes nostri apposicione sigilli roboratas ipsi Nana Comiti contulimus modum supradicte commutacionis continentes, anno Domini M°CC°XL°VIII° mense Marcio. Yurkone Cantore, Theodoro Custode, Arnoldino Decano, ceterisque quampluribus ibidem existentibus. Datum per manus Petri Magistri Lectoris Quinqueecclesiensis.

(Eredetie bőrhártyán, közönséges kenderzsinóron függő pecsét alatt; a budai kir. kamarai levéltárban.)

257.

A pozsonyi káptalannak bizonyságlevele, hogy Kanisai Remeg unokatestvéreivel bizonyos birtokosztályra nézve egyezkedett. 1249.

A B C D E

Capitulum Ecclesie Posoniensis omnibus ad quos littere presentes peruenerint salutem in Domino. Significamus uobis, quod constitutus coram nobis Remeg de Kanisa familie Regis ab una parte, ab altera vero Saulus, Michael, Mark, filij fratris eiusdem R., et idem tres pro Bene fratre ipsorum respondentes, quod in nullo dictus B. ipsorum uoluntati in hoc obsisteret; nec non Barnabas de Vstenud, qui se pristaldum

eorum esse dicebat, asseruit: Quod cum inter Remeg, Saulum, Michaelem, Marcum et Bene pro diuisione terre et nemoris dissensio orta fuisset, tandem mediantibus uiris ydoneis, videlicet Comite Achilleo et alijs prouincialibus, ad talem deuenissent composicionem; quod Remeg de terra sua hereditaria decem et octo iugera terre dedisset Simoni (igy), Michaeli, Marco et Bene supradictis, et tria iugera pro nemore; tali caucione, quod Remeg uel ipsius successores temporis processu nullatenus per S. M. B. et M. antedictos pro diuisione terre et nemoris debeat inpeti uel molestari; verum si lis super illa terra inciderit, quam tradidit, Remeg debet prosequi causam cum supradictis; et si eosdem per aliquam calumpniam, absque homicidio uel latrocinio dictam terram amittere contigerit, Remeg ipsis tantundem terre restituere tenebitur. In cuius rei testimonium ad instanciam et peticionem vtriusque partis presentem cartam utrique parti contulimus sigilli nostri munimine roboratam; anno ab Incarnacione Domini M°CC°XL° nono.

(Eredetie bőrhártyán, melynek pecsétje elveszett; közli Horváth Mihály.)

258.

Radoszló István szerb király, megerősíti Cattaro város régi privilegiumait és birtokait. 1250.

Gloria ei, qui continet omnia, Deo nostro, Coeli terraeque conditori, et Filio eius Divinitatis, itemque Spiritui Sancto. Gloria iterum tibi, semper Deus meus, Imperator Imperatorum et Dominus Dominorum, cuius verae et gloriosae Divinitatis omnia accepta referimus. Tu, Domine, es Imperator et Dominus, qui res omnes tueris et conservas, valde misericors in homines a te procreatos, qui pro tua immensa miseratione

captivum hominem redemisti, et filium tuum nobis tradidisti, ut nos servitute eximeret, vitaque immortali donaret. Tu es Dominus Deus, cui omnia recta et sancta placent, iniqua et perversa non item; et cum diabolus Lucifer ob suam pravam cogitationem et nefarios conatus a sublimi gloria ac felicitate in aeternam ignominiam cruciatumque cum angelis perduellibus deciderit, angelis tibi obsequentibus ac fidelibus sociam aeternaeque beatitatis consortem dedisti intemeratam illibatamque Virginem Mariam, ex qua nasci voluisti; tuoque in hunc mundum adventu mors nostra interiit, eiusque imperium corruit; qui cruci affixus vitam nobis comparasti. Ego Radoslavus Summi ac Praepotentis Dei beneficio Rex Serviae et Orae Maritimae, et fratres Regni mei Vladislavus et Urosciua nobiscum ipsi reputavimus, et nostram in memoriam revocavimus sinceram fidem et obsequium, quod honorabiles nobisque fideles cives et patritii Catharenses praestiterunt parenti nostro domino Stephano primo coronato Regi, et avo nostro Sancto Simeoni Nemagnae primo in gloria, qui fuit columen rei Christianae; et mente revolvimus pravas diaboli cogitationes, qui sublimi scientia sua elatus conabatur sedem suam ad occidentem collocare, et similem Altissimo fieri volebat, quemque Deus omnium mentes et cognitationes introspiciens coelo detrusit, aeternisque apud inferos ignibus addixit. Postea consideravimus verba illa Domini Dei Servatoris nostri, quae Sanctus Joannes in suo evangelio descripsit, et praecepta quae Jesus Christus Judaeis tradidit, cum eos viam salutis doceret dicens: »Si praecepta mea servaveritis, certe quidem discipuli mei eritis«; itemque illa ab eodem Sancto Joanne relata: »Oves meae vocem meam audiunt, et sciunt, et ambulant iuxta praecepta mea, et ego dabo illis vitam aeternam.« Ad hunc plane modum fideles nostri cives et patricii Catharenses semper nobis auscultant, voluntati nostrae obtemperant, et nobis prorsus omnibus in rebus dicto audientes sunt, et omnibus nostris mandatis nunquam non obedientes se praestiterunt. Qui sua privilegia et diplomata humili submissoque animo nobis exhibuerunt: Privilegium admodum gloriosi Regis Georgii, qui cum tradidisset iisdem Catharensibus Preglacam in eo solo et patrimonio, in quo nunc reficiunt et restaurant aedem Sancti Archangeli olim ab ipsis

conditam et fundatam, urbi Catharensi eiusque territorio bene precatus, confirmavit illis possessionem omnium hortorum et vinearum, quas obtinebant in pagis Lustiza et Pariglava, et in universa planicie usque ad fines de Garbagl porrecta; itemque omnium agrorum usque ad oram maritimam. Et maledixit cuicumque sive Regi sive dynastae in aeternum, qui suae voluntati suoque scripto adversaretur. Nos itaque post lectum diligenterque perpensum diploma et mandatum eiusdem Regis Georgii fausta precati sumus, precamurque Urbi Catharensi, eiusque vineis atque hortis, quos possidet in pagis Lustizae et Periglavae, et in planicie supra dicta in aeternum et in saeculum saeculi. Amen.

Haec Catharensium propria esse volumus et iubemus; et si quis ea occupare et ab eorum possessione distrahere audeat, huic maledicimus et anathema inprecamur; quem tamquam proditorem Corporis Christi omnes oderint ac detestentur.

Ego Silvester scriba hoc sacrum diploma ipso Rege dictante ac iubente, itemque eius fratribus, mea manu scripsi, et iussu eiusdem Regis in manus tradidi Mauro et Medoso honorabilibus patriciis et legatis Communis Catharensis; quo quidem diplomate confirmatur privilegium Regis Georgii, quod iidem Catharenses patricii attulerunt ad dominum Regem Radoslavum, eiusque fratres Vladislavum et Uroscium. Qui cum illud privilegium scriptum anno post Christum natum MCXV. idibus Augusti verum et legitimum esse cognoverunt, et ratum habuerunt et firmarunt hisce litteris, quas ego ex mandato et auctoritate domini mei Regis et fratrum eius mea manu scripsi, dedique Arasiae die decima Julii anno ab ortu Domini MCCL., et meo consueto signo obsignavi.

Stephanus Radoslavus Dei gratia Rex Serviae et Orae Maritimae.

Domini Vladislavus et Uroscius.

(Farlati, Illyricum Sacrum VI. köt. 440. l.)

259.

IV. Béla király megerősíti a Frangepán családot Vinodol és Modrus vármegyék birtokában. 1251.

Bela Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Comanieque Rex omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in eo qui Regibus dat salutem. Virtuosa Regum bonitas subiectos suos quoslibet tanto largiori munere prosequitur, quanto seruicia eorum maiori fidelitatis constancia decorantur, temporumque successio presens gaudere debet beneficijs, que paterne fidei imitatrix est exempli. Proinde ad vniuersorum presencium et futurorum noticiam harum serie volumus peruenire : quod cum dilecti et fideles nostri Fridericus, Bartholomeus, et Seruido (ser Guido) filij Seruidonis Comitis, Comites de Wégla, fidelia patris ipsorum vestigia iugiter imitantes a primeius nostre et eorum puericie annis nobis indesinenter adherentes, tanta fidelitatis seruicia impendere studuissent, vt tempore persecucionis Tartarorum in Partibus nobis Maritimis constitutis, non solum in mari cum nauibus munitis, verum eciam in terra cum armatis, prout temporis necessitas et negocij qualitas exigebat, ad custodiam persone nostre, nec non ad persequendum inimicos et infideles nostros tam fideliter seruierunt et constanter, quod inter alios Regni nostri fideles ex debito fidei meruerunt computari ; ad habilitandum fidelitatem eorum, et vt memoria eorum ceteris vigeat in exemplum, heredibus quoque suis proficeat temporibus successiuis, donacionem Comitatus de Modrus, progenitoribus suis per illustrem auum nostrum Belam quondam Hungarie Regem factam, nec non et donacionem Wynodol patris nostri bone memorie, factam patri eorum, prenominatis fidelibus nostris innouantes, conferimus, et tam mera liberalitate donamus, quod si quam donacionem de ipsis Comitatibus, scilicet Wynodoll, et Moddrus, antea fecimus cuiquam, quia

promissiones pro eis facte nobis per stipulacionem legitimam, non extiterant seruate, irritam iudicamus et inanem; istamque ratam decernimus atque firmam. Insuper prefati dilecti et fideles nostri Fridericus, Bartholomeus et Seruido filij Seruidonis Comitis Maiestati nostre querulose curarunt proponere, quod in nemore quodam wlgo Gwozd appellato in predicto Comitatu Modrus sito complurima latrocinia et spolia fierent, et in dies invalescerent adeo, quod mercatores stratam communem versus mare Adriaticum transeuntes rarissime memoratum nemus idempnes possent pertransire; supplicarunt Maiestati nostre, quatenus tricezimam, que in Comitatu Modrus Camere nostre exigi solita fuit, eisdem donare eo dignaremur intuitu, quatenus ipsi stratam memoratam tutari, securare, latrunculos euellere et funditus concutere deberent et teneantur; quibus quidem latrocinijs paruis cum expensis paucisque cum stipendiatis minime prouideri quibat. Ceterum priuilegium nostrum, quod Johanni Comiti, et fratribus suis super donacione Comitatuum Wynodoll et Modrus, per dictum auum nostrum Belam, et patrem nostrum Andream, Reges factam, et super confirmacionem priuilegiorum eorumdem recolimus nos dedisse; nec non et priuilegia dictorum progenitorum nostrorum, felicium recordacionum, ad tollendas prolixitates eisdem insertas, super quibus possent imposterum dubietates suboriri; et determinate ponentes in subscriptis, quibus seruiciis ipsi et heredes eorum nobis et heredibus nostris obligati de cetero tenebuntur, presentibus inseri ad cautelam de verbo ad verbum in hunc modum fecimus:

Bela D. gr. Hungarie stb. Rex etc. (következik IV. Béla királynak 1242-ki okmánya, mint fentebb 230. sz. a.)

Item aliud priuilegium Andree Regis patris nostri:

In nomine stb. Andreas stb. Rex stb. (következik II. Endre királynak 1209-ki privilegiuma, mint fentebb 63. szám alatt.)

Nos itaque premissas concessiones dicto Johanni Comiti et fratribus suis, heredibusque et posteritatibus eorum vniuersis, Comitatus videlicet Modrus et Wynodol in vnum comprehendentes cum omnibus et singulis ipsorum Comitatuum pertinencijs et redditibus, cum prerogatiua nostra, videlicet quod ex ipsis Comitibus et heredibus eorum racione

dictorum Comitatuum, dum et quando nos vel successores nostri in Regno Croacie personaliter fuerimus constituti, tamdiu quamdiu moram ibidem fecerimus, vnus ex ipsis personaliter pro posse decenter expeditus, suis duntaxat proprijs in expensis seruiendo nobis assistere debeat et teneatur; demptis eciam et omnino cassatis omnibus et singulis alijs seruicijs et obligacionibus, que in priuilegijs antecessorum nostrorum, et aui nostri Bele, quondam Regum Hungarie continentur, videlicet seruicia cum loricis in Regno et extra Regnum. Banus similiter volumus, vt in judicacione hominum et subditorum Comitatuum predictorum minime se impediat; sed in ipsorum libertare hec omnia et singula deinceps perpetuo transeant, ex plenitudine Regalis gracie nostre confirmamus, ratificamus et roboramus. Insuper precibus Friderici, Bartholomei et Seruidonis Comitum fauorabiliter annuentes, tricezimam supradictam ipsis, et heredibus ac posteritatibus eorum vniuersis iure hereditario donauimus et contulimus perpetuis temporibus possidendam; tali vero paccionis interventu, quod predicti Comites heredesque eorumdem, prefatis latrocinijs ita occurrere debeant et obligentur, quatenus singulis non modo mercatoribus, verum eciam cuiusuis alterius condicionis hominibus per dictum nemus Gwozd tutus et securus pateat transitus; ita quod si — — — — mercatorem vel alterius condicionis hominem spoliari ac bonis suis priuari contigerit; extunc memorati Comites eorumque heredes ad plenam satisfaccionem ipsis spoliatis (obligentur). In dicto monte infra ciuitatem Modrus, et locum eius montis, in quo quedam capella sita est, presentes in stabilitatem perhempnem concessimus litteras, sigilli nostri dupplicis karactere communitas. Adicientes, quod si quis ex eis sine heredibus decesserit, prelibatorum Comitatuum Wynodol et Modrus donacio, ac aliarum graciarum et libertatum concessio ad alium ex consanguineis integraliter et perpetuo pertinebit. Datum anno Incarnacionis Dominice M°CC°LI°. nonis Aprilis, Regni autem nostri anno sexto (decimo).

(V. István királynak 1270-ki megerősítő okmányából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

260.

IV. Béla király elintézi a szinai vendégek s az ezekkel határos birtokosok közti egyenetlenségeket. 1251.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus, ad quos presens littera peruenerit, salutem in omnium saluatore. Regalis sublimitas, a qua et authoritas et negociorum stabilitas sumitur, subiectos sibi quoslibet fouet taliter et gubernat, quod vnus in preiudicium alterius equitatis et iusticie tramitem excedere non poterit, eciamsi calumniarum et iniuriarum accio materiam ministrarat. Cum igitur hospites nostri de Scyna quoad terras, vt dicebant, sufficientes non habebant : pecierunt a nobis, vt terras Keretus et Boltchard conferre eis sub nostro priuilegio pro vtilitate Regia dignaremur. Itaque quia peticio eorum idonea et vtilis videbatur, benigne admisimus quod petebant. Sed quoniam a Bolyzlao et Alexandro seruientibus nostris terram eorum hereditariam nomine Ratha, vicinam castro nouo Abe, quam karissimo genero nostro R. Duci Gallicie dederamus, recepimus, et sibi eciam dedimus ad conseruacionem dicti castri aliam terram commetaneam dicte terre Boltchard, et eodem nomine nuncupatam dantes eisdem in concambium terre sue: grauis inter ipsos hospites et ipsos seruientes lis et dissensio propter commetaneitatem et equiuocacionem nominum orta fuit, et altercacio eorum ad examen nostrum perueniens; volentes liti finem imponere, fideli nostro V. Preposito de Jazow dedimus in mandatis, vt ad ipsam terram accederet personaliter, et inquisicione habita diligenter sciret causam, propter quam lis predicta extitisset suscitata, remediumque suum medicaminis apponeret, quo predicta contencio sopiretur. Qui illuc de nostro accedens mandato inuenit, quod due erant terre, vna scilicet terra hospitum ZaBoltchard, et altera seruiencium dicta PekBoltchard ; et illa hospitum erat castren-

sium Castri Noui, alia vero jobagionum Castri predicti sine herede decedencium; et vnam terram ab alia fluuius Egraspotoka separabat, terram scilicet hospitum vltra fluuium predictum versus orientem diuidendo, et terram dictorum B. et A. a parte occidentis relinquendo ex ista parte fluuij prenotati; sicque terras circumdans vndique certis metis, partibus prefixit terminum coram nobis comparendi. Que constitute coram nobis, quemadmodum dictus Prepositus terras memoratas inuenit separatas vnam ab altera per dictum fluuium Egraspotoka, sic vt de cetero inter se non habeant materiam litigandi, ordinacionem talem fecimus: quod dicti hospites vltra fluuium versus orientem terram suam possideant, et dicti seruientes nostri ex ista parte fluminis terra sua similiter sint contenti. Mete vero predictarum terrarum, sicut nobis per litteras dicti Prepositi de Jazow innotuit, hoc ordine distinguntur: Prima meta de villa Zokol procedit iuxta Egraspataka, et vadit directe ad fluuium Harnad; et ex parte orientali exit ad partem hospitum de Zyna, et ab occidentali parte pertinet ad partem Bolyzlai et Alexandri, et inter ambas partes Egraspotoka precedunt tres mete de salicibus; et de salicibus diriguntur ad magnam viam; et ex eadem magna via incipiunt octo mete terree, et protendunt se usque moluarum (?) aquam Ida, et ex parte meridionali iuxta metas premissas pertinet ad partem populorum de Zyna, et ex parte ville nomine Zokol pertinet ad partem Bolizlai et Alexandri; et mete terre ipsorum B. et A. continguntur terre metis Menhardi Comitis; et de metis Menhardi Comitis reuertitur per arbores, que wlgo dicuntur *tulfa*, ad Egraspotoka ad platanum, sub qua arbore est meta terrea; et taliter terminatur. Vt igitur premissa nostra ordinacio robur obtineat perpetue firmitatis; nec aliquis disceptacionis scrupulus inter eos valeat de cetero suscitari, presentem litteram concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratam. Datum Bude anno Incarnacionis Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo.

(A jászói konventnek 1469. »feria quinta proxima post festum Pentecostes« kelt átiratából; melyet a szepesi káptalan 1545. »feria secunda proxima post festum Conuersionis Beati Pauli Apostoli« ujból átírt; a budai kir. kamarai levéltárban.)

261.

IV. Béla király engedélyt ád Baas comes trencséni főispánnak, hogy az adományúl nyert Zobodycha nevü földet eladhassa. 1251.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino Jesu Christo. Quod Regia auctoritate sancitur, fundamento innititur perpetue firmitatis. Hinc est, quod ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire : quod Baas filius Comitis Baas Comes Trinchyniensis dilectus et fidelis noster, ad nostram accedens presenciam a nobis cum instancia postulauit, quod cum ipse, pro quibusdam suis oportunitatibus et necessitatibus eum compellentibus euidenter, terram suam Zobodycha uocatam, que quondam terra Castri nostri de Bana fuerat, quam pro suis fidelibus obsequijs et fidelitatibus meritorijs de nostra gracia est adeptus, quemadmodum priuilegium confectum exinde id declarat per singula seriatim, exponere uendicioni disponat, et ad uendendum predictam possessionem dare ei licenciam de benignitate Regia dignaremur. Nos autem attendentes, quod iustis petencium desiderijs nos deceat facilem prebere consensum, et uota, que a racionis tramite non discordant, effectu prosequente complere ; eidem Baas Comiti Trinchiniensi dilecto et fideli nostro ad uendendum predictam terram dedimus licenciam specialem : qui demum se recognouit et confessus est in nostro conspectu, prenotatam possessionem suam Magistro Abe filio Abe dilecto et fideli nostro uendidisse, assignasse et exposuisse pro quadraginta marcis fini argenti plene ab eodem receptis iure perpetuo, tam sibi, quam suis filijs et posteritatibus successiuis inreuocabiliter cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis, cum siluis uidelicet, nemoribus, fenetis et locis desertis possidendam. Vt igitur huius uendicionis siue

distraccionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec possit nostris nostrorumque successorum temporibus per quempiam in irritum reuocari, presentes in perpetuam rei memoriam concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M°CC° quadragesimo primo, quarto nonas Septembris, Regni autem nostri anno sextodecimo.

(A nyitrai káptalannak 1297-ki átiratából, mely 1300. »V. kal. Octobris« alatt III, Endre király alatt megerősíttetett; mindkét okmány a budai kir. kamarai levéltárban. Az 1300-kiban az évszám így van írva »M°CC°XL° primo.« V. ö. Fejér Cod. Dipl. VII. k. 1. r. 278. l., hol az évszám szintén hibásan 1241. iratik.)

262.

IV. Incze pápa megerősíti a zágrábi püspököt bizonyos Zágráb melletti helység birtokában, melyet IV. Béla király neki adományozott. 1251.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 93. l.)

263.

A pécsi káptalan előtt Opsa comes neje végrendeletet alkot. 1251.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. kötet. Pest, 1871. 6. lap. Nagy Imre közleménye.)

264.

A pécsváradi konvent előtt Buken nemzetségből való Vidfi Miklós leányai Janus földtéren lévő birtokrészükön megosztoznak. 1251.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 7. l. Nagy Imre közleménye.)

265.

IV. Béla királynak Hidvég helységet tárgyazó adománya Mikó zólyomi főispán számára. 1252.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruye, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Regia Celsitudo requirit, et sublimium conuenit dignitati, vt suorum oculorum intuitus tanto iocundius in suos fideles iniciat, quanto ipsa fidelitas ceteris virtutibus est preferenda et amplioribus premijs attollenda. Hinc est, quod ad uniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam volumus peruenire, quod cum fidelis noster Myko Comes de Zolum multis fidelitatis obsequijs indesinenter et indefesse nobis et Corone Regie exhibitis coram Nostre Maiestatis oculis laudabiliter efulsisset; volentes probitatis ipsius meritis remuneracione eondigna respondere, terram Hydweg cum terris arabilibus, fenetis, et siluis, ac omnibus vtilitatibus et circumstancijs ad ipsam terram pertinentibus, sibi suisque heredibus heredumque successoribus pleno iure contulimus, dedimus atque tradidimus in perpetuum possidendam. Cvius terre

mete seu termini hoc ordine distinguntur: Incipit enim prima meta a parte orientali iuxta fluuium Ypul sub quodam dumo viminis, vbi tenet metam cum terra Gregorij Comitis Nogfolu nomine, et vadit uersus partem australem, et protenditur in longitudine vnius iugeris, in cuius fine sunt due mete; et ab eadem parte protenditur ad longitudinem alterius iugeris, in fine cuius sunt due mete noue eleuate iuxta duas metas antiquas; abhinc vadit per quendam campum, in cuius medio sunt due mete in plano; exinde vadit in quoddam pratum in cuius fine similiter in plano; deinde iuxta montem sub quadam quercu sunt due mete, et ibi ascendit montem, in summitate cuius sub quercu similiter sunt due mete; et descendit de monte ad quendam fluuium, iuxta quem in transitu sunt due mete; deinde ascendit in alium montem, in summitate cuius sunt due mete, et ibi terminat(ur vici)nitas terre Gregorij Comitis supradicti; et ibidem incipit tenere metam cum terra wille Alvar, a qua summitas montis in longitudine iacentis terram Hydweg separat supradictam; et in fine eiusdem montis descendit et incipit tenere metam (cum) terra ville Tesmog, et in eadem linea per plagam occidentalem ad fluuium Ypul reuertitur iterato. Ut igitur hec nostra donacio robur obtineat perpetue firmitatis, eidem Myko Comiti presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, octauo kalendas Maij, Regni autem nostri anno decimo octauo.

(V. István királynak 1270-ki megerősítő okmányából. A kékköi levéltárból közölte néhai Érdy János.)

266.

IV. Incze pápa szabadalmazza a zágrábi káptalant, hogy idegen praebendariusok elfogadására ne szoríttathassék. 1252.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 93. l.)

267.

Dénes nádornak bizonyságlevele, hogy Sándor comes Demenusnak fia Grech nevü földét Lörincz mosonyi föispán és a királyi udvar bírájának eladta. 1252. körül.

Nos D. Palatinus, Comes Bachiensis memorie commendantes significamus, quod Comes Alexander filius Demenus personaliter constitutus coram nobis confessus est vina uoce, quandam terram suam Grech vocatam vendidisset Laurencio Comiti Musuniensi, Judici Curie domini Regis Senioris, super centum et quadraginta maris finiti argenti, quas dixit se per omnia accepisse. Quam quidem terram eciam idem Alexander concampbio acceperat a Laurencio Comite supradicto, sicut eciam uidimus in litteris Capituli de Kw contineri. Datum in Petrowarad feria tercia ante festum Luce Ewangeliste.

(Eredetie börhártyán, a hátára nyomott pecsétnek nyoma még meg van; a budai kir. kamarai levéltárban.)

268.

István szlavoniai bán Miklós Hudiszló fiának oda itéli Szepnicha helységet. 1252.

Nos Stephanus Banus tocius Sclavonie significamus universis presens-scriptum inspecturis: quod cum nos ex precepto domini Bele, illustris Regis Vngarie, terras Castri in tota Sclauonia, a tempore Colomani Regis, felicis memorie, alienatas, iudicantes Castro restitueremus; tandem quidam iobagiones Castri Zagrabiensis, quandam terram Nicolai, filii Hudizlai Scepnicha nominatam, racione Castri reambulaverant, dicentes: illam Castri fuisse memorati, sed per eundem occupatam. Nicolaus autem antedictus coram nobis consistens, illam terram suam hereditariam fore asserebat, huiusmodi ostendens evidentem racionem de rei veritate, quod olim Opud Banus terram illam ignoranter ab attavo eiusdem tum occupasset, postmodum, scita rei veritate, restituere procuravit nomine sue hereditarie; postea eciam idem Nicolaus, quando fuit orphanus factus, terra prenominata ab eo erat alienata, et in manus quorumdam iobagionum Castri Zagrabiensis devoluta; quam terram ipso ad etatem discrecionis perveniente, a memoratis iobagionibus Castri, quorum nomina in litteris Capituli Zagrabiensis et Joance, tunc Comitis Zagrabiensis et Vicebani, continentur, iusto vendicionis titulo perpetualiter sibi possidendam comparavit. Litteras eiusdem Capituli Zagrabiensis et Joance Comitis antedicti nobis presentando, in quibus invenimus, sepe dictam terram a dictis iobagionibus Castri empcionis titulo racionabiliter sibi comparatam. Nos igitur, tum propter hoc quod in litteris Capituli et Joance Comitis huius rei invenimus veritatem, tum eciam propter hoc, quod occulta inquisicione a nobilibus Regni certitudinem inde repperimus; ipsam terram sepedicto Nicolao ac eiusdem successoribus reliquimus iure hereditario possidendam. Metas autem

eiusdem terre, secundum quod in litteris Capituli et Joance Comitis invenimus contineri, de verbo ad verbum describi facientes, presentibus duximus inserendas. Prima igitur meta incipit a quodam fonte, circa quem sunt salices ; et inde versus occidentem per montem unum venit ad arborem nucum; inde per eundem montem ad arborem berekyna, ibique est meta terrea ; inde secus quandam vineam transiens venit ad duas metas terreas ; inde per metas versus aquilonem venit in magnum montem, in cuius sinistro latere est meta terrea; inde versus occidentem venit ad tres metas, et in tercia sunt sex arbores, que dicuntur harazt; inde per montem protenditur per metas versus aquilonem ; inde venit ad viam, que ascendit de domo Meriad ; inde trasiens viam illam ascendit super uno monte, in medio enim montis illius idem Nicolaus tres habet metas iuxta eandem viam, circa quas sunt tres quercus, et mete sunt circa ipsas quercus ; inde tendit et vadit per rectam lineam in medio eiusdem montis ad partem septemtrionalem ad unam pirum, et illa pirus stat in medio mete eiusdem terre, incipiendo enim a prima meta usque ad metas Cruciferorum Sancti Sepulcri, ex parte sinistra convicinantur filii Merge; deinde ascendit eiusdem meta terre in medio eiusdem montis et vadit ad unam metam veterem iuxta quam est arbor, que horozt dicitur ; deinde ascendit ad metas Cruciferorum, habet enim idem Nicolaus iuxta metas eorumdem Cruciferorum metam terream, et ibi dicti Cruciferi sunt convicini terre Nicolai, et iuxta eandem metam predictus Nicolaus habet unam arborem, que quercus dicitur ; deinde descendit per unam vallem et vadit meta eiusdem terre iuxta vineam Sotk, ad unam aquam, que Scepnicha vocatur, iuxta quam est quidam puteus, est enim meta eiusdem terre in una arbore ibidem, que egur dicitur, transit enim eandem aquam meta eiusdem terre ad partem orientalem, et ascendit iuxta nucleum super uno monte, et est meta terrea Nicolai iuxta metam Cruciferorum, ibi deficit meta eorumdem Cruciferorum et incipit deinde Bolosod convicinari terre Nicolai Comitis ; inde tendit et vadit super eodem monte versus partem meridionalem et ascendit super uno monticulo, qui est in eodem monte, et in eodem monticulo sunt due mete terree ; deinde per rectam lineam eiusdem

montis descendit super alto fine vinee Nicolai Comitis, et ibi sunt due mete terree; deinde descendit meta euisdem ad partem orientalem et vadit super uno monticulo, qui Preual dicitur; inde transiens viam de domo Nicolai ad domum Bolosod venientem, descendit de monticulo Preual ad rivulum, qui decurrit de domo Bolosod versus orientem; inde per ipsum rivulum descendens venit ad aquam Scepnicha, et ipsam sequendo protenditur ad primam metam. Ut autem huius rei series salva semper consistat, nec ab ullo prorsus hominum possit irritari, ad stabilitatem dicte terre litteras presentes concessimus sigillo nostro communitas anno Gracie MCCLII.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 94. l.)

269.

Sándor mester al-bán és zágrábi főispán Lacoychy nevű földet tárgyazó ítéletlevele a topuskai apát, s Vulk Szibiszlónak fia és nemzetsége közt. 1252.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 95. l.)

270.

Az egri káptalannak bizonyságlevele, hogy a Bogadradvan nemzetségbeliek Filke, István testvérének megöletése tárgyában barátságosan eggezkedtek. 1252.

Nos Detricus Bubek de Pelseuch Regni Hungarie Palatinus stb. quod in Congregacione Generali Magnifici domini Nicolai de Gara, alias similiter Palatini et Judicis Comanorum per ipsum Vniuersitati Nobilium Zempliniensis et de Vngh Comitatuum feria secunda proxima ante festum Beati Regis Stephani in anno Domini M°CCC°LXXX°. primo prope ciuitatem Patak celebrata, Magistri Michael de Monak, Johannes filius Ladizlai, Georgius filius eiusdem, Ladizlaus filius Ladizlai, Johannes filius Symonis de eadem Monak personaliter de aliorum medio exurgendo, proposuit eo modo: quod Petrus filius Mathius, et Johannes filius Lukasij de Isyph, ac Jacobus filius Johannis de Banoch, nec non Petrus filius Ladizlai de Chele in nulla linea generacionis ipsis attinuissent, nec attinerent, et ex eo de possessione eorum Zerench vocata, ac jure patronatus Monasterij in eadem Zerench habiti nulla porcio eisdem deberet prouenire stb. (Ezen ügy a királyi curiához tétetvén által, »ad presentes octauas festi Epiphaniarum Domini« napoltatott el.) Tandem ipsis octauis festi Epiphaniarum Domini instantibus prefati Petrus filius Mathius et Nicholaus de Chele in nostram personaliter venientes presenciam, in declaracionem prescripte accionis eorum quasdam decem litteras nostro judicario examini curarunt demonstrare. Quarum prima videlicet Capituli Agriensis littera priuilegialis sub anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo exorta decantabat, quod Stephanus de Berethe, Dominicus de Chele, Stanch de Isyph, Mogh de Lazon, Symon de Lwch, Radwan de Meggesze, et Symon filius Marcelli de Zada de genere Bogadradwan ex vna parte; ex altera vero Chyz de Morowa de eodem genere personaliter coram dicto Capitulo Agriensi constituti, dictum extitisset

per eosdem, quod per arbitrium proborum virorum super morte Philke frarris Stephani antedicti in talem pacis deuenissent vnionem : quod idem Chiz quandam terram suam hereditariam Soskuth nuncupatam, et terram Merk vocatam, ac terram Keza, pro morte Philke dedisset Stephano et filijs suis iure perpetuo possidendam. Quam ordinacionem pacis omnes heredes ipsius pro satisfaccione acceptassent, et ipsum Chiz cum Gyapal fratre suo in alijs possessionibus suis videlicet in Kurthuelus, in Orod, in Rogolch et in Moroua nuncupatis idem Stephanus cum suis heredibus demisissent pacifice permanere. Insuper obligasset se idem Stephanus et heredes suos, vt contra dictum Chyz et heredes eiusdem racione mortis predicte vllo vnquam tempore questionem suscitare non possent aliqualem; et litteras, quas idem Stephanus et heredes sui contra ipsum Chyz super morte Phylke habuissent emanatas, demisissent habere nullas vires. Secunda namque ipsarum litterarum stb. Datum in Wyssegrad predicta quadragesimo die octauarum festi Epiphaniarum Domini anno eiusdem M°CCCC°.

(Eredetie bőrhártyán, a budai kir. kamarai levéltárban.)

271.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy a zágrábi káptalan, s Márton Nánának fia és rokonai, Mothmer comes anyjának hagyománya tárgyában egyezkedtek. 1252.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 97. l.)

272.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy a topuskai apát, s Vulk Szibiszlónak fia és nemzetsége, Brochinában lévő bizonyos peres földekre nézve barátságosan egyezkedtek. 1252.

(Tkalcsics, Monum. historica Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 97. l.)

273.

Kibékülés Velencze és Raguza közt. 1252.

In nomine Dei Eterni, Amen. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mense Martii, decime indictionis. Cum nobiles viri Dabrane de Lampredio, Cerna de Vitana, Theodorus de Bobatia, et Goislavus Theodori Crosii, nuntii et procuratores Civitatis Ragusii, ad presentiam illustrissimi domini Marini Mauroceni, Dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Chroatie Ducis, Domini Quarte Partis et Dimidie totius Imperii Romanie, accessissent nomine et vice eiusdem Civitatis Ragusii, petentes concordiam et pactum et reconciliationem domino Duci et Communi Venetiarum, ostendentes commissionem, quam habebant super hoc in hunc modum:

Anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mense Decembris quintodecimo die intrante, indictione decima, in Civitate Ragusii, ordinata Curia cum sonitu campane. Nos quidem Jurati Judices Ragusii Grubessa Gundule, Michael Pezane et Pasqua Joannis de Grade; et nos Consiliarii de Parvo et Magno

Consilio, Veleius Bladimiri, Petrus Balislave, Bubanna Petri, Petrus Srette, Mangatia Lampri, Calenda Triphonis, Lapremo, Calenda Cernete, Dommana Guerrerii, Michael Burzole, Mathias Balatie, Paschalis Théodori, Petrus Mathei, Joannes Pecurarius, Velcassus Joannis, Lucarus Calende, Andreas Zreve, Petrus Joannis Bogdani, Petrana de Bonda, Marinus Binzole, Dimitrius de Menze, Sersus Clementis, Mattheus Veresti, Andreas Benesse, Proculus Michael, et ceteri Consiliarii, et nos universum Commune Ragusine Civitatis committentes committimus vobis namque nobilibus viris Dobrane de Lampredio, Cerne de Vitana, Theodoro de Bobatia et Goislavo Theodori Crossii, dilectis concivibus et nuntiis nostris, et plenam commissionem vobis facimus, plenamque virtutem et potestatem vobis damus, ut, quicquid vos dixeritis vel feceritis vel statueritis seu firmaveritis cum domino nostro Duce Venetiarum et suo Consilio, et nos habebimus firmum et ratum. Et ad hoc, quod, quicquid vos prenominati nuntii nostri dixeritis vel statueritis seu firmaveritis cum domino nostro Duce Venetiarum et suo Consilio Venetiarum, nos prenominati Judices, Consiliarii et universum Commune Ragusine Civitatis firmum et ratum habeamus.

Marcholus de Ursatio, Juratus Vicarius noster, super animas nostras et omnium hominum Ragusii et super suam animam per nostram voluntatem ad Sacrosancta Dei Evangelia iuravit et affirmavit hoc.

Hec autem carta commissionis et potestatis in sua firmitate permaneat, et nullo testimonio rumpi possit. Ego Presbyter Paschalis et Communis Ragusii Notarius Juratus, scriptor sum et testis, scripsi, complevi et roboravi solitoque signo signavi.

Item dominus Dux ad petitionem eorum condescendit, et concordia et pactum usque ad tres annos et tantum plus, quantum voluntas domini Ducis Venetiarum fuerit, inter utramque partem initum est et firmatum in hunc modum : Nos Ragusinorum nuntii iam dicti, per Commune nostre Civitatis transmissi, a quo fuit provida deliberatione inventum pro eo, quod terre nostre videtur plurimum fructuosum, quod Venetiarum Dominio subderemus, petimus, ut nobis ad voluntatem vestram Comitem concedatis. Hec enim, que continen-

tur inferius, vult terra nostra Ragusii observare. Ragusini semper Archiepiscopum eligent de Venetiis, et habebunt a Gradu videlicet usque Caput Aggeris. Et si dominus Dux a domino Papa poterit obtinere, quod Archiepiscopatus Ragusii Gradensi Ecclesie subponatur, eius electionem presentabunt domino Patriarche Gradensi, confirmationem electionis postulantes; et confirmatione facta veniet electus ad Sedem Patriarchalem, et consecrationem de manu sua accipiet, facietque ei fidelitatem, reverentiam et obedientiam debitam ei exhibere promittens. Preterea statuimus, quod idem Archiepiscopus iurabit fidelitatem domino Duci et successoribus suis, nisi pro eis remanserit; et sic facient omnes Archiepiscopi, qui in perpetuum erunt in Ragusina Sede, Ducibus, qui per tempora erunt. Clerus autem ter in anno, in Nativitate Domini, in Pascha Resurrectionis et in festo Sancti Blasii laudes cantabunt in Maiori Ecclesia solempniter domino Duci, domino Patriarche, Archiepiscopo suo et Comiti omni anno; propter quod benedictionem recipient hyperperos tres, unum a nobis Duce, alterum ab Archiepiscopo et tertium a Comite. Habebunt quoque Ragusini semper Comitem et Comites de Venetiis, quem vel quales dominus Dux cum maiori parte sui Consilii eis dare voluerit, qui iurabit fidelitatem domino Duci et successoribus suis; et sic facient omnes Comites, qui erunt per tempora in perpetuum. Jurabunt quoque fidelitatem Comiti omnes et Comitibus omnibus futuris in perpetuum, salva fidelitate domini Ducis, ad honorem Venetiarum et salutem Ragusii, cum bono et honore ac salvatione Venetiarum. Et si forte contigerit dominum Ducem vel successores suos Ragusium applicare, recipient eum honorifice, ac illum procurabunt, et nuntios suos similiter. Et si dominus Dux voluerit hospitari in domo Archiepiscopali, habebit eam ad suam honorificentiam et voluntatem; sin autem, dabitur ei domus honorabilis usque dum steterit ibi, et nuntiis suis decentem domum pro hospitio assignabunt. Et quociens fecerit Venetia exercitum usque Dyrachium, et a Dyrachio et infra usque Brundusium, et a Brundusio et infra, sicut Venecia faciet sic facient Ragusini secundum numerum virorum suorum. Si vero exercitum fecerit a triginta lignis armatis et supra, que debeant trans-

sire Dyrachium et Brundusium, facient inde Ragusini tricesimam partem, et stabunt in servitio Venetiarum usque dum steterit exercitus Venetiarum. Tollent namque Ragusini de omnibus navibus extraneorum, que illuc applicuerint ad portum faciendum, illam rationem, quam Venetia tollit de extraneorum navibus, dividentque illam in tres partes; de quibus unam dabunt Archiepiscopo, aliam Comiti et tertia sit Communis Ragusii. Omnes, qui erunt amici Venetiarum, Ragusini illos pro amicis habebunt; et omnes qui erunt inimici Venetiarum, Ragusini illos pro inimicis habebunt. Et non recipient Cacichios, neque Dalmesanos, vel alios grossarios et predatores, sive raubatores in Civitate Ragusii vel eius Districtu, neque eis dabunt aliqua victualia. Et si Venetia miserit contra Cacichios et Dalmesanos galeas ad offendendum eos, Ragusini similiter tunc mittent ad offendendum eos lignum quinquaginta hominum decenter armatum. Et omnibus aliis grossariis et predatoribus sive raubatoribus maris facient guerram, et eos offendet, bona fide, sine fraude, a Dyrachio et infra usque Venetias. Dabunt quoque Ragusini omni anno in festo Omnium Sanctorum domino Duci pro regalia hyperperos duodecim, et Communi Venetiarum in Venetiis hyperperos auri veteres recti ponderis centum; et Comiti suo in eodem termino hyperperos quadringentos de suo Communi, et omnes alios introitus et honorificentias Comitatus consuetas, excepto introitu salis. Obsides autem dabunt Ragusini duodecim de duodecim parentatibus nobiliorum illius terre, moraturos semper sex obsides in Venetiis ad expendium Ragusinorum in medio anno, et alios semper in medio anno in concambio. Et si aliquis eorum moreretur vel fugerit, dabunt alium in loco eius. Jurabunt autem Comes Ragusii et antepositi in aliquo officio Civitatis et unusquisque insuper pro suo capite, se sic omnia servaturos, nisi remanserit per dominum Ducem et maiorem partem sui Consilii. Et fideles erunt domino Marino Mauroceno, inclyto Venetiarum Duci, usque dum vixerit in Ducatu. Et hec sacramenta renovabunt Ragusini, quisque pro suo capite, in omnibus suprascriptis singulis annis decem. Preterea Ragusini de mercibus Romanie, quas Venetias apportaverint, dabunt in Venetiis, Communi Venetiarum quinque pro centenario, et de mercibus

ultramarinis et terre Aegypti, Tunixi et Barbarie, solvent quintum; et de mercibus Regni Sicilie et Apulie solvent quadragesimum Communi Venetiarum; salvo quod homines Ragusii non debeant ire in Regnum Sicilie et Apulie, si prohibitum fuerit hominibus Veneciarum, ne vadant in Regnum Sicilie et Apulie; et quod homines Ragusii de mercibus, quas detulerint Venetias de Regno Sicilie et Apulie, illud datium Communi Venetiarum in Venetiis dare et solvere debeant et teneantur, quod constitutum est vel de cetero fuerit constitutum per dominum Ducem et Commune Venetiarum solvendi et dandi ab hominibus Venetiarum in Venetiis Communi Venetiarum pro datio dictarum mercimoniarum, quas Veneti Venetias apportarent de Regno Sicilie et Apulie; et hoc sane intelligatur, si datium constitutum plus fuerit quam quadragesimum; cum superius contineatur, quod homines Ragusii de mercibus Regni Sicilie et Apulie debeant solvere quadragesimum Communi Venetiarum. De mercibus vero Sclavonie in Venetiis nihil solvere debeant. Et tantummodo cum quatuor navigiolis a septuaginta milliariis et infra debeant Ragusini Venetias venire per annum; et si aliter Ragusini Venetias venerint, solvent quintum de omnibus mercibus Romanie, quas Venetias apportabunt. Et tam per guerram, quam per pacem licitum est Ragusinis ire ad mercandum a culfo Coranti infra, in aliis vero partibus vetitis per dominum Ducem Venetiarum ire non debeant Ragusini, nisi secundum quod fecerint Veneti. Item ab Ancona istac per totam riveriam, et a Palmentaria istac per totam riveriam ipsi Ragusini non facient portum, nisi occasione accipiendi victualia causa ducendi Venetias. In Venetiis vero non debent fecere Ragusini mercatum cum foristeriis. Et hec concordia et pactum a modo usque ad tres annos completos firmatum est, et ab utraque parte debet firmiter observari, et tantum plus, quantum placuerit domino duci Veneciarum. Insuper nos iam dicti Dobrane de Lampredio, Cerne de Vitana, Theodorus Bobatie, et Goislavus Theodori Grosii, nuntii et procuratores Civitatis Ragusii, per nos et dictum Commune Ragusii iuramus ad Sancta Dei Evangelia super animas nostras et animas omnium hominum Ragusii hanc concordiam et pactum, ut dictum est superius, firmum et ratum ha-

bere et nullo modo contravenire, et quod dabunt operam, quod hec omnia observentur. In huius autem testimonium, et ut hec magis robur obtineat firmitatis, presens pactum et concordiam iussit dictus dominus Dux sui sigilli munimine roborari. Data Venetiis in palatio Ducatus in Rivoalto urbe felici per manum Gabrielis Paulini Notarii nostreque Curie Cancellarii feliciter. Amen.

(A velenczei köztársaság »Liber Pactorum« czímű államkönyvéből I. köt. 256. l.)

274.

IV. Béla királynak bizonyos Körös vármegyei birtokot tárgyazó adománya Zlaynai Merge és Mothko számára. 1253.

Bela Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomorie, Comanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari. Ad noticiam universorum harum serie volumus pervenire, quod fideles nostri, providi viri, Merge filius Stephani, et Mothko filius Wlkosa de Zlayna, ad nostrum conspectum corporalitar venientes, nobis humillime suplicarunt, quod nos quandam particulam terre vacue seu habitatoribus destitute in Comitatu nostro Crisiensi habitam eisdem Merge et Mothkoni dare et concedere dignaremur. Nos igitur attendentes et considerantes multimoda fidellissima servicia ipsorum Merge et Mothkonis, quibus ipsi Culmini notro diversimode studerunt complacere, dictam particulam terre nostre vacue seu deserte ipsis Merge et Mothkoni heredibusque et posteritatibus ipsorum universis damus et concedimus irrevocabiliter perpetuo tenendam, habendam et possidendam, quam nos personaliter inspeximus, et per Georgium Comitem Crisiensem, atque Prelsam Terrestrem metari facientes, de quorum

verbis ipsam particulam terre taliter distingui reperimus, videlicet: Prima meta incipit ab oriente, ubi foret terra seu meta Johannis filii Stephani, Herbortya vocata, ubi stat quidam mons Petththa vocata; ab hac per quandam vallem eundo pervenit ad quendam parvum fluvium; inde in parvo spaciò eundo venit circa quendam fontem seu rivulum in quadam valle, qui foret penes terram Nicolai fili Petri; inde per eandem vallem in modico spacio eundo pervenit ad montem Trauniwerh dictum a plaga meridiei, et per eandem plagam eundo in modico spacio venit circa terram Pouse penes quandam magnam viam, iuxta quam viam foret quidam lacus wlgo kalysche nuncupatus, que videlicet via tendit inter quendam fluvium Glogoncha vocatum et sub quodam monte Ceroberda vocatum a dicta plaga meridiei; inde in bono spacio per eandem viam pergendo pervenit circa quendam rivulum seu fontem, ubi forent mete Pouse, Stephani et dictorum Merge ac Mothkonis; abinde versus partem australem pergendo venit ad quandam vallem; deinde ad montem; abinde iterum in modico spacio girando venit circa quandam arborem javor dictam, ubi foret meta dominorum Capituli Ecclesie Zagrabiensis; deinde penes easdem metas ipsius Capituli tendit per quosdam monticulos Glawycze Drenouethke dictos, ab inde iterum tendit ad unum parvum montem, et de monte ad vallem circa quendam fontem Dubranzky dictum, per eandemque vallem pergendo pervenit circa quendam magnum fluvium; inde in bono et longo spacio per montem girando, videlicet a plaga orientali, pervenit ad quendam magnum montem wlgo Garmyth vocatum; iterum ab inde eundo per quendam montem pervenit ad prefatum montem Petthche vocatum, et venit ad priorem metam ubi fuit incepta, ibique terminatur. Volumus insuper, quod prefati Merga et Mothko posteritatesque ipsorum universi nullo unquam tempore ad exercitum ire non teneantur, sed singulis annis in futurum semper in octavis Beati Georgii martiris tunc affuturis quadraginta denarios pro tempore currentes, quilibet ipsorum nobis et nostris successoribus dare, administrare et persolvere teneantur. Decrevimusque eciam, quod quolibet anno in perpetuum circa festum Beati Michaelis Archangeli prenominati Merge et Mothko posteritatesque ipsorum universi me-

dium cubulum frumenti et medium avene nobis et nostris successoribus solvere et administrare tenebuntur, sed mardurinas dare non tenebuntur. In cuius rei memoriam firmitatemque ac stabilitatem perpetuam presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum prope castrum Baboth, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio; septimo decimo kalendas Septembris, Regni autem nostri anno decimo octavo.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 99. l.)

275.

IV. Béla király megerősiti a zágrábi káptalan s Nanafi Márton és fiai közti Muthmer anyjának hagyományára vonatkozó barátságos egyezkedést. 1253.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 98. l.)

276.

IV. Béla király megerősiti Stefko Robert comes fiának Culpatöt és Chernatöt tárgyazó adományát a zágrábi káptalan számára. 1253.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 100. l.)

277.

Teupulo Lőrincz veglai gróf. 1253.

Millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio, indictione XI. die decimo intrantis mensis Aprilis. Capta fuit pars in Consilio maiori, et elongatus fuit terminus nobili viro Laurentio Teupolo Comiti Vegle, quod usque ad octo dies, postquam venerit a Mediolano, debeat excutere pignus suum stb.

(Ljubics, Monum. spect. hist. Slav. Merid. I. köt. 85. l.)

278.

IV. Béla királynak privilegiuma, melylyel Körtvélyesi Demeter és Novalyadi Gergely közt bizonyos birtokcserét megerősít. 1254.

Nos Comes Stephanus Bubek Judex Curie Serenissimi Principis domini Lodouici stb. quod Demetrius filius Johannis de Kurthueles stb. in figura nostri Judicij personaliter comparendo contra Gregorium filium Nata de Nowalyad quasdam litteras Conuentus Ecclesie de Jazo formam possessionarie reambulacionis, contradictorie inhibicionis et citacionis denotantes domino nostro Regi ad suum litteratorium preceptum rescriptas stb. nobis presentauit stb., exprimentes inter cetera, quod cum prescriptus Demetrius filius Johannis, acceptis Ladizlao filio Bat de Jussa Regio, et fratre Lucasio ipsius Conuentus hominibus feria quartá proxima ante festum Sancti Barnabe Apostoli anno Domini M°CCC° sexagesimo

preteritis ad faciem predicte possessionis Kurthuelyes vocate, apud manus suas, vt dixisset, habite vicinis et commetaneis suis vniuersis legitime conuocatis et presentibus accessisset, eandemque a parte possessionis Lezna vocate in vno berk wlgariter Cuzbentz per septem metas tunc per ipsos erectas nullo penitus contradictore inibi apparente reambulando per eosdem Regium et Conuentus homines sibi statui fecisset, ac in eodem berk versus partem septemtrionalem procedendo in quinque locis similiter metas terreas erigi et modo quo supra sibi statui facere voluisset: tandem Gregorius filius Nata ab ereccione ipsarum metarum prohibuisset stb. (idéztetett) ad octauas festi Beati Jacobi Apostoli tunc venturas stb. et cum instrumentorum ipsorum exhibicio ad octauas festi Beati Georgij martiris proxime preteritas protelata extitisset, denique ipsis octauis aduenientibus stb. prescriptus Demetrius quasdam litteras stb. nobis presentauit stb. Quibus exhibitis stb. Nicolaus filius Johannis procurator ipsius Gregorij quoddam priuilegium domini Bele Quarti olim Regis Hungarie, secundi Andree Regis filij anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, sexto kalendas Januarij, Regni autem sui anno vigesimo confectum nostro judicario examini curauit exhiberi; cuius series inter alia per ipsum dominum Belam Regem in concambium terrarum Gregorij filij Nata Gyekeny, Poya, Hollowzeg et Egerpataka vocatarum ad vigintiquatuor aratra sufficientem existencium, infra castrum Tubul mansinatarum, pridem quidem depopulatarum, ab eodem Gregorio per eundem receptarum, et ad vtilitatem dicti Castri Tubul perpetualiter datarum dicto Gregorio filio Nata, et per eum suis heredibus ac successoribus terras quasdam, Lezna scilicet et Chemerna ad triginta aratra sufficientes, sitas in Comitatu Zempliniensi, in quibus Mikich et Navalyad antea resedissent, vacuas omnino et habitatoribus carentes, perpetuo possidendas traditas, ipsumque Gregorium per fidelem suum Michaelem Comitem de Sarus in corporalem possessionem earundem terrarum introductum fuisse denotarat; mete autem terrarum earundem, prout idem Michael Comes ipsi domino Bele Regi in suis litteris intimasset, priuilegio in eodem seriatim continentur stb. Datum in Vissegrad sextodecimo die octauarum festi Beati

Michaelis Archangeli anno Domini M°CCC° sexagesimo sexto.

(Hiteles másolat a budai kir. kamarai levéltárban.)

279.

IV. Béla királynak bizonyságlevele, hogy Rembold frater Vaska melletti Szent-Márton birtokot eladta Fülöp zágrábi püspöknek. 1254.

Nos Bela Dei gracia Rex Hungarie significamus omnibus presencium inspecturis : quod terram Sancti Martini iuxta Waskam, quam Bartholomeus, quondam Quinqueecclesiensis Episcopus, nobis requisitis et ex nostra donacione obtinuerat et habebat, frater Rembaldus nostro consensu habito et de nostra licencia, cum nec aliter facere potuisset, venerabili patri Philippo, Zagrabiensi Episcopo, vendidit nomine Ecclesie sue perpetuo possidendam, et de nostra gracia permissione dictum Episcopum in corporalem possessionem empcionis titulo introduxit. Quare precipimus judicibus universis, quatenus dictum Episcopum pro eo, quod dictam terram emerit, cum nullo commetaneorum suorum iudicare presumant, cum hoc fuerit ex nostra licencia et gracia speciali. Presertim cum longe ante propositum conferendi dictam terram habuissemus Episcopo memorato. Datum Jeurii feria VI. post festum Sancti Michaelis.

(Tkalcsis, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 101. l.)

280.

Lőrincz jádrai érsek mint pápai kiküldött biró itéletet hoz a trau-i püspök és a sebenico-i papság közt a püspöki jogok gyakorlására nézve. 1254.

In nomine Domini Dei Eterni. Anno eiusdem Nativitatis millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto indictione XII. die XI. exeunte Novembris, Jadre in ecclesia cathedrali Sancte Anastasie, presentibus his testibus, scilicet domino Johanne Delphino Comite Jadrensi, et Domino Filipo Donao, et domino Johanne Aurio Consiliariis ipsius domini Comitis, et domino Simeone Gerardo qui fuit de Venetiis, et domino Nicolao Fuscarino de Venetiis, et domino Comite Stinelta de Veglia, et domino Cosa Saladini, et domino Preste de Matofarro, et domino Andrea de Catopania, et domino Rainerio filio Varicasi, et domino Cosa filio Petrogne, et domino Paulo de Lampredio, et domino Cando filio Ranei, et domino Georgio de Veglia, et domino Gregorio filio Comitis Elie, et domino Losipre Nicole, et domino Grisogono de Mauro, et domino Micha filio domini Formini, et domino Damiano filio Cerne de Carbone, et Vulcenna filio Pelegrini Engenani civibus Jadrensibus; et domino Dessa Sacrista Sancte Anastasie, et domino Stepo Canonico eiusdem Ecclesie, et aliis.

Nos Laurentius miseracione Divina Jadrensis Archiepiscopus, domini Pape receptis litteris in hanc formam:

Innocentius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Jadrensi salutem et Apostolicam benedictionem. Significavit nobis venerabilis frater noster . . . Episcopus Traguriensis, quod ipse in S. Archipresbyterum et quosdam clericos Ecclesie Sancti Jacobi de Sybinico sue Diocesis pro eo, quod decimas et alia iura episcopalia sibi debita ei contra justitiam subtrahebant, et diligenter moniti de his satisfacere non curabant, excommunicationis sententiam auctoritate ordinaria exigente justitia promulgavit. Sed idem Archipresbyter et clerici, huiusmodi sententia damnabiliter vilipensa Divina celebrare, immo quantum in eis est

potius profanare presumunt in animarum suarum periculum, plurimorum scandalum, ipsius Episcopi preiudicium, et ecclesiastice discipline contemptum. Quare pro parte dicti Episcopi humiliter petebatur a nobis, et eamdem sententiam robur firmitatis debitum obtinere, ipsosque de presumptione huiusmodi puniri pena canonica faceremus. Quocirca fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari; super eo vero, quod excommunicati dicuntur celebrare Divina, quod rationi consentaneum fuerit, appollatione remota decernas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Datum Laterani XI. kalendas Maii Pontificatus nostri anno XI.

Prefatum Archipresbyterum et quosdam alios Ecclesie Sancti Jacobi de Sybinico, scilicet Tolcum, et Rodinem, et Johannem de Viaco presbyteros, et Stricum diaconum, suo et Ecclesie sue nomine iuxta traditam nobis formam legitime et peremptorie citavimus coram nobis: quod comparentes in Judicio personaliter in termino constituto, et petitioni seu libello adverse partis iam dudum eis transmisse per litteras nostras citatorias perrecto postmodum et accepto, in Judicio coram nobis advocatum suum de assensu eorundem expresso, directe et legittime respondentes, quibusdam frivolis exceptionibus interiectis, quas de consilio Sapientum non admisimus, et excommunicationis exceptione contra Episcopum Traguriensem tantum verbotenus opposita, sed non probata, ad cuiusdam appellationis frustratorie diffugium contumaciter convolarunt. Tenor autem ipsius petitionis talis est:

Ego Magister Gregorius Traguriensis, sindicus, actor et procurator domini Treguani Dei gratia Episcopi Traguriensis, sindicario, actorio, procuratorio nomine ipsius peto a vobis domino L. miseratione Divina Jadrensi Archiepiscopo, domini Pape Judice Delegato, quod compellatis Stanimirum Archipresbyterum, Tolcum, Rodinem, Johannem de Viaco presbyteros, et Stricum diaconum, et ceteros clericos de Sybinico, inviolabiliter observare sententiam exeommunicationis, quam dictus Episcopus Tragurii in eos auctoritate ordinaria exigente justicia promulgavit, pro eo quod decimas et jura epi-

scopalia, videlicet obedientiam, subiectionem et reverentiam, institutionem et destitutionem, correptionem et reformationem, ac censuram ecclesiasticam, sacramentorum omnium que ab Episcopo recipienda sunt, collationem, venire ad Synodum, visitationem quoque annuam, et quedam alia sibi debita contra justitiam subtrahebant, et diligenter moniti de his satisfacere non curabant; et quod faciatis eandem sententiam robur firmitatis debitum obtinere. Item quod auctoritate qua fungimur compellatis supradictos Archipresbyterum et clericos solvere integraliter decimas subtractas et non solutas de duobus annis preteritis et anni presentis, reditus quarum decimarum et jurium de supradictis annis facio ducentas et quinquaginta libras, in quibus reditibus et juribus predictum Episcopum Traguriensem spoliarunt; quare peto restitutionem de ipsis, et predictos Archipresbyterum, et ceteros presbiteros et clericos Sybinicenses in predictis ducentis libris condempnare. Item peto in omnibus supradictis et petitis predictum Archipresbiterum, et ceteros presbiteros et clericos de Sybinico Traguriensis Diocesis, et in expensis quas fecit seu facturus est supradictus Episcopus Tragurii occasione decimarum et aliorum jurium sibi subtractorum, et quas fecit et facturus est pro supradictis decimis et juribus exigendis, et in expensis quas fecit et faciet in causa ista, seu propter causam istam, condempnari. Item eodem modo procuratorio nomine supradicti Episcopi, et ipse Episcopus Tragurii peto iuxta traditam vobis formam, quod puniatis pena canonica Stanimirum Archipresbyterum de Sybinico, Rodinem et Tolcum, et Johannem de Viaco presbyteros, et Stricum diaconum, qui celebraverunt Divina post sententiam excommunicationis in eos latam a dicto Episcopo Tragurii in animarum suarum periculum, scandalum plurimorum, ipsius Episcopi preiudicium, et ecclesiastice discipline contemptum, et adhuc celebrare non desistunt; hoc est, ut ipsos ab omni officio et beneficio ecclesiastico propter irregularitatem sic contractam sententialiter deponatis, salvo jure addendi vel minuendi.

Super qua petitione, lite legitime contestata, et exacto iuramento de veritate dicenda, volentes in spiritu humilitatis eorum contumaciam superare, mandavimus Archipresbytero et aliis omnibus clericis antedictis, ut quia eorum appellatio

non tenebat, deberent accedere coram nobis in persona, vel dicta testium, sicut eis placeret, quos pars altera ad probandum petita in libello introducere intendebat, secundum Juris ordinem obiecturi. Quod cum non per se, vel per responsalem aliquem in termino, et post terminum diutius expectati in Judicio comparuerint, testes super petitis recipi mandavimus et recepimus et examinavimus, aperuimus et publicavimus, solemniter justitia exigente. Testibus igitur diligenter examinatis cum ea diligentia et cautela, que solet et debet in talibus adhiberi, et attestationibus solemniter publicatis, rationibus et allegationibus diligenter auditis; visis etiam litteris Papalibus, privilegiis ac instrumentis pluribus super hoc iamdudum confectis, super premissis deliberatione diu hàbita diligenter, termino etiam hodie peremtorio constituto ad sententiam próferendam. Quia nobis manifeste constat tam per premissa, quam etiam forma publica et notoria deferente, Castrum et Ecclesiam Sybinici a tempore, cuius non extat memoria, fuisse ac fore de Diocese Traguriensi, subfuisse ac debere subesse Traguriensi Episcopo tamquam suo Diocesano; communicato consilio sapientum, dicimus et sentialiter in scriptis pronunciamus auctorite nobis tradita et concessa, partis adverse contumacia non obstante, cuius absentia Dei repleatur presentia : Castrum et Ecclesiam Sybinicensem fuisse ac esse debere de Diocesi seu territorio Traguriensis Ecclesie, sue tanquam matrici et capiti in omnibus iuribus episcopalibus, tam ad legem diocesanam, quam ad legem jurisdictionis spectantibus, scilicet obedientia, subiectione ac reverentia, institutione ac destitutione Archipresbyteri et aliorum clericorum de Sybinico, correctione, reformatione ac censura ecclesiastica et sacramentorum omnium, que ab Episcopo sunt recipienda, collatione, venire ad Synodum, visitatione quoque annua, et quorumdam exactionum prestatione, que in Nativitate Domini et in Resurrectione Dominica ab antiquo solita sunt prestari, sicut in instrumento transactionis facte inter dictum Episcopum Tragurii ex una parte, et S. Archipresbyterum et ceteros clericos Sybinici ex altera plenius dicitur contineri, et roborato auctoritate Capituli Spalatensis Ecclesie Metropolitane, et insuper auctoritate domini Pape dicta transactione etiam confirmata, legitime subiacere et rationabiliter

respondere ad restitutionem tam prefatarum decimarum, que fuerunt et sunt ducente et quinquaginta libre, quam iurium omnium aliorum temporalium et incorporalium Traguriensi Episcopo et Ecclesie sue per dictos Archipresbyterum et Sybinicenses presbyteros et clericos ceteros subtractorum, seu etiam expensarum hac occasione in presente lite factarum, videlicet octingentarum librarum, de quibus judiciali texatione prehabita pars altera fecit fidem in Judicio coram nobis, sepe dictos Archipresbyterum et presbyteros ac ceteros clericos de Sybinico suo sueque Ecclesie nomine Magistro Georgio sindico et procuratori Traguriensis Episcopi procuratorio nomine, et ipsi Episcopo sueque Ecclesie nomine sententialiter et in perpetuum condemnantes. Et ut de cetero in futurum prestent omnia supradicta et singula dicto Episcopo Traguriensi et sue Ecclesie, supradictos S. Archipresbyterum, et presbyteros et ceteros clericos de Sybinico suo sueque Ecclesie nomine nihilominus condemnamus de dictis ducentis et quinquaginta libris nomine decimarum, et octingentis libris nomine expensarum, ad solvendum unius mensis spatium terminum assignantes. Et quia nobis manifeste constat, quod Traguriensis Episcopus propter iura decimarum et alia iura episcopalia per dictos Archipresbyterum, sacerdotes et clericos de Sybinico indebite sibi subtracta premissis legitimis adomonitionibus iuxta formam Concilii Generalis ipsos excommunicationis vinculo innodavit : prefatam sententiam auctoritate Apostolica confirmantes, ne de sua contumacia valeant gloriari, quia humilitas nil prodesse humilibus videretur, si contemptus contumacibus non obesset; Stanimirum Archipresbyterum, Tolcum et Rodinem, et Johannem de Viaco presbyteros, et Stricum diaconum, qui postmodum sententia huiusmodi dampnabiliter vilipensa Divina celebrare, imo, quantum in eis est, potius prophanare presumunt, et iam diutius presumpserunt in animarum suarum periculum, plurimorum scandalum, et ecclesiastice discipline contemptum, ab omni officio et beneficio ecclesiastico iuxta canonicas sentencias duximus sententialiter deponendos.

Ego Candi de Ragno Examinator manum meam misi.

Ego Priamus Sancte Anastasie Primicerius et Jadrensis Notarius huic sententie audiende rogatus interfui, signoque

meo mandato domini Jadrensis Archiepiscopi roboravi etiam et subscripsi.

† Ego Arnaldus filius quondam Alberti Sartoris de Padua Sacri Palatii Notarius his omnibus interfui, et de mandato sepedicti domini Archiepiscopi hec omnia scripsi, et signo proprio et consueto roborans, hanc paginam ad maiorem cautelam eam Archiepiscopi sigilli charactere communivi.

(Farlati, Illyricum Sacrum IV. köt. 344. l.)

281.

Treugan trau-i püspök meghatalmazottakat küld az apostoli székhez, annak megakadályvzására, hogy a spalatoi érsek Sebenicoban püspököt ne választathasson. 1254.

In nomine Domini Dei Eterni. Anno eiusdem Nativitatis MCCLIIII. indictione XII. die IIII. exeunte Aprilis, in civitate Tragurii in camera domini T. Episcopi de Tragurio, presentibus iis testibus, videlicet Desa clerico filio Dragogne de Tragurio, et Bogode clerico filio quondam Mice de Marcho eiusdem loci, et Johanne Bello qui fuit de Tarvisio, et aliis ibidem. Dominus T. Dei gracia Traguriensis Episcopus de voluntate et consensu sui Capituli, D. Archidiaconi, et G. Primicerii, et domini Dragi Canonici, et aliorum de suo Capitulo, suo et nomine Episcopatus et Archidiaconatus, de voluntate et consensu totius sui Capituli nomine can — — — — T — — — — — et Cap — — — fecerunt, creaverunt et constituerunt dominum Petrum Calzam Doctorem Legum de Tarvisio, et dominum Gausinam Primicerium Sancti Laurentii de Tragurio suos nuncios, sindicos, actores et procuratores ad protestandum, dicendum et appellandum, et appellationes faciendas ad dominum Papam, ne dominus R. Archiepiscopus Spalatensis de facto procedat ad electionem Epi-

scopi vel confirmationem, si esset facta, in Sibinico, et ad protestandum, dicendum et opponendum, et excipiendum contra litteras impetratas ad dictum R. Archiepiscopum Spalatensem, si que littere essent super dicto facto impetrate; et ad faciendas protestationes et appellationes omnes, quas nomine dicti Episcopi — — — — — — canonice, et Capituli suo nomine et canonice facere posset; et ad omnia alia facienda, dicenda, protestanda, que ipsi principales facere, dicere, protestari possent; promittentes dictus Episcopus et Capitulum, quidquid dicti sindici, actores et procuratores fecerint, se firmum et ratum habituros, et non contravenire.

Ego Arnaldinus filius quondam Alberti Sartoris, Sacri Palatii Notarius interfui et scripsi.

(Farlati Illyricum Sacrum IV. köt. 345. l.)

282.

Az esztergami káptalannak bizonyságlevele, hogy Feldrik Baasnak fia és Raszló Raszlónak fia bizonyos földeket Gergely comes és Szemere, Mátyás fiainak eladták. 1254.

Nos Capitulum Ecclesie Strigoniensis vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis oraciones in filio Virginis Gloriose. Nouercari solet quandoque racio, nisi scripture et proborum uirorum fulta testimonijs succedencium commendetur memorie hesitanti. Proinde ad vniuersorum tenore presencium noticiam uolumus peruenire, quod Feldricus filius Baas, Raslo filius Raslai coram nobis personaliter constituti dixerunt, quod terras suas hereditarias trium uillarum, Nogfalud uidelicet, Kusfalud et Bolug, reoccupatas, super quibus quidem contencio inter ipsos Feldricum, Raslo ab una parte, et Gregorium Comitem filium Matie ac fratrum suum Scemere nomine ex altera fuisset suscitata, propter bonum pacis ven-

diderunt pretactis Gregorio, Scemere super sedecim marcis perpetuo possidendas; quas quidem sedecim marcas predicti Feldricus et Raslo ab eisdem Gregorio et Scemere ad plenum se confessi sunt recepisse. In cuius facti memoriam et perpetuam firmitatem ad instanciam et peticionem predictarum parcium nostras concessimus litteras sigillo nostro roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto.

A B C

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

283.

István glagonichai prépost és jeruzalemi kanonoknak bizonyságlevele, hogy a zágrábi káptalan és Mártonnak fiai topliczai birtokuk határaira nézve egyezkedtek. 1254.

Nos Stephanus Divina miseracione Prepositus Sancti Sepulchri de Glagonicha et Canonicus Ecclesie Iherosolimitane. Notum facimus universis, presentes litteras inspecturis: quod accedens ad nostram presenciam ab una parte procurator Ecclesie Zagrabiensis, Moyg scilicet Curialis Comes eiusdem Ecclesie de Toplica pro dominis suis, et ab altera filii Martini, Gregorius scilicet et Martinus et consanguineus eorumden, Bhot nomine, pro se et omni eorum generacione, confessi sunt: quod cum inter Capitulum Zagrabiense et Gregorium ac fratrem suum et consanguineos altercacio super quadam parte terre Toplicensis diu perdurasset, tandem composicione intercedente perducti fuissent ad pacis unionem, et consensissent in metas subantiquas, perempta qualibet revocaminis facultate. Prima meta incipit ab oriente in arbore bik, de qua protendit in semita et venit ad magnam viam, que venit de predio

Gregorii, nomine Jelscich, habens ibi metam in arbore bik; in eadem via vertitur ad meridiem habens a septemtrione terram Gregorii, a meridie terram Capituli, et venit ad caput montis Cobulaznus, habens ibi unam metam terream et alteram in arboribus cerasi et gertan; de capite Cobulaznus procedit in via antiqua et venit ad magnam viam, que ducit ad domum Gregorii, habens ibi duas metas in arboribus harazt; in ipsa magna via procedit versus septemtrionem et ascendit collem unum, habens ibi duas metas in arboribus harazt; inde flectitur ad occidentem ad iactum baculi, habens unam metam in arbore berekyna, alteram in bik; inde flectens quasi ad septemtrionem, descendit sub vinea et venit ad metam, que est in arbore cerasi; deinde venit iterum ad cerasum, postea ad duas metas, unam in arbore harazt, alteram in bik; postea descendit ad pirum; deinde in rivum unum, quem transiens, habet in margine metam terream sub arbore gertan; inde transit viam unam versus occidentem et ascendit in parva valle una ad metam que est sub arbore berekyna; deinde venit in semitam unam et in eadem semita vadit versus occidentem et venit ad magnam viam Ittewen, que ducit ad Worosd, ibique in metarum binario terminatur. Et ne dictus Gregorius, vel frater suus, aut consanguinei vel ipsorum successores Capitulum Zagrabiense super distinctione terre predicte viam habeant infestandi, omnes literas, quas dictus Gregorius et sui super eodem facto contra Capitulum proferent in lucem, cassatas esse auctoritate presencium voluerunt, vel exhibite vires non habeant et in nichilum redigantur. Renunciaverunt dictus Gregorius et frater suus et Bhot pro se et omnibus suis consanguineis omni juri et accioni, quam habebant, vel habere poterant super metis terre superius nominate. In cuius rei testimonium presentes litteras ad instanciam parcium contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab Incarnacione Domini MCC. quinquagesimo quarto.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 102. l.)

284.

IV. Béla király Dobrina és fiainak oda itéli az általuk Bud és társaitól az éhség idején megvett Szelepcsény földnek felerészét. 1255.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex, vniuersis presentes litteras inspecturis salutem omnium saluatore. Vigerent lites et regnaret materia iurgiorum, nisi ea, que iuris ordine terminantur, per eterni scripti memoriam reciperent firmitatem. Proinde ad uniuersitatis uestre noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum Pousa filius Bala, Buc filius Balasey, Georgius filius Bud, Juane filius Sctayzlai (igy), a Dobrina, Miko et Woyn filijs eiusdem, et Woyzlao, ac Thoma iobagionibus Monasterij Sancti Benedicti de Grana, qui prius de seruientibus nostris fuerant oriundi, medietatem terre ipsorum iobagionum nomine Scylipche, uidelicet ad duo aratra, repeterent in iudicio coram nobis, utpote indebite occupatam : ijdem Dobrina, Miko, Woyn, Woyzlaus et Thomas ex aduerso responderunt, quod ipsi predictam terram a Bud patre dicti Georgij, et fratre eiusdem Georgij nomine Gurganus, Egydio fratre dicti Juane, Legk filio Mykuna, et Doncus fratre dicti Pouse coram Nitriensi Capitulo famis tempore comparassent, super quo per litteras eiusdem Capituli nobis fecerunt fidem plenariam adhiberi. Cum ergo per totum Regnum nostrum edicto generali duxerimus statuendum, ut possessiones alienate famis tempore nequeant reuocari; decreuimus, vt medietatem dicte terre Scylipche, usui duorum aratrorum sufficientem, prefati Dobrina, Miko, Woyn, Woyzlaus et Thomas debeant perpetuo pacifice possidere, sicut in litteris Nitriensis Capituli continetur, cum easdem dictus Pouse et socij sui nullatenus dixerint esse falsas. Ceterum cum unicuique ex debito regiminis simus in sua iusticia debitores, decreuimus, ut medietas dicte terre Scylipche, exi-

stens extra litem, ipsis Pouse, Buc, Georgio et Juane cedere debeat, cum uendicioni partis relique facte coram Nitriensi Capitulo eos in nullo penitus constiterit consensisse. Vt igitur sepedicti Dobrina, Miko, Woyn, Woyzlaus et Thomas medietatem dicte terre Scylipche, emptam coram Nitriensi Capitulo, ualeant pacifice possidere, in testimonium huius rei presentes litteras dari fecimus, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Smaragdi Albensis Ecclesie Prepositi, aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, quarto idus Augusti; Regni autem anno vicesimo.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 680. l.)

285.

IV. Béla király megerősíti a szent sír szerzeteseit Novák föld birtokában, mely nekik Gyula mestertől Kálmán királynak megerősítése mellett volt adományozva. 1255.

Bela Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Chroacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque rex universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum tam presencium quam posterorum noticiam, harum tenore volumus pervenire, quod cum tempore coronacionis nostre superfluas et inutiles quorumdam antecessorum nostrorum donaciones, que in Corone Regie preiudicium facte fuerant, de Baronum nostrorum consilio revocare fecissemus; et idem karissimus frater noster, felicis memorie Rex Colomanus, Dux tocius Sclauonie, fecisset in Ducatu Sclauonie, quem obtinebat, relinquendo donaciones modo legitimo factas penes possessores: terram quandam Noak nuncupatam, Domui fratribus Sancti Sepulcri per Magistrum Julam collatam, non tam racione conferentis, quam intuitu

Divine remuneracionis, memoratus frater noster, ipsi Domui in perpetuam elemosinam duxit relinquendam, ab ipsa pacifice possidendám; quod et nos, ipso viam universe carnis ingresso, ratum habuimus atque firmum. Et ut in posterum tocius disceptacionis materia auferetur, predictam terram ad requisicionem antedictorum fratrum, per fidelem clericum nostrum Magistrum Benedictum Quinqueecclesiensem, circumspici fecimus et metis novis iuxta statum antiquum innovari, nullo contradictore apparente. Et licet totum Supanatum de Nouak fideli nostro Prezde Bano contulerimus, predictam tamen terram exceptam esse volumus ab eodem, cum ipsam Domus prefata possederit longe ante. Mete autem ipsius terre, sicut per eundem clericum nostrum didicimus, hoc ordine distingu̇ntur: Prima meta incipit supra rippam Drawe ab oriente ex parte Waska, iuxta terram Vrbani et Pouse iobagionum Castri Symigiensis in quadam arbore de kercu cruce signata, sub qua est meta terrea nova; et ibidem ad duas metas terreas progreditur versus meridiem ad unam arborem de kercu cruce sigatam, nova cruce et antiqua, ubi prope illas sunt due mete terree, una antiqua et alia nova; abinde ad unam arborem similiter de kercu, in qua sunt tres cruces, due antique et tercia nova; deinde iuxta terram predictorum progrediens similiter versus meridiem pervenitur ad unam viam venientem de Waska in locum, ubi est arbor de kercu, in qua sunt due cruces, una antiqua et alia nova, et iuxta eandem due mete terree; inde ad duas metas terreas, quarum una est antiqua et alia nova; deinde per arbores cruce signatas iuxta terram eorumdem vadit ad duas metas terreas, quarum una est antiqua et alia nova; abhinc per unam metam veterem ad duas metas terreas, quarum una est antiqua et alia nova; inde similititer per unam metam veterem terream vadit ad arborem kercus, cruce signatam, ubi est meta terrea nova; deinde per arbores cruce signatas vadit similiter ad unam metam terream novam; inde per arbores cruce signatas venit ad viam magnam antiquam, iuxta quam est meta nova terrea, in qua est arbor kercus cruce signata; et per eandem viam parum eundo exit de via ad metam terream novam, iuxta quam sunt arbores cruce signate; abhinc reflectit se parum ad meridiem (et) vadit per

arbores cruce signatas, et pervenitur ad metam terream novam; deinde ad duas metas terreas, quarum una est antiqua et alia nova; inde eundo iuxta quandam mulakam a sinistris per arbores cruce signatas pervenitur ad metam terream antiquam, in qua est arbor kercus cruce signata et alia meta nova; inde eundo directe ad meridiem venitur ad metas terreas, quarum una est antiqua et alia nova; deinde similiter ad duas metas terreas antiquam et novam; deinde similiter ad tres metas terreas, quarum due sunt antique et una nova; abhinc eundo eodem modo vadit ad tres metas terreas, due sunt antique et una nova, ibique intrat viam venientem de Waska; inde per eandem viam per arbores cruce signatas pervenitur ad metam antiquam, in qua est arbor de pomo silvestri, et ibi est nova meta terrea; inde per eandem viam tendens venitur ad duas metas, una est antiqua sub arbore kercus cruce signata, et alia nova; inde eciam eundo directe venitur ad quadrivium, ubi sunt quatuor mete, tres antique et una nova, et ibi terminatur terra Vrbani et Pouse predictorum, et incipit tenere metam cum Emrico sacerdote; inde per eandem eundo venitur ad plures metas terreas; ac hinc parum eundo per antiquam metam exit de via ubi est meta terrea antiqua; inde vadit ad pirum ubi sunt due mete terree, una antiqua et alia nova iuxta villam Emrici sacerdotis; et iuxta eandem villam eundo per unam metam terream antiquam pervenitur ad arborem de pomo silvestri, cruce signatam ab antiquo, iuxta quam est meta de novo facta angularis; inde intrat ad Cherich usque ad aquam nomine Prothoh, et per aquam illam inflectitur superius versus villam Sancti Mychaelis, que est villa Domus Sancti Sepulcri, et vadit per eandem circumeundo ad partem occidentalem per magnum spacium, et pervenitur ad terram albi Boryn, ibique exit de aqua Cherich ad quandam pirum cruce signatam ab antiquo, sub qua est nova meta terrea; inde tendit versus aquilonem iuxta terram dicti Boryn pervenitur ad duas metas terreas iuxta viam venientem de Sancto Mychaele, transeundo illam viam per planiciem protenditur et venit directe ad duas metas terreas, quarum una est antiqua et alia nova; inde similiter eundo directe ad monticulum per metam terream pervenitur ad tres metas terreas, quarum due sunt antique et

tercia nova; ibique terminatur terra Boryn (et) incipit tenere metam cum terra ville Nouak; inde venit ad duas metas terreas, antiquam et novam, in una est arbor kercus cruce signata; inde ad antiquam metam, iuxta quam est nova meta; abhinc ad tres metas terreas, duas antiquas et unam novam; inde (ad) arborem kercus, in qua sunt due cruces, una antiqua et alia nova, iuxta quam est una meta; inde per frutices pervenitur directe ad sepulcrum Paxa vocabulo, ubi sunt tres mete terree, due antique et una nova iuxta viam, et ibi intrat viam magnam euntem in villam Nouak; inde per eandem viam venitur ad duas metas terreas, unam antiquam et aliam novam; deinde per eandem viam venit similiter ad tres metas terreas, duas valde antiquas et unam novam; inde de illis tribus metis directe protenditur ad angulum muri curie Domus Sancti Sepulcri, et iuxta murum ex parte ville de Nouak pervenitur ad alium angulum eiusdem muri; inde per rectam lineam eundo cadit in Drawam, descendit inferius iuxta solitum cursum aque circuiens insulam, que pratum Thome Bani appellatur; deinde pervenitur ad metam priorem ubi fuit incepta, ibique terminatur. Ut igitur tam collacionis fratris nostri, quam confirmacionis nostre, series robur perpetuum obtineat, presentes dedimus litteras duplicis sigilli nostri munimine inretractabiliter roboratas. Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto; tercio kalendas Aprilis, Regni autem nostri anno vicesimo.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 103. l.)

286.

IV. Béla királynak Chon földét tárgyazó adománya a Scynnai vendégek számára. 1255.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crouacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex uniuersis presentes litteras inspecturis salutem in eo qui Regibus dat salutem. Ad uniuersitatis uestre noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum hospites nostri de Scynna siluis, nemoribus et pratis plurimum indigerent, et super huiusmodi necessitate sua nobis sepissime supplicassent; volentes eis in hac parte graciam facere specialem, per Menhardum Comitem de genere Aba, et Fyl Comitem de Syrmia, militem dilecti et fidelis nostri Smaragdi Prepositi Albensis aule nostre Vice Cancellarij, fideles nostros, et per ipsos hospites aliquam terram inspici iussimus eis aptam; qui postmodum retulerunt, terram Marcelli filij Moch, jobagionis Castri nostri de Abauyuara nomine Chon propter loci uicinitatem eis esse plurimum oportunam. Super quo ipsi hospites instantissime supplicarunt, ut ipsam eis conferre liberaliter dignaremur. Nos igitur, qui de subiectorum multitudine gratulamur, volentes dictorum hospitum nostrorum numerum augmentari, dictam terram Chon, sicut nominatus Marcellus tenuit, prefatis hospitibus nostris de Scynna contulimus perpetuo possidendam, eosdem per Menhardum et Fyl Comites predictos in possessionem ipsius introduci pacifice facientes. Mete autem illius terre, sicut dicti Menhardus et Fyl Comites retulerunt, taliter distinguntur: Prima meta incipit apud unam pirum in magna uia que uenit de Sceplok; inde uadit ad fluuium Scortas; exinde protenditur ad Gunupotoka ad arborem egur, ubi est dumus qui uulgo kuken dicitur; inde per ripam Hernad tendit ad arborem populeam; postea tendit descendendo per Hornad ad stagnum Mortua; abinde tendit ad partem meridionalem ad quoddam pratum ad arborem populeam; inde uadit ad arbo-

rem gumulchen; exinde itur ad duas pomos; postea tendit ad portum fluuij Scortas; inde uadit ad magnam populum uersus meridiem; inde protenditur et inferiorem partem illius loci qui Ouwar nominatur, ibique mete terminantur. Ut igitur hospites nostri de Scynna prefatam terram Chon possint perpetuo pacifice possidere, presentes eisdem dedimus in testimonium litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, nono kalendas Marcij, Regni nostri anno vicesimo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a kettős pecsétnek töredéke hártyazsinegen függ; a budai kamarai levéltárban. Találtatik ott István ifjabb királynak ezen adományt megerősítő 1261-ki okmánya is; s ugyanannak 1505-ki országgyűlési átirata. Sok hibával kiadva Fejérnél Cod. Dipl. IV. köt. 2. r., 317. l.)

287.

IV. Béla királynak törvénykezési szabadalma a zágrábi püspök Vaska melletti Szent-Mártonban lakó népei számára. 1255.

Nos Bela Dei gracia Rex Hungarie significamus vniuersis presencium per tenorem, quod ad supplicacionem venerabilis patris Philippi Episcopi Zagrabiensis dilecti et fidelis nostri concessimus et statuimus, vt jobagiones et populi sui iuxta Drauam in terra Sancti Martini prope Vaska constituti eodem jure et libertate censeantur et vtantur, tam in Judicijs quam in ceteris, quo jure alij jobagiones et populi ipsius Episcopatus, et specialiter ad Vaska pertinentes censentur iuxta consuetudinem approbatam; cum et isti sint vniti eisdem, et ad curtem supradictam Vaska pertineant, sicut illi qui sunt vltra hos. Adiuncto, quod si prefatus Episcopus remissus fuerit cuiquam de eisdem in iusticia facienda, non is-

contra quem ageret, sed Episcopus memoratus vel eius officialis ad nostram Presenciam debeat euocari. In cuius rei firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum apud Vaskam anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, decimo sexto kalendas Aprilis, Regni autem nostri anno vicesimo.

(Eredétie bőrhártyán, melynek pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárnak Zágrábban lévő részében.)

288.

IV. Béla királynak azon határjárást megerősítő okmánya, melylyel Henrik somogyi főispán és a somogymegyei várnépek, s a somogymegyei várjobbágyok közti határok szabályoztattak. 1255.

Bela Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex, universis presentes literas inspecturis salutem in eo, qui est salus omnium. Officii nostri debitum nos ammonet invigilare remediis subiectorum, quia dum eorum excutimus honera, dum scandala removemus, nos in ipsorum quiete quiescimus et pacis eorum commodo gratulamur. Proinde ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire; quod cum inter Herricum Comitem Symigiensem dilectum et fidelem nostrum et castrenses Castri Symigiensis in Garig ex una pare, et iobagiones Castri Symigiensis in Garig existentes ex altera, qui a tempore Regis Colomani fratris nostri felicis recordacionis et ante in Garig terras possederant, super terminis terrarum suarum in nostram presenciam questio verteretur, volentes scandalum seu discordiam tollere de medio eorumdem, ne in antea graventur laboribus et expensis, dictum Henricum Comitem, qui vice sua Pangracium officialem suum de Garig

ad hoc deputavit, et Magistrum Benetictum Quinqueeclesiensem, fidelem hominem nostrum, pro metis eorumdem distinguendis duximus transmittendos, ne processu temporum prefati iobagiones Castri de terra castrensium valeant occupare, vel castrenses contra eosdem occasionem seu materiam habeant querelandi. Ex quibus, videlicet iobagionibus predictis, mete terrarum Petri, Gregorii, Martini, Bartholomei, Johannis et Dominici, filiorum Berizlay, prout dictus Magister Benedictus nobis retulit, sicut et prefatus Pangracius per suas literas intimavit, taliter distinguntur : Prima meta de Palichna incipit ex parte terre Magistri Moys ab oriente iuxta fluvium Chernalika in loco, ubi exit de fluvio ad unam vallem, et ascendit ad metam terream separantes limites Garig et Yzdench; ibique intrat silvam, et per siluam in arboribus cruce signatis pervenitur ad arborem tulgfa, sub qua est meta terrea, et ibi relicto Yzdench incipit tenere metam cum Otrochk, per vallem Subnak veniendo per magnum spacium cadit in predictum fluvium Chernalika; deinde descendit usque ad locum ubi rivulus Palichna cadit in eundem Chernalikam, per rivulum autem Palichna veniendo superius exit ad unam siccam vallem, et per eam vadit superius ad arborem tulgfa cruce signatam; deinde ad viam ubi sunt due mete, una filiorum Berizlaii in gertanfa, altera Otrochk in narfa, ibique intrat magnam silvam, et per medium silve eundo in arboribus cruce signatis exit ad viam in planicie, et transeundo viam est meta sub arbore hasfa ex parte terre Castri; inde tenendo metam cum castrensibus vadit ad vallem ad metam sub arbore bikfa; inde ad caput dicte vallis, ubi est meta in arbore tulgfa; deinde parum eundo intrat silvam in arbore klenfa cruce signata; inde eundo per silvam vadit ad viam; et deinde exit ad semitam et in ea eundo intrat aliam silvam; de illa exit ad tulgfa, sub qua est meta terrea; inde directe eundo versus occidentem cadit in vallem, et de valle ad metam, ibique intrat aliam vallem, in cuius capite est meta terrea, ibique intrat silvam, et eundo venitur ad arborem bikfa cruce singatam; per medium silve eundo in arboribus cruce signatis exit ad metam terream iuxta viam, et per viam venitur ad metam sub arbore almafa; inde vadit ad metam sub piro, ibique relicto Castro incipit tenere metam cum Teklisa in-

valle Lypovyccha, et in ea descendens exit ad unam siccam vallem; inde directe ad metam terream; inde parum se reflectendo per arborem gertanfa, sub qua est meta, et descendit in vallem ubi est meta terrea, et per eandem descendens cadit in rivulum Palichna; inde eundo inferius exit ad aliam vallem Zuweruscha, et in capite eiusdem vallis iuxta viam est meta terrea; inde eundo versus septemtrionem intrat silvam, et per eam vadit usque ad arborem tulgfa, sub qua est meta terrea, et in eadem silva venitur ad arborem klinfa, sub qua est meta terrea; inde ad caput unius vallis ubi sunt tres mete, quarum una est filiorum Berizlay in arbore bikfa, altera Teclisa, tercia Castri; inde tenendo metam cum Castro, vadit ad magnam arborem tulgfa cruce signatam, ubi est meta terrea sub arbore gertanfa; inde reflectitur et vadit ad caput unius vallis, nomine scuhadol, ubi est meta terrea; inde descendendo cadit in rivulum Jaurowa, et per illam vadit superius, exit ad viam in meta terrea, ibique separatur a Castro, incipit tenere metam cum Coletk, et per ipsam viam eundo versus orientem per metas terreas cadit in rivulum Zuoytin, ubi est meta terrea; et inde vadit superius iuxta domum Coletk usque ad locum ubi exit ad metam terream; inde vadit ad arborem hasfa, sub qua est meta terrea; inde directe ad aliam arborem gartanfa sub qua est meta terrea; abhinc per frutices et arbores cruce signatas vadit ad caput predicti rivuli Zuouyn, ubi est meta in arbore scilfa; inde per silvam vadit ad tres metas angulares, quarum una est filiorum Berizlay, altera Coletk, tercia Stephani et Lopatk; inde per medium silve eundo in arboribus cruce signatis et metis pervenitur ad caput Blanice, ibique sunt due mete, quarum una una est filiorum Berizlay, altera Stephani, et per illam tenendo metam cum Ciglana descendens usque ad arborem bikfa, sub qua est meta terrea, ibique transit Blanicham ad unam vallem, et per eam vadit ad duas metas in via, quarum una est filiorum Berizlay altera Stephani; et relicto Stephano vadit iuxta terram Coletk ad duas metas terreas, quarum una est filiorum Berizlay, altera Coletk; inde eundo c — — — — — et rivulum Chernalika, et per eam descendens pervenitur ad priorem metam ubi fuit incepta, ibiqe terminatur. Item prima meta alterius terre eorumdem, que

Ebrisk et Lescbuch vocatur, incipit ab occidente in fluvio Garig, et exit ad unam vallem, ubi est meta terrea, et per eam eundo pervenitur ad metam sub arbore gertanfa; inde progreditur versus orientem eundo per silvam in arboribus cruce signatis iuxta terram Drask, exit ad planiciem — — — — — pa ubi est meta terrea, ibique intra silvam et — — — — vadit ad caput unius vallis, ubi est meta sub arbore tylgfa, et per eandem vallem descendens per magnum spacium iuxta terram dicti Drask, exit ad metam sub arbore tulgfa, ibique incipit tenere metam cum castrensibus de Chernalika; inde vadit directe ad magnam viam, et pervenitur ad locum ubi transit viam ad metam sub arbore gertanfa; abhinc (direct)e vadit per metas et venitur ad locum, ubi in(trat aqua) Suplonicha in meta sub arbore tulgfa; deinde ad aquam Suplonicha, et per ipsam descendens inferius vadit per magnum spacium usque ad locum, ubi exit de dicta aqua ad unam vallem in meta terrea, per illamque progrediens vadit ad caput eiusdem, ubi sunt due mete, una antiqua et altera nova, et ibi intrat silvam, et per eam vadit in antiquis metis usque ad duas metas, quarum una est antiqua et altera nova; inde cadit in vallem siccam in planicie, et pervenitur ad rivulum Lizcouch, per quem descendens inferius exit ad metam sub arbore gertanfa, per arboresque de narfa cruce signatas itur ad antiquam metam, et per antiquas et novas metas descendens, cadit in predictum rivulum Garig, et per illum eundo superius revertitur ad priorem metam, ubi fuit incepta, ibique terminatur. Item prima meta tercie terre predictorum filiorum Berizlay, que Disnicha vocatur, incipit iuxta magnam viam sub arbore gertanfa, et progeditur directe ad rivulum Jelsowa in meta sub arbore gertanfa, et per eundem vadit inferius ubi exit ad viam, que ducit in predictam magnam viam, ubi sunt due mete, una filiorum Berizlay, altera Mortunus et cognatorum suorum; inde parum eundo in eadem via exit ad metam terream; deinde descendit ad pirum sub qua est meta, ibique cadit in rivulum Lisnicha, et per eundem vadit superius versus domum ipsorum, et venitur ad locum ubi de rivulo exit ad siccam vallem ad metam terream, ibique tenendo metas cum castrensibus ascendit in berch usque ad metam terream; inde descendit in vallem ad

partem occidentalem, que vallis ducit inferius in Minorem Disnicham, per quam vadit superius tenendo metas cum filiis Peztowan, pervenitur ad locum, ubi exit ad unam vallem nomine Scothachka in meta terrea; et in ea eundo ex parte Nazler, per metas terreas ascendit ad tres metas angulares, quarum una est filiorum Berizlay, altera Nazler, tercia Castri; deinde progrediens in montem per viam versus septemtrionem, et vadit ad metam sub arbore quercus; inde per berch tenendo metas cum castrensibus vadit per viam usque ad metam sub arbore tulgfa desiccata; deinde descendit in vallem, que ducit per metas usque in rivulum Disnicha in meta terrea, et in Disnicha eundo parum superius exit ad vallem que ducit superius usque ad viam magnam, ubi est meta terrea; per viam autem supradictam vadit ad metam sub arbore horoztfa; et ab inde eundo parum reflectitur iuxta silvam, et vadit ad metam terream iterato sub horoztfa; et inde directe vadit ad viam usque ad metam sub vinea Vde, et in via vadit ad foveam luporum, ubi est meta sub arbore horoztfa; inde descendit in vallem silvosam iuxta terram dicti Vdez, in ea eundo exit per vallem iterum ad magnam viam, ubi est meta sub arbore horaztfa; inde per viam descendit ad metam sub arbore horoztfa; abhinc veniens cadit in rivulum Zabordna in meta jaurfa; et in Zabordna, eundo parum exit ad vallem iuxta terram Wlchete, et per vallem vadit superius ad metam sub arbore horoztfa; deinde ad metam sub arbore horoztfa predicti; et inde reflectitur ad viam et per eandem in berch vadit usque ad locum,ubi exit de via ad metam terream; et inde descendens per unam vallem cadit in rivulum Dethcha, et in ea eundo parum inferius exit ad vallem, per quam itur superius ad metam sub arbore horoztfa; abhinc in latere montis venitur ad metam sub arbore bikfa, ibique cadit in vallem, et per aliam vallem exit ad dumum viminis, ubi est meta; deinde ad magnam viam ad metam sub arbore horoztfa; abhinc per viam magnam vadit versus meridiem usque ad duas metas, quarum una est filiorum Berizlay, altera Gordos curvi; deinde per unam vallem descendens cadit in rivulum Yelsowa, et transit rivulum in metam sub dumo ex parte terre Castri; inde vadit directe superius per montem silvosum usque ad locum ubi est meta sub arbore gertanfa;

inde iuxta cultam terram eiusdem Petri vadit superius directe ad pirum, ubi est meta terrea; et inde intrat ad magnam viam supradictam, et per ipsam revertitur per magnum spacium ad priorem metam, ubi fuit incepta ibique terminatur. Item prima meta terre filiorum Berizlay, empticie a filiis Brezhal, Martino et Georgio et Johanne, filio Wolkan, que est iuxta rivulum Garig, incipit tenere metam cum Cheh iuxta aquam Garig in meta terrea; inde per siccam vallem veniet superius ad viam ubi est meta terrea; deinde per fossatum descendit in siccam vallem, et in ea eundo superius exit in una parva valle ad metam terream; deinde in planicie descendit in vallem, et in ea eundo ascendit superius ad metam sub dumo munorofa; inde per viam vadit in silva ad tres metas angulares, quarum una est filiorum Berizlay, altera Cheh, et tercia Johannis, filii Wolkan, ibique relicto Cheh incipit tenere metam cum dicto Johanne, et vadit per viam in silva ad metam terream; deinde ad alias duas metas, quarum una est filiorum Berizlay et altera Johannis iuxta viam; inde per viam eundo pervenitur ad metam angularem; inde reflectitur ad vallem Zolotnik; et per Zolotnik descendens cadit in rivulum Garyg, et per eum descendit inferius ad priorem metam ubi fuit incepta, ibique terminatur. Ut igitur dictus Petrus ac fratres sui prenominati cum suis heredibus heredumque suorum successoribus, ac castrenses qui agebant contra ipsos pace perpetua gratulentur, presentes litteras in testimonium dari fecimus perpetue firmitatis sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus Magistri Smaragdi, Prepositi Albensis, aule nostre Vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto; III. idus Novembris, Regni autem nostri anno vicesimo secundo.

(Tkalcsics, Monum. histor. Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 106. lap.)

289.

IV. Béla királynak más okmánya ugyanazon tárgyban. 1255.

Bela Dei gratia Vngarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus, quibus presentes ostenduntur tam presentibus quam futuris salutem in omnium salvatore. Officii nostri debitum remediis invigilat subiectorum, quia dum eorum onera relevamus, dum scandala removemus, nos in eorundem quiete quiescimus, et pacis ipsorum comodo gratulamur. Proinde ad universorum noticiam volumus pervenire: quod cum inter dilectum et fidelem nostrum Hernicum Comitem Symigiensem et castrenses de Garig ex una parte, et jobagiones Castri in ipsa Garig existentes ex altera, qui a tempore Regis Colomani, carissimi fratris nostri clare memorie, et ante in Garig terras possederant, super terminis terrarum suarum, coram nobis questio verteretur, volentes scandalum seu discordiam tollere de medio eorundem, ne in antea graventur laboribus et expensis, dictum Herricum Comitem, qui vice sua Pangracium officialem suum de Garig ad hoc deputavit, et Magistrum Benedictum Quinqueecclesiensem, fidelem hominem nostrum, pro metis eorundem distingendis duximus transmittendos, ne processsu temporum, prefati jobagiones de terra castrensium valeant occupare, vel castrenses contra ipsos occasionem seu materiam habeant querelandi. Ex quibus quidem iobagionibus Castri mete terre Johannis, filii Wolkan, que Lokouch nuncupatur, apud ecclesiam Sancti Johannis existentis, hoc ordine distinguntur, prout Magister Benedictus et Pangracius memorati, nobis in scriptis presentarunt. Incipit enim in capite Labatinnich apud Sanctum Johannem; inde vergit inferius usque ad locum ubi exit per vallem ad duas metas terreas; inde per planiciem vadit ad duas metas ex parte terre Castri; inde ad caput Salatinnik ubi est meta sub arbore girtianfa; inde per Salatinnik eundo exit (ad) duas metas

erreas iuxta terram filiorum Berizlay; inde vadit ad duas metas; abhinc per viam eundo prevenitur ad duas metas, quarum una est Johannis, altera filiorum Berizlay; deinde parum eundo venitur ad metam terream; et inde reflectitur per unam semitam ad silvam, et vadit ad tres metas, quarum una est Johannis, altera filiorum Berizlay, tercia Cheh; iuxta ipsum Cheh in meta una eundo pervenitur ad tres metas, quarum una est Johannis, altera Cheh, tercia Georgii Berinoy; iuxta terram itaque Georgii eundo pervenitur ad duas metas iuxta Lokouch, et ibi transit Lokouch in vallem versus septemtrionem, et per illam vallem eundo exit ad metam terream sub dumo munurovfa; inde reflectitur versus domum Georgii in planicie, et cadit in siccam vallem que ducit ad duas metas, ibique in metis dicti Georgii pervenitur iterum ad priorem metam et sic terminatur. Item prima meta terre ipsius Johannis, que Desnicha nuncupatur, incipitur in valle Hemelinna in loco, ubi exit versus meridiem iuxta terram Stephani Ungari ad metam sub arbore gertanfa; inde ascendit ad viam ad metam terream, deinde per viam eandem pervenitur ad tres metas angulares; inde iuxta terram Benedicti filii Bodiuoy descendit directe versus orientem ad rivulum Desnicha, per quem vergit versus meridiem usque ad locum, ubi exit de eo in quandam vallem ad metam terream; per dictam autem vallem vadit superius iterum ad orientem ad duas arbores narfa, sub quibus sunt mete terree; deinde exit ad magnam viam, et in ea eundo parum exit ad metam sub arbore clenfa; inde directe descendit ad maiorem Desnicham in meta, per quam eundo superius exit ad quandam vallem in meta sub arbore pomi, et per dictam vallem tenendo metas cum Castro vadit ad duas metas terreas; inde per viam vadit iterum ad duas metas terreas; inde ad veterem metam et novam; et ab inde per semitam quandam tenendo metam cum Othmich descendens cadit in aquam Desnichem, et per eam descendens inferius exit iterum ad vallem Hmelina, et per ipsam reducitur ad metam priorem et ibi terminatur. Item incipit prima meta terre Gordus curvi, que Ilsva vocatur, ab oriente in valle una iuxta domum Welchete, per vallem autem eundo versus occidentem vadit ad caput eiusdem, ibique reflectitur parum et vadit de iuxta domum Welchete,

ad viam ad duas metas, quarum una est Gordus et altera Welchete; inde ad sessionem Odolea, ibique cadit in Deschem et vadit ad caput eiusdem ad duas metas, quarum una est Gordus, altera Welchete in bikfa, ibique transit viam ad caput magne vallis, et in ea eundo inferius parum exit ad siccam vallem ad viam iuxta vineas, et in via eundo exit ad duas metas, quarum una est Gordus altera Welchete in arboribus tulfa; inde eundo ad caput vallis, Suynna nomine, pervenitur; abhinc relicto Welchete incipit tenere metam cum filiis Brezval, et itur ad antiquam metam Wolcani iuxta viam in arbore tulfa; deinde vadit per quandam siccam vallem, et cadit in magnam vallem, per quam itur superius usque ad locum, ubi exit in una parva valle ad dumum viminis, ubi est meta ipsius Gordus et Koiani; inde ad viam, et transit viam ad metam terream, ibique per vallem siccam descendit per quandam malacam in Desnicem, et per eam eundo parum exit in Ilsam, et per illam vadit superius per magnum spacium exit per Sukodol iuxta terram filiorum Berizlay ad viam ubi sunt due mete, per viam autem euntem in Garig pervenitur ad metam sub arbore tulfa, ubi due vie coniunguntur; ibique reflectitur in vallem, et per illam vallem exit ad duas metas, quarum una est Gordus, altera filiorum Berizlay; deinde in latere montis pervenitur ad metam sub arbore tulfa, ibique cadit in Deschen, et per eam reducitur ad metam priorem, et sic terminatur. Item incipit prima meta terre eiusdem Gordus que Chasma vocatur, iuxta fluvium Chasme sub arbore tulfa in loco, ubi rivulus Pleterna nomine cadit in Chasmam, et per Pleternam eundo superius pervenitur ad metam sub arbore salicis; deinde pereundo ad aliam metam sub arbore gertanfa; abhinc tenent metam cum Stephk, filio Zouk, et sic terminatur. Item prima meta terre Welchete, que Zaburna vocatur, incipit in transitu rivuli eiusdem Zaburna in duabus metis, quarum una est ipsius Welchete, altera Vde, iuxta viam euntem in Garig, ibique intrat Zaburnam, et venit usque ad viam veterem, et per eam vadit ad montem ad viam in modum crucis et est ibi meta; inde per viam iuxta vineam sacerdotis vadit ad metam veterem; deinde descendit in vallem Zahatuk, et per eam venit inferius usque ad locum ubi exit ad aliam vallem in meta sub arbore gertanfa, et per vallem nomine

Blasey vadit superius ad caput eiusdem ubi est meta sub piro; inde ad metam Petri, filii Berizlay; deinde per metas eiusdem Petri descendens cadit in predictum rivulum Zaburna ibique terminatur. Item prima meta alterius terre eiusdem Welcheta, nomine Dedech, quam habet iuxta terram Gordus, incipit ad oriente — — — — una que est inter domum suam et domum Voynk, et per ipsam vadit superius versus occidentem ad caput eiusdem ad metam sub arbore de piro; inde parum reflectitur, et vadit ad viam ad metam sub arbore tulfa; inde descendit in vallem usque ad sessionem — — — en; deinde ad caput Deschen ad metam sub arbore bikfa, ibique transit viam ad caput magne vallis ubi est meta sub arbore hasfa; per eandem tendens inferius parum, exit in unam siccam vallem, et per eam vadit ad viam iuxta vineam ad metam terream; deinde in via eundo exit ad duas arbores tulfa sub quibus est meta; abhinc per vallem siccam cadit in caput Sywinna nomine, et per eam descendit usque ad locum ubi exit in aliam vallem siccam iuxta terram filiorum Brezual, et per metas dupplicatas, quarum una est Welchete, altera filiorum Brezual revertitur in rivulum Desche, et per illum rediit in metam priorem, et sic terminatur. Ut igitur predicti Johannes, Gordus et Welchete, et castrenses qui agebant contra ipsos, de cetero super terminis terrarum suarum pace perpetua gratulentur, presentes litteras in testimonium perpetue firmitatis dari fecimus, sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus dilecti et fidelis nostri Magistri Smaragdi, Albensis Prepositi, aule nostre Vicecancellarii, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto; III. idus Novembris, Regni autem nostri anno vicesimo secundo.

(Tkalcsics, Monumenta hist. Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 110. lap.)

290.

Trisztán a királyi hirnökök comesének egy Royc-ban fekvő birtokrészt tárgyazó adománya Egyed, Salamonnak fia számára. 1255.

Nos Tristanus Comes Preconum domini Regis filius Buzad Bani, significamus omnibus tam presentibus quam futuris, quod Egidius filius Salamonis a puericia nobis fideliter seruiuit in omnibus nostris arduis negocijs, maxime autem in persecucione Tartarorum, kum omnes cognati et seruientes nos dereliquerunt; quando pater filium et filius patrem derelinquebant, ipse nobiscum cum magna fidelitate permanens. Et quoniam pluries pro nobis caput suum ponens in periculum mortis, maxime tunc quando Rex ante Tartaros ad mare fugit; ibi eciam nobiscum in magna fidelitate permanens, nos et filios nostros a periculo mortis liberauit. Quapropter intuitu eorum meritorum et fidelium seruiciorum, de terra nostra hereditaria in Royc, tamen ab omnibus fratribus nostris exemtam, ex uoluntate nostra et omnium filiorum nostrorum terram unius aratri eidem contulimus iuxta metas, que separant terram Royc de Gelse, perpetuo possidendam. Cuius terre meta incipit a Chenesa, et currit ad orientem in longitudine iuxta metas dicte Gelse, donec ueniat ad metas Kerechen, tamen fune mensuratam. Ne donacio nostra in posterum nec per nos, nec per fratres nostros, aut heredes nostros, heredum(que) successores, a dicto Egidio, aut ab heredibus suis, heredumque successoribus possit rouocari; super hoc nostras litteras concessimus sigilli nostri munimine robora(ta)s. Datum anno Gracie M° ducentesimo LV°.

(Ezen érdekes okmánynak eredetie, melyről a »Comes Tristanus me misit«-féle nevezetes pecsét hártyazsinegen függ, a budai kir. kamarai levéltárban. Sok hibával kiadva Fejérnél Cod. Dipl. IV. köt. 2. r. 357. l.; a pecsétet lásd Praynál : Synt. hist. de Sigillis I. tábla 2. sz.)

291.

Kolumbán trau-i püspök Fülöp zágrábi püspök beleegyezése mellett felmenti a petrinai vendégeket az egyházi kiközösítés alól. 1255.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 105. l.)

292.

A vasvári káptalannak jelentése IV. Béla királyhoz, hogy Pál comes Sechnek fia Barnabás comest Geregének fiát néhány birtokából kiszorította. 1255.

Excellentissimo domino suo B. Dei gracia Illustri Regi Hungarie Capitulum Ecclesie Sancti Michaelis Archangeli de Castro Ferrco inclinacionem cum (oracionum) suffragijs ad Dominum Jesum Christum. Recepimus litteras Uestre Serenitatis continentes, vt vnum ex nobis virum ydoneum ad sciendam et inquirendam veritatem, utrum Comes Paulus filius Sech possessiones Fanchka, Kuzepfolu, Gykynus, Pinche, Puzba nocatas, quas in concambium Comiti Barnabe filio Gerege cognato suo uigore nostrarum litterarum contulerat, ipsas possessiones pro se reseruans dictum Comitem Barnabam a dominio earundem expulisset, nec ne; una cum Martino filio Michaelis de Tyley homine mitteremus uestro, et sicut per eosdem ueritas nobis constaret, Uestre Excellencie rescriberemus. Verum cum uestris preceptis et mandatis obedire debeamus, vtpote domini nostri naturalis, de promissis respondemus, quod dictus homo uester unacum homine nostro

ad nos transmisso redeuntes, predictas possessiones inquirendo omnimodo ueritatem de vicinis et incolis earundem possessio-num sciuerunt et uiderunt, apud prefatum Comitem Paulum, et sub potestate eiusdem esse ipsius officialis in eisdem con-stitutos, ac memoratum Comitem Barnabam de eisdem eiec-tum et expulsum; sicut per eosdem Comitem Martinum ho-minem uestrum, ita et nostrum testimonium extitit nobis reci-tatum. Datum in octauis Pentecostes.

(A győri káptalannak 1281-ki átiratából, a budai kir. kamarai levél-tárban)

293.

A bácsi káptalan elött Karun, Mátyás fia, azon perről melyet Morhart földtér iránt Keled comes ellen folytatott, lemond. 1255.

(A gróf Zichy család Okmánytára. I. köt. 8. lap. Nagy Imre közle-ménye.)

294.

A cattaroi püspökmegyenek a papság állását rendező szabá-lyozása. 1255.

Anno Incarnationis Domini millesimo CC.L.V. mense Junio XII. die astante Indictione XIII. Nos quidem — — — —Ecclesiae Sancti Tryphonis Capitulum in unum penitus

congregatum de voluntate omnium nostrum sic de jure procuravimus ordinare, ut bigami, aut conjugati, vel de saeculi conditione ad sacrum ordinem non promoveantur, volentes in Ecclesia odia et scandala resecare, et secundum ecclesiastica jura vivere; et quicumque ipsorum ex parte supradictorum caussa rogationis advenerit, ipse a nostra congregatione segregetur, ac vinculo excommunicationis sit irretitus. Nullus autem saecularium Magistratus audeat suos in Ecclesia saeculares ducere sine audientia Episcopi et Capituli supradicti. Quod presens fieri fecimus per manus Diaconi Michae Communis Notarii.

(Farlati, Illyricum Sacrum VI. köt. 441. l.)

295.

IV. Béla király a Remeg comes és több pozsonymegyei várjobbágy közti, a Karacha földre vonatkozó per tárgyában intézkedik. 1256.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in eo qui est salus omnium. Quia summum bonum est in uita iusticiam colere, Regie conuenit Excellencie in subiectos non sinere fieri, quod est potestatis, sed quod equum fuerit custodiri, ut unicuique sua iura principali beneficio conseruentur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cum inter Comitem Remigium ex una parte, et jobagiones Castri Posoniensis, scilicet Jacobum filium Waynus, Nicolaum filium Perz, Badam filium Dionisij, Bolch filium Mathie, cum ceteris jobagionibus Castri prenotati, et castreuses trium uillarum Oboni et duarum de Karacha ex altera, super terra Karacha, de qua terra dicti jobagiones et castrenses terram sufficientem usui

trium aratrorum predicti jobagiones Castri Posouiensis et castrenses antedicti nomine ipsius Castri repetebant, questio uerteretur; tandem nos commisimus fidelibus nostris, videlicet Vincencio venerabili patri Episcopo Nitriensi, et Paulo Preposito Posoniensi, ut super facto dicte terre Karacha diligencius inquirerent ueritatem, utrum dicta terra trium aratrorum esset terra Castri Posoniensis uel terra Comitis Remyg, qui suam esse hereditariam asserebat. Predicti uero fideles nostri nobis in suis litteris intimarunt, quod dicta terra Karacha Remyg Comitis prenotati, prout uisu potuerunt considerare, cum paludibus et terra frugifera erat sufficiens usui sex aratrorum, certis undique metis et antiquis circumdata et distincta; dicti uero jobagiones et castrenses Castri Posoniensis nulla signa seu metas ostendere potuerunt, per que infra girum antiquarum metarum constare posset iacere terram uerissimiliter alienam. Nos igitur, qui debemus singulos in sua iusticia confouere, predictam terram Karacha sub eisdem terminis et metis Remyg Comiti prenotato, quibus hactenus tenuit, reliquimus pacifice possidendam, in ipsius R. Comitis successorumque suorum potestate perpetuo duraturam; jobagionibus et castrensibus Castri Posoniensis super ipsa terra perpetuum silencium inponentes. Mete autem predicte terre, sicut predicti V. Episcopus Nitriensis et P. Prepositus Posoniensis in suis litteris intimarunt, taliter distinguntur. Prima meta incipir a Mogorteluk; et inde protendens uadit ad quoddam uadum predicte paludis, quod dicitur fuenzoim, et ibi est meta communis cum villa Oboni; et inde protendens iuxta Kanaer uersus orientem iusto itinere uenit ad locum qui dicitur Lopuser, et ibi terra Remyg Comitis separatur a terra Oboni septem metis; et iuxta eandem Lopuser descendit uersus meridiem ad quandam metam, que est communis eiusdem Remyg Comitis cum cognatis suis; et inde uenit ad occidentem usque ad aliam metam in spacio sex iugerum, ubi conterminatur terre de uilla Karacha, que est Egeruh jobagionis Castri; et inde tendendo per quatuor metas redit ad metam, ubi incipit conterminalem habere generacionis sue; et infra hec omnia per totum girum sunt sedecim mete, quia una meta ab alia ualde medico distat spacio. Preterea prope terram supradictam predictus Remygius Comes habet quoddam pra-

tum seu fenetum, super quo inter ipsum questio fuit orta cum duabus uillis Karacha, et sopita fuit per sentenciam uiri Magnifici R. Palatini Comitis Posoniensis; et sic mete terre predicte terminantur. Vt igitur dictus Comes R. et heredes ipsius, heredumque suorum successores predictam terram Karacha possint pacifice et perpetuo possidere, presentes litteras in testimonium dari fecimus sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus dilecti et fidelis nostri Magistri Smaragdi Albensis Ecclesie Prepositi, aule nostre Vice Cancellarij, anno Domini millesimo ducentesimo quinquegesimo sexto, VIII°. idus Nouembris, Regni autem nostri anno vicesimo secundo.

(Eredetie bőrhártyán, a függő pecsét elveszett; közli tek. Dergi Somogyi Antal úr.)

296.

IV. Béla királynak privilegiuma, melylyel bizonyos Mihály comes Buzad bánnak testvére és Lanchret comes Buzad bánnak fia közt Endre varasdi föispán közt történt birtokcserét megerősít. 1256.

Nos Lodouicus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie stb. Rex stb. quod viri Magnifici Emericus Palatinus et Stephanus Woyuoda Transiluanus fideles nostri et dilecti personaliter iuxta continenciam litterarum Comitis Capelle nostre euocatoriarum simplicium ipsam euocacionem in Wisegrad facie ad faciem factam fore denotancium tercio die ferie secunde proxime post festum Beati Luce Ewangeliste anno Domini millesimo CCC°LXX° tercio preteritum in Nostre Serenitatis conspectu comparentes, contra Nicolaum filium Hahold quasdam litteras Capituli Ecclesie Albensis stb. in nostrum eduxerant conspectum habentes, quod in personis

ipsorum Palatini et Woyuode fratrumque eorum Nostre dictum fuisset Maiestati, quod Nicolaus filius Nicolai de Haholt, asserens jura sua possessionaria erga eosdem Palatinum, Woyuodam, et fratres ipsorum existere, obmissa prorsus consuetudinaria lege Regni nostri ab antiquo consueta, nec non suorum jurium, si que haberet circa easdem, execucione postergata, tacita veritate et suggesta falsitate, multipharias litteras protestacionales, inquisitorias, prohibitorias et affirmatorias, ac alias juri ipsorum possessionario derogatorias, silenter et occulte contra ipsos emanari facere procurasset, et protunc procuraret. Vnde quia nos de talibus dolosis et cautelosis gestis et iniquis processibus, ne per hoc iura regnicolarum nostrorum possessionaria in futurum periclitari contingerent, voluissemus sane inuigilare; ideo nobis committentibus idem Nicolaus filius Nicolai feria quarta proxima post dominicam Reminiscere proxime tunc preteritam per nostrum et dicti Capituli homines in possessione sua Bodon vocata cum vniuersis litteralibus suis instrumentis seu munimentis, si que in facto jurium suorum possessionariorum, que erga ipsos Palatinum, Woyuodam, fratresque eorum esse allegarat, haberet confecta, contra eosdem ad octauas diei medij quadragesime tunc de nouo preteritas, sine crastinacione in Specialem Nostre Maiestatis Presenciam euocatus extitisset stb.; quia stb. eadem causa inter partes diuersimode ventilata presentes octauas festi Purificacionis Beate Virginis modo dilatorio attigisset; denique ipsis octauis instantibus, interimque prefato Emerico Palatino, et Stephano filio Petri de medio sublatis stb. primo prelibatus Stephanus Woyuoda tria priuilegia stb. nostro offerri curauit examini judiciario stb. Tandem prenotasus Nicolaus filius Nicolai octo priuilegia stb. simul cum alijs viginti duabus litteris stb. nostrum produxit in conspectum. Quorum quidem priuilegiorum primum stb. Ipsum vero priuilegium domini Bele Regis anno Domini M°CC°L° sexto, octauo idus Decembris, Regni autem sui anno vicesino secundo subortum, inter cetera per Comitem Mychaelem fratrem magni Buzad Bani quatuor terras Comor sub vna meta constitutas; et duas terras Welyke eciam sub vna meta existentes, a Jurkone filio Otyoz Bani pro concambio optentas; terram eciam Pyanchuch, ac terram Bykunch, Comiti Lanchreto filio eius-

dem Buzad Bani, et per ipsum Lanchretum terram Zumbathel, Bela et Tornoua ipsi Mychaeli in forma concambij et pacis coram Andrea Comite Worosdiensi, cui dominus Bela Rex huic paci interesse iussisset, modo et sub obligamine in eodem priuilegio contento, datas fore denotabat. Tercium vero priuilegium stb. Datum stb. Bude vigesimo die octauarum festi Purificacionis Beate Virginis predictarum anno Domini M°CCC° septuagesimo sexto, Regni autem nostri anno tricesimo quinto.

(Eredetie a budai kir. kamarai levéltárban. Endre varasdi főispánnak 1256-ki bizonyságlevelét l. Fejérnél Cod. Dipl. IV. köt. 2. rész 397. lap.)

297.

Roland a királyi udvar birájának Farkas várjobbágy felszabadulására vonatkozó itéletlevele. 1256.

Nos Cómes Rorandus Judex Curie domini Regis significamus omnibus presens scriptum intuentibus, quod cum Farcasius filius Botha a jobagionibus Castri comparuisset coram nobis, jobagiones Castri asseruerunt viua voce, quod omnino Farcasius se retraxisset; Farcacius vero dicebat se liberatum per graciam Regis, super quibus litteras domini Regis dixit optinere. Quare diem assignantes intelleximus, Farcasium litteras Regis habere et presentare, et hoc modo die presentauit litteras memoratas; quibus jobagiones Castri non contradixerunt, sed dixerunt, quod tantum ipsius personam cum suis facultatibus liberasset. Vnde intelleximus, terram ipsius, quam persona dicti Farcasij optinuisset, Farcasio remanere; terram autem, quam ipsius generacio optinebat, per Maiorem Exercitus Salomonem filium Och, et per alios jobagiones Castri, Castro obduraui. Sed priuilegium domini Regis, quod

Farcasius habuit, per quod terram iam dictam optinuerat, eodem priuilegio reliquimus Farcasio terram illam optinere; ita tamen, quod nec ipse terram occupet, nec suam amittat, quia dominus Rex suum priuilegium noluit destruere. Et he sunt mete Farcasij: Incipit terra Farcasij iuxta unum fluuium, qui est commetaneus cum generacione Leurentha a parte orientali, et uadit ad occidentem, et ibi sunt due mete terree, et tendit directe ad occidentem ascendens in montem, ubi sunt due mete terree; et abhinc descendit in vallem, ubi est meta in silice et meta terrea; et deinde iuxta quandam siluam uadit ad occidentem per partem septemtrionalem; et ibi in dumo silicis sunt due mete terree, et sic uadit ad occidentem, et ibi sunt due mete terree; et deinde flectitur ad meridiem, et ibi est meta in ligno populea, et secunda in loco silicis; et tendens ad meridiem in altiori parte cuiusdam silue sunt due mete terree, et abhinc uertitur ad occidentem, ubi sunt super duas silices mete; et deinde descendens in monte iuxta vallem inter dumos sunt uue mete terree; et abhinc in valle sunt due mete terree, ubi sunt commetane generaciones Zagur. Generaciones autem dicti Farcasij remanent de parte septemtrionali, de quibus Farcasius est segregatus; et ibi in ualle uadit ad meridiem, cuius pars vallis tenetur generacionibus Zagur, pars uero Farcasio; et ibi perueniet ad viam, ubi sunt due mete; et deinde flectitur ad orientem in illa uia, et ibi sunt due mete, et in eadem via ascendit in montem, ubi est vtraque parte vie sunt mete; et in eadem via uadit ad orientem, et exit de via, ubi sunt due mete; et parumper ibi flectitur ad meridiem, ubi sunt mete alie in piro; et uadit ad orientem, et ibi sunt due mete, et ibi descendit ad piscinam Vrdug, ubi sunt due mete, et commentaneus Arnolth existit, et Comes Arnolth remanet de parte septemtrionali; terra vero Farkasij remanet de parte meridionali. Et ut posset in parte obtinere, concessimus nostras litteras sigilli nostri munimine roboratas, anno ab Incarnacione Domini M°CC°L° sexto. Datum in villa Torch post festum Sancti Galli tercia feria.

(IV. Béla királynak 1257-ki megerősítő okmányából, a budai kir. kamarai levéltárban. Sok hibával kiadva Fejérnél Cod. Dipl. IV. köt. 2. r. 421. l.)

298.

Sándor al-bán és zágrábi főispánnak öt évi tizedet tárgyazó itéletlevele a zágrábi káptalan, s Hahold comes és népei közt. 1256.

Nos Magister A(lexander) Vicebanus et Comes Zagrabiensis, memorie commendantes tenore presencium notum facimus quibus expedit universis : quod cum questio mota fuisset inter Capitulum Zagrabiense super decimis quinque annorum ex parte Hoholdi Comitis et populorum suorum, et de terra generacionis Guri provenientibus, et secundum sentenciam Judicis aule Regis, memorato Hoholdo Comiti iuramentum fuisset adiudicatum super eo, quod idem Hoholdus Comes decimatores ipsius Capituli a dicandis decimis et exigendis propriis populorum suorum, et de terra generacionis Guri non impedivisset; et pro parte Capituli, Petrus Zagrabiensis et Petrus Camarcensis Archidiaconi iurare debuissent super decimis quinque annorum per ipsum Hoholdum Comitem denegatis, quas iidem Archidiaconi taxabant ad summam quingentarum pensarum, et hoc in decimis propriis Comitis Hoholdi, populorum suorum, et de terra generacionis Guri in frugibus, vino, apibus, gallinis, kytis, snellis et agnis denegatis, et predicta iuramenta debuissent prestari Zagrabie apud ecclesiam maiorem coram nobis. Loco autem et termino constitutis, nobis mediantibus talis inter partes convencio intervenit : ut Comes Hoholdus solvet omnes decimas suas proprias frugum, vinearum, populorum suorum et specialiter de terra generacionis Guri, tali modo; quod de singulis vineis maioribus et minoribus duos cubulos vini, pro decima capecia frugum unum denarium persolvere tenetur. Si autem, domino auxiliante, solucionem decimarum in frugibus et vineis in illa provincia contingat augmentari, solvere tenebitur secundum quod alii comprovinciales persolvent, non obstante convencione iam premissa. Kytas et gallinas solvet

in specie, in agnis et apibus solvet in specie, et si decem vel novem compleri non possent, redimeut secundum consvetudinem provincie. De singulis custodiis porcorum, que oucol vocantur, solvet policham; de liberis villis ipsius solvet decimas in frugibus, vineis, agnis, apibus sicut, de aliis populis suis, et duos denarios de singulis portis; kytas et gallinas non solvet. Solucionem policharum de liberatis villis ipsius solvendis ad instanciam et peticionen ipsius Comitis Hoholdi perpetualiter remiserunt. In cuius rei testimonium presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie anno Domini MCCL. sexto.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. k. 113. l.)

299.

A király által a várföldek visszavételére kiküldött birák Ol, egy ekényi földét az Ostffyak ősei jogos birtokában hagyják. 1256.

Omodeus Dei gracia Episcopus Jeuriensis, Fauus Diuina miseracione Abbas Monasterij Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie, Comes Abraam filius Benke, vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in uero salutari. Vestra nouerit vniuersitas, quod cum in diuersis Comitatibus super reuocandis et restituendis terris a Castris indebite alienatis a domino nostro Bela Illustri Rege Hungarie Judices siue inquisitores essemus constituti, et inter ceteros Paulus de Chov, Bana, Symeon filius Belcus, Benedictus filius Regne, ac ceteri iobagiones Castri Ferrei, Benedictum, Jacobum (et) Osl, filios Osl Bani ad nostram citauissent presenciam, requirentes ab eis quandam terram nomine Ol sufficientem ad unum aratrum, quam de iure Castri esse asserebant; predicti nobiles responderunt, quod ipsa terra, et que vocabatur Ol,

nec erat de iure Castri, sed ipsorum est, et semper fuit terra hereditaria, ab ipsis et eorum progenitoribus ab antiquis possessa pacifice et quiete. Nos igitur attendentes, quod Comes Herbordus, coniudex noster, fratribus suis, eisdem filius (így) Osl assistebat, qui plenius ueritatem sciebat uel scire poterat, vtrum ipsa terra sit de iure Castri, an ad predictos nobiles pertineat; dicto Comiti Herbordo, Georgio filio Mauricij, ac memorato Jacobo adiudicauimus iuramentum. Qui termino sibi assignato, uidelicet in octauo Beati Marci Evangeliste, cum essemus apud monasterium de Jak in consecracione ipsius Monasterij prestiterunt sacramentum; asserentes, quod dicta terra sit et semper fuerit predictorum nobilium filiorum Osl hereditaria. Vnde nos supradictis iobagionibus Castri silencium imponentes in hac parte, sepe dictam terram iam dictis nobilibus, sicut ab antiquo posséderant, reliquimus perpetuo possidendam pacifice ac quiete. In cuius rei testimonium presentes litteras concessimus sigillorum nostrorum munimine roboratas; anno Domini M°CC° quinquagesimo sexto.

(Az eredeti után néhai Ráth Károly közleménye a Győri Történelmi és Régészeti Füzetek III. köt. 299. lap.)

300.

A budai káptalan elött Nana Sosad falubeli szabadosát Berki Chom fiainak eladja. 1256.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 11. lap. Nagy Imre közleménye.)

301.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Márton Bogdánnak fia három Sernovban lévö szölöt Ivánka János fiának eladott. 1256.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 114. l.)

302.

A pécsváradi konvent elött Vidfi Miklós leányai leánynegyedi illetöségükre nézve Jánus földtérböl kielégíttetnek. 1256.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 9. lap. Nagy Imre közleménye.)

303.

IV. Béla király megerösíti Nána comesnek Samud helységét és tartozékait tárgyazó intézkedését neje számára. 1257.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in uero salutari. Circumspeccio Regum prouida sic solet sibi subditis prospicere, ut et-

si eisdem solacia desint liberorum, tamen de propinquis suis ex beneficio principali heredes sibi instituere possint et pariter successores. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod fidelis noster Comes Nana de generacione Kalan ad nostram accedens presenciam nobis humiliter supplicauit, ut cum liberorum existat solacio destitutus, eidem ex pietate Regia hanc graciam facere dignaremur, quod de omnibus possessionibus suis tam hereditarijs quam empticijs liberam disponendi haberet facultatem. Nos igitur, qui subditis nostris solita occurrimus pietate, ipsius Comitis Nane calamitati compacientes in hac parte, concessimus, ut de possessionibus suis tam hereditarijs, quam empticijs Monasterio suo, cognatis, filijs sororum suarum, et vxori sue liberum per omnia habeat arbitrium legandi, disponendi, seu eciam relinquendi; de quibus quamdam possessionem Samud nominatam, existentem inter Drawam et Vrman in Comitatu de Borona cum tredecim villis, que sub una meta includuntur, domine vxori sue, filie videlicet Moys quondam Palatini, tum propter sinceritatem amoris mutui, tum eciam pro dote et rebus secum delatis, dedit et contulit pacifice perpetuo possidendam. Hoc adiecto, quod si dictus Comes Nana heredem uel heredes habere contingeret, predicta possessio ad manus ipsius et heredum suorum deuoluetur; si uero sine herede decesserit, domine vxori sue remanebit perpetuo possidenda. Quam quidem possessionem per fidelem nostrum Stephanum Comitem de Chenadino reambulari fecimus sub testimonio Capituli Quinque-Ecclesiensis, et sicut in litteris ipsius Capituli vidimus contineri, super eadem nullus extitit contradictor. Et eiusdem possessionis mete hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit ab oriente de flumine quod dicitur Zopurca iuxta terram filij Gule, et ubi egreditur de flumine, ibi sunt antique mete; inde uadit ad meridiem, et iuxta paruum pratum sunt mete antique; inde uadit usque ad magnam viam que ducit ad Lok, et iuxta magnam viam sunt antique mete prope stagnum, et ibi iuxta metam intrat ad vallem que dicitur malaka, et uadit in illa aqua versus orientem, et circuit ad meridiem de terra filij Gule, et ad terram Swp Comitis; et inde iuxta magnam siluam per eandem aquam venit ad maiorem aquam, que dicitur Draucha, in loco

qui dicitur Chergeud; et inde per medium aque uertitur superius ad occidentem; inde circuit insulam que dicitur Wermus, et medietas insule continetur Nane Comiti, et in dicta insula in duobus locis sunt mete antique; abhinc intrat in pratum, et per medium prati uadit iuxta terram Ecclesie de Okur; et inde intrat in vallem aliam, que dicitur malaka, et vadit iuxta magnam siluam, que dicitur ereztewen, usque locum vbi aque diuiduntur, et ibi est antiqua meta terrea; sed infra terram Nane Comitis est insula Ecclesie de Okur; ibi exit de aqua, et uadit per siluam que dicitur horost, et in dicta parua silua sunt mete altera ad alteram prope; et inde intrat pratum paruum, et transit pratum iuxta terram Capituli Quinque-Ecclesiensis; et iuxta terram ipsius Capituli uadit cum multis metis in parua silua que dicitur horost; tandem prope finem iuxta arbores magnas sunt mete antique, et in fine intrat in aquam que dicitur malaka; et per eandem aquam uadit usque terram ville Woyzlo; inde exit de aqua, iuxta terram dicte ville uertitur ad aquilonem, et uadit cum multis metis; tandem prope villam Woyzlo intrat in predictum flumen, quod dicitur Zopurka; inde ascendit per medium dicti fluminis usque ad aquam que dicitur Cozia, et super aquam Cozia uadit ad Magnum Okur iuxta terram Chan; inde uertitur ad orientem, et descendit in medio fluminis Okur iuxta terram filiorum Olbrihty, et uadit per medium Okur usque terram ville Salman; inde exit de Okur in magno stagno in loco qui dicitur Fuk, et uenit super aquam que dicitur Gumulchenus iuxta terram Batha; inde uadit ad locum, ubi est arbor que dicitur bykfa iuxta terram Castri de Gara; inde uadit per siluam et stagnum quod dicitur Kygous; inde uadit per aquam que dicitur Fuk, uenit ad maiorem aquam que dicitur Myler, et transito Myler uenit per paruam aquam que dicitur Fuk, et reuertitur ad dictum flumen Zopurka; inde descendit super dictum flumen usque ad metam priorem, et ibi terminatur. Supplicauit igitur nobis idem Comes Nana, ut predictam ordinacionem sev collacionem ratam habentes, nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius nos precibus inclinati admisimus liberaliter quod petebat; collacionem prefatam nostris perpetuo litteris confirmantes. Datum per manus dilecti et fidelis nostri Magistri Smaragdi Electi Ecclesie Colocensis, aule no-

stre Vice-Cancellarij anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo XV. kalendas Nouembris, Regni autem nostri anno vigesimo tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király kettős pecsétjének töredéke vörös-sárga-zöld selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban. Számos hibával kiadva Fejérnél Cod. Dipl. IV. köt. 2. rész 418. lap.)

304.

IV. Béla király rendelete, melylyel Csák mestert Gerzencze megyébe küldi, hogy a királyi vártól jogtalanúl elidegenített javakat ahhoz ismét visszakapcsolja. 1257.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomorie, Cumanieque Rex omnibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempiternam. Officii nostri debitum nos ammonet invigilare remediis, subditorum, qui dum eorum excutimus honera, dum scandala removemus, nos in ipsorum quiete quiescimus et pacis eorum commodo gratulamur. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire : quod cum post recessum Tartarorum ad quoslibet Comitatus pro revocandis iuribus Castri indebite occupatis, diversos iudices misissemus, inter cetera ad Comitatum de Gerzenche fidelem nostrum Magistrum Chac Ensiferum duximus transmittendum, dantes sibi in mandatis, ut et terras ac alia iura Castri memorati indebite occupata revocari, et iobagionum Castri terras super, quibus non est contentio, et quas a Castro hactenus pacifice tenuerunt, a terris castrensium reambulari, et eisdem iobagionibus Castri novas metas, metas iuxta veteres elevando, ne cetero questio moveri posset aliquatenus de eisdem. Igitur sicut idem Magister Chac post hec ad nos rediens retulit : terras Gradista

et Tehno vocatas, invenit per Thomam, Desiderium et Ysumpnit, filios Draso, iobagiones dicti Castri ab antiquo pacifice possideri, super quas, prout a nobis mandatum habuerat, novas metas fecit elevari iuxta veteres. Quarum eciam mete, prout idem Magister Chac sub sigillo Chasmensis Capituli nobis in scriptis presentavit, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit sub arbore zilfa, et vadit versus aquilonem ad metam terream, dividens terram cum Comite Wechelino; inde per vallem vadit ad campum ad metam terream; inde itur per valles et colles ad montem ad magnam viam ad metam sub arbore bikfa, et per eandem viam vadit versus orientem; inde descendit ad caput rivuli qui vocatur Golgouch, ubi est meta sub arbore tulfa, item rivulus descendit versus meridiem dividens terram cum Vlup et itur ad magnam silvam et commune, ibique terminatur. Item prima meta terre Thome predicti, Tehno nomine, que pertinet ad Thomam tantummodo, incipit sub arbore tulfa, dividens terram cum castrensibus; inde per magnam vallem itur superius versus orientem ad metam terream; et inde descendit in aliam vallem; inde ad montem ad metam sub arbore bikfa, et inde descendit versus aquilonem, intrat in rivulum Pribyn; item rivulus ducit superius versus orientem ad alium rivulum versus meridiem ad metam sub arbore narfa; et inde itur ad magnam viam dividens terram cum Comite Gardas, et venitur ad metam sub arbore tulfa; ex hac descendit in vallem magnam versus meridiem, et exit per campum ad metam terream; inde descendit per arbores cruce signatas ad metam sub arbore gyrtanfa, et ex hac in silvam magnam et communem, ibique terminatur. Nos igitur id, quod iam per dictum Magistrum Chac provide factum est, ipsis Thome, Desiderio et Ysumpnit perpetuo duximus confirmandum. Ut igitur premissa robur optineant perpetue firmitatis, litteras nostras concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Smaragdi Albensis Prepositi, Aule nostre Vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri anno Domini MCCLVII; quinto kalendas Aprilis, Regni autem nostri anno vicesimo secundo.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 115. l.)

305.

IV. Béla király több zágrábmegyei várjobbágyot, kik a Szent Sír Glogovnichában lévő házának alá vetették magukat, ismét a zágrábi várhoz csatolja. 1257.

Bela Dei gacia Hungarie, Dalmacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui est salus omnium. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire: quod cum Hala filius Cosme, Maladechwet, Wolcoyn filii Bodich, qui de iobagionibus Castri nostri Zagrabiensis fuerant oriundi, mole paupertatis oppressi, se cum terris suis Domui Sancti Sepulchri de Golgonicha reddidissent servituros, sicut eorumdem nobis assercio demonstrabat; tandem nos ipsam causam cognicioni et inquisicioni dilecti et fidelis nostri Stephani Bani tocius Sclauonie et Capetanei Styrie duximus committendam. Qui, sicut nobis in suis litteris postmodum intimavit, scivit ipsos esse et fuisse iobagiones Castri memorati, et oppressos paupertatis mole dicte Domui Sancti Sepulchri cum suis terris adhesisse. Nos igitur volentes ipsos in priori statu et libertate conservare, ne ex hoc iura Castri nostri memorati alienentur, eos cum terris suis, super quibus Magister Macha stabularius novas metas erexit iuxta veteres, restituendos duximus ad debita et servicia dicto Castro exercenda, non obstante privilegio, litteris seu instrumentis, si qua dicta Domus super hoc facto contra ipsos impetrarat. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes eisdem dedimus litteras, dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Smaragdi Albensis Ecclesie Prepositi, aule nostre Vicecancellarii, Electi in Archiepiscopum Colocensem, dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo; tercio kalendas Junii, Regni autem nostri anno vicesimo secundo.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 117. l.)

306.

István ifjabb király Guanin és János erdélyi századok számára megerősíti őseiknek Imre, II. Endre és Béla ifj. királyoktól nyert privilegiumait. 1257.

Stephanus Dei gracia Rex primogenitus Illustris Regis Hungarie et Dux Transiluanus omnibus presencium noticiam habituris salutem in eo qui ex vera salus. Plurimum expedit deuocioni Regie Serenitatis, quia ex fonte nascitur pietatis, ut vniuersos ad suum sinum confugientes suscipiat, foueat et protegat opere pietatis, maxime tamen eos, quos considerat inuigilare ad Corone Regie gloriam et honorem. Hinc est igitur, quod ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod accedentes ad nostram presenciam Gyaninus filius Corrardi, et Daniel filius Johannis frater eiusdem, exhibuerunt nobis priuilegia auorum nostrorum inclitorum Regum, Hemirici videlicet et Andree, et domini patris nostri Illustris Regis Bele, quorum priuilegiorum, unum videlicet inclite memorie Regis Hemirici incipit in hec verba:

In nomine stb. Hemericus stb. (következik Imre királynak 1204-ki privilegiuma; l. fent az 56. számot.)

Aliud uero priuilegium uidelicet recolende memorie Regis Andree continetur in hac forma:

In nomine stb. Andreas stb. (következik II. Endre királynak 1206-ki privilegiuma, mint fentebb 58. sz. a.)

Tercium uero priuilegium videlicet domini et patris nostri karissimi tenor talis est.

Bela D. gr. Rex primogenitus stb. (következik Béla ifjabb királynak 1231-ki privilegiuma; mint fentebb 164. sz. a.)

Quibus inspectis, auditis et intellectis suplicabant nobis viri supradicti, ut iuxta formam priuilegiorum supradictorum ipsos ac eorum heredes heredumque successores fouere et conseruare dignaremur. Nos igitur ipsorum peticionem iustam

fore, et condignam considerantes, eorum suplicacionibus misericorditer inclinati, ipsos Gyaninum et Danielem ac eorum successores concessa perfrui volentes libertate, seriem priuilegiorum gloriosorum Regum ratam habentes de uerbo ad uerbum nostro priuilegio inserendo confirmauimus et actoritate presencium confirmamus. Vt autem huius nostre donacionis series et facti robur optineat perpetue firmitatis, presentes concessimus litteras sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus Magistri Ph. Prepositi Dymisiensis aule nostre Cancellarij, anno Domini M°CC°L° septimo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király privilegiumának töredéke sárga-ibolyaszínű selyemzsinóron függ; a budai királyi kamarai levéltárban.)

307.

IV. Béla királynak engedélye, melyhez képest Péter zágrábi főesperest Zágrábba cistercita szerzeteseket telepitett. 1257.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 116. l.)

308.

A. budai prépost átírja IV. Béla királynak Nána comes intézkedésére vonatkozó 303. sz. a. megerősítő okmányát. 1257.

Uniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Magister A. Diuina miseracione Prepositus Budensis salutem in Domino sempiternam. Vniuersitati vestre notum facimus per presentes, quod nos de voluntate et de mandato domini Bele illustris Regis Vngarie procurator et patronus Ecclesie Sancte Marie de Insula constitutus, recepimus, legimus priuilegium Nane Comitis diligenter et fideliter, super possessionibus, quas predicte Ecclesie de uoluntate et de licencia domini Regis contulit sub hac forma:

Bela Dei gracia Hungarie stb. Rex stb. (következik IV. Béla királynak 1257-ki okmánya, mint Fejérnél Cod. Dipl. IV. köt. 1. r. 418. l.)

Ne igitur dubietas et ambiguitas super continencia et tenore dicti priuilegij possit oriri, seriem priuilegij per ordinem de uerbo ad uerbum fecimus annotari et sigillo nostro autentico roborari.

(Eredetie bőrhártyán hártyazsinegen függő pecsét alatt, a budai kir. kamarai levéltárban. V. ö. Fejér Cod. Dipl. IV. köt. 1. r. 448. l.)

309.

Békekötés Raguza és Cattaro közt. 1257.

Anno Incarnationis Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, mensis Decembris sexto die exeunte, indictione quinta decima. Nos Desen, de mandato domini Vroscii invictissimi Regis Comes Catari, Judices et Consiliarii cum voluntate totius populi Civitatis predicte, ac sonitu campane in concione sedentes, istud statuimus, ut pactum pacis habende cum hominibus Ragusii stabiliremus, ad quos Basilium Dabrace et Johannem Gige destinavimus missos, pro stabilitatis pacto cum eisdem firmiter faciendo ad hoc, inter Civitatem Ragusii et homines Ragusinos, et Civitatem Catari et homines Catarinos pura amicitia perseveret non ficta, que Dei clementia suscipiat incrementum. Cum vero inter Civitates utrasque iam predictas et homines earumdem quedam fuerat exorta discordia, ad tale concordium Dei auxilio devenimus semper habendum, sub tali videlicet condicione: ut Catarenses Ragusium ire volentes libere emere et vendere valeant, nullam exhibentes duanam excepto illi Catarenses, qui in Ragusio apotegam tenerent, duanam persolvant ut ceteri Ragusenses. Similiter et homines Ragusii Catarum venire volentes, libere emere et vendere valeant, nullam persolvendo duanam, nisi tamen illi Ragusenses, qui in Cataro apotegam tenerent, sicut ceteri Catarenses duanam persolvant. Quam ob rem plurimum cupientes, ut presens scriptum et concordium robur deinceps teneat firmitatis ac inviolabiliter observetur, quod presens scriptum fieri fecimus per manum Diaconi Miche Gige, Communis Juratus Notarius, cum signo eiusdem assueto, quam presentem paginam nostre Communitatis sigillo fecimus communiri.

(Eredetie bőrhártyán, a bécsi császári titkos levéltárban.)

310.

IV. Béla király itéletlevele Konrád comesnek növérei elleni birtokperében. 1258.

Nos B. Dei gracia Rex Vngarie memorie commendantes significamus, quod cum Corrardus Comes filius Stephani Comitis sorores suas filias Poth, consortem videlicet Pauli Comitis filij Ekch, et consortem Stephani Bani filij Chak Comitis, coram nobis conuenisset requirendo ab eisdem quasdam possessiones Ilsowa et Rohocha uocates nomine terre sue hereditarie; Aba filius Nicolay, et Mathias filius Achillei, procuratores domine consortis Pauli Comitis, et Stephanus Banus filius Chak Comitis pro domina consorte sua ex aduerso responderunt, dictas possessiones in quartam eisdem dominabus datas fuisse, et easdem triginta annorum spacio tenuisse pacifice et quiete. Nos igitur, quia idem Corrardus Comes confessus est in figura judicij coram nobis, dictas dominas prefatas possessiones per triginta annorum spacium tenuisse, nec eis super possessionibus predictis medio tempore mouerat questionem; procuratores dictarum dominarum ab impeticione predicti Corrardi Comitis sentencialiter duximus absoluendas; prefato Corrardo Comiti et suis heredibus super ipsis possessionibus perpetuum silencium imponentes; ita ut idem Comes C. uel ipsius heredes prefatas terras nullatenus redimendi ab ipsis dominabus uel earum heredibus habeant in posterum facultatem; presentes tamen cum reportate fuerint priuilegio confirmabimus. Datum in Hydueg in festo Beati Mathei Apostoli anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo.

(Eredetie bőrhártyán, a hátúl oda nyomott pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

311.

Mária királyné megerősíti Oziawicha helység határszabályozását több Poségamegyei várjobbágy számára. 1258.

Maria Dei gracia Regina Hungarie vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Quia per temporum varietatem et Comitum de Posoga quondam mutacionem fideles iobagiones nostri in eodem Comitatu terras tenentes super terris suis molestabantur, nec poterant a longo tempore legitime possessas per calumpniatorum machinamenta quiete et pacifice possidere; frequens ipsorum nos suplicacio inuitauit, vt terram vniuscuiusque ipsorum nostro dignaremur priuilegio confirmare. Verum quia non plene constabat nobis de quantitate terre ipsorum et metis, quibus vnaqueque ipsorum cingebatur, fidei et diligencie fidelis nostri Gyleth Taw — — — — incliti dominis nostri Regis Hungarie et Comitis Buchariorum nostrorum commisimus, vt ipse super unamquamque ipsarum terrarum personaliter accedens quantitatem earum, quas a tempore clare memorie Vgrini Colochensis Archiepiscopi et deinceps possessas inueniret ab eis, simul et metas inspiceret, et iuxta metas antiquas nouis erectis statum uniuscuiusque terre nobis suis litteris intimaret. Qui mandata et commissionem nostram fideliter exequutus omnium predictorum iobagionum in dicto Comitatu a tempore pretacti Archiepiscopi tenencium terras, statumque ipsarum terrarum sub suo noto et autentico sigillo in quadam carta clausum nobis transmisit. Inter quas terram Beluch, Sewa et Otrochk nomine Ozyawicha fidelium iobagionum nostrorum tenencium nostram sub hoc statu et sub hijs metis inuenimus comprehendi: Prima siquidem meta terre Beluch, Sewa et Otrochk incipit ab oriente super monte, ubi est meta terrea, et commetaneus eius est Bilotha; inde descendens per eundem montem in semita uersus meridiem usque viam; inde vadit ad pirum ubi est meta terrea, et commetatur terre pre-

dicti Bilotc; inde uero per quosdam rubos dirigit se ad quoddam fossatum ad riuulum Oziawicha; et inde transiens riuum Oziawicha uadit ad sorbum, ubi est meta terrea; deinde uadit ad nemus, per quod nemus transiens descendit in riuum desiccatum versus occidentem, et ibi est commetaneus eius Draas; et inde ascendit in quandam uiam, iuxta quam est meta terrea, et ibidem commetaneus eius est dictus Draas; inde uero descendens per quoddam nemus versus occidentem uadit ad arborem wlgo nyrfa vocatam, et ibi est meta terrea, et ibi est commetaneus eius predictus Dras; inde uadit ad metam terre relicte Demetrii; deinde uadit ad arborem que uocatur narfa, et ibi est commetaneus terre relicte Demetrii; inde uero cadit in fossatum uersus orientem; et inde ascendens per quandam particulam montis redit ad primam metam; et sic mete predicte terre terminantur. Quam terram sub metis supranotatis eisdem fidelibus nostris Boluch, Sewa et Otrochk, et ipsorum heredibus heredumque successoribus auctoritate presentis priuilegii in ius perpetuum confirmauimus sub eadem obseruancia, debitis et seruiciis ac ritu in omnibus et per omnia, sub quibus terram in Posoga tenentes hactenus deguerunt. Ne igitur huius nostre confirmacionis series a quoquam ualeat infirmari, in qua calumpniatoribus via malignandi prouide est elisa, presens priuilegium dupplicis sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Bude per manus fidelis nostri Magistri A. Prepositi Budensis, aule nostre Cancellarij, anno Domini M°CC° quinquagesimo octauo, tercio decimo kalendas Februarij.

(Eredetie bőrhártyán, a vörös-fejér selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai királyi kamarai levéltárnak Zágrábban levő osztályában.)

312.

István szlavoniai bánnak itéletlevele, melylyel különös megbizatásának folytán több a tatárjárás óta Zagoria megyében történt birtokháborítás tárgyában intézkedik. 1258.

Nos Stephanus Banus tocius Sclauonie et Capitaneus Stirie significamus omnibus presens scriptum inspecturis: quod cum dominus noster Bela, illustris Rex Vngarie, terras Castri a tempore Colomani Regis, felicis memorie, alienatas, iudicare per totam Sclauoniam nobis precepisset; tandem peruenimus ad Zagoriam, et ibi incepimus terras Castri iudicare. Andreas igitur, Comes Vorosdiensis, et secum omnes iobagiones Castri de Zagoria, scilicet: Salamon Volpoth, Stephanus Volpoth, Johannes filius Johannis, Petrus filius Voychen, Ladizlo filius Vrazlo, Mortun filius Jordan, Beneduc Volpoth, Benk filius Benedicti, Petrus filius Turdina, Laurencius filius Nezbor, Ivan filius Iruzlo, Ende filius Michaelis, et omnes iobagiones Castri de Zagoria, accepto a nobis homine, terram ad duo aratra sufficientem, ex terra Sancti Georgii a Vratizlao et a Noreta filiis Jaco, reambulaverunt nomine Castri, ipsos filios Jaco ad nostram citando presenciam. Et cum utraque pars coram nobis fuisset constituta, prefatus Andreas Comes et omnes iobagiones Castri proposuerunt: quod illa particula terre fuisset Castri, et eam prefati filii Jaco violenter occupassent. E converso autem Vratislo et Noreta responderunt: quod illa particula terre esset eorum hereditaria, sicut alie terre sue ab avunculis et atavis ac ab antecessoribus suis eis devoluta. Auditis igitur partium assercionibus, una cum Nobilibus Regni iudicavimus, ipsum Andream Comitem cum quatuor iobagionibus Castri ad iurandum, scilicet cum Salamone Volpoth, cum Benedicto Volpoth, cum Benk filio Benedicti, et cum Martino filio Jordan, super eo: quod illa particula terre sit Castri, terminum ad hoc assignantes. Adveniente ergo termino iuramenti, idem Andreas Comes et filii

quatuor iobagiones Castri ad iurandum electi non ausi fuerunt iurare, sed ipse Andreas Comes, ac illi quatuor iobagiones Castri, et universi iobagiones Castri prememorati, qui in loco sacramenti fuerant, illam particulam terre per eos reambulatam reliquerunt et permiserunt in nostra presencia Vratizlo et Noreta, filiis Jaco, nomine terre hereditarie eorum in perpetuo possidendam. Quia (vero) dominus noster illustris Rex nobis firmiter dederat in mandatis, ut super terris Castri finem et perfectionem faceremus, ne ulterius nobiles terre, racione terre Castri in litem et actionem traherentur, nec Castrum ulterius molestaretur per nobiles terre; ideo super ipsa particula terre a filiis Jaco reambulata, et super aliis terris filiorum Jaco hereditariis, perpetuum silencium litis et actionis ipsis iobagionibus Castri imponentes, misimus hominem nostrum idoneum cum homine Capituli, et misimus eciam omnes iobagiones Castri super illam particulam terre reambulate, et super omnes terras hereditarias ipsorum filiorum Jaco; scilicet tam super terra Sancti Georgii, quam super terra Scelniza, ut circuirent eas coram commetaneis et vicinis, et metas earum nobis in scriptis reportarent, ut nos cum privilegii nostri patrocinio confirmaremus, quod — — — inter iobagiones Castri et castrenses ac ipsos filios Jaco, super facto terrarum, lis cessaret. Postmodum autem idem Andreas Comes et omnes iobagiones Castri ac commetanei ipsarum terrarum ad nos redeuntes, dixerunt: quod circuissent terram Sancti Georgii et terram Scelniza per totum, et super metis earum nullus contradixisset, et eciam nos cum fecissemus in presencia omnium iobagionum Castri, et in presencia commetaneorum legi ipsas metas, nullus eciam coram nobis contradixit, immo omnes assensum prebuerunt. Et priusquam non fuit contradictum, nos metas terre Sancti Georgii et metas terre Scelniza in presens privilegium seriatim ponentes, ipsas terras in pace ipsis filiis Jaco tamquam hereditarias reliquimus. Prima igitur meta terre Sancti Georgii incipit de Cremena-goriza, ab oriente autem commetaneus est Comes Michael, et a septemtrione sunt cruciferi De Sancto Joanne commetanei, — — — — postmodum vadit et descendit ad meridiem super Zotischa in magno spacio, ab oriente commetaneus suus est Comes Michael, et in fine Zo-

tizka est arbor piri et ibi est meta terrea, et ibi iungitur ad terram iobagionis Castri, nomine Wlchina; inde autem erigitur ad occidentem super montem, ubi est arbor quercus, et ibi est meta terrea; inde autem de quercu per metas vadit ad occidentem et cadit in birch, et in birch est via una, iuxta quam est arbor piri, sub qua est meta, et illa via vadit ad meridiem, et aliquantulum eundo declinat ad sinistram, et cadit in vallem, in qua sunt mete terree, et illa vallis vergit ad meridiem, et ibi ab oriente commetaneus suus est Wlchina; et inde pervenit supra vineas filiorum Jaco, et ibi in monte supra vineas est meta terrea; deinde versus meridiem pergendo pervenit ad iobagionem Castri, nomine Mortun, filium Curda, et ille Martinus est commetaneus ab oriente; deinde tenendo ipsum Martinum commetaneum paululum, vadit de meta ad metas super birch, sicut idem birch dividit; deinde pervenit ad arborem berekuna, sub qua est meta terrea; deinde sub vineas ad occidentem pervenit ad rivulum Blatna, ubi est arbor gertean, sub qua est meta terrea, ubi sumit sibi commetaneum Nicolaum, filium Gregorii pugilis; deinde autem per metas ascendit ad occidentem in monticulum, ubi est arbor nirfa sub qua est meta terrea; deinde autem descendit per metas ad siccam Botinam, iuxta quam est arbor kercus sub qua est meta terrea; deinde autem egreditur ad occidentem et elevatur ad birch, ubi est via iuxta quam est meta terrea; deinde per metas cadit in Cochinam, ubi Cochina cadit ad magnam Botinam, et de Cochina egreditur versus aquilonem, (et) pervenit ad caput Cochina, ubi est arbor gertean, sub qua est meta terrea, ab occidente autem commetaneus est Benedictus, filius Buculo, iobagio Castri; deinde iuxta vineam vadit per metas versus aquilonem et pervenit ad locum, qui vocatur Pogana Gostun, et pervenit ad arborem tul in birch, sub qua est meta terrea, ab occidente autem commetanei sunt filii Martini, et in eodem birch per metas versus aquilonem vadit ad arborem nirfa, sub qua est meta terrea; deinde de meta ad metas eundo, pervenit ad lapideum — — — — est iuxta Botinam, et nomen monticuli est Pechta; deinde per Botinam superius ad aquilonem pervenit ad fagum, et de fago vadit ad occidentem, et pervenit sub montem Bilch, et mons Bilch remanet ad

partem filiorum Jacou, et alter mons nomine Scynch remanet versus partes comitis Farcasii; deinde autem per illos montes Bilch et Scynch elevatur, et cadit in silvam ubi est arbor ilex, super qua est crux, et in illa silva vadit per metas cruceas et cadit in lapidem, qui vocatur Pecha, ubi ad occidentem commetaneus est Comes Farcasius, de Pecha autem vadit ad m(eridiem) — — — — — — qui vocatur Oztruz, super quem ascendendo egreditur in alto birch versus aquilonem, deinde cadit in Honos in campum Vila, et de — — — — — — cadit in locum, qui vocatur Calch, et ibi ad Calch adiungitur meta Comitis Farcasii ab occidente, et ab oriente est terra filiorum Jaco, et ab a(quilone terra) Cruciferorum Sancti Johannis; deinde autem vadit super magnum Honos, qui est supra Cruciferos versus orientem per birch, et sic eundo per birch a meridie est terra filiorum Jaco, et ab aqilone terra Cruciferorum, et ita eundo per birch cadit, et descendit iterorum in Cremena goricha, ubi fuit inchoata, et ibi terminatur terra Sancti Georgii. Item prima meta terre Scelniza incipit a Crapina in siccam Botinam, ultra Crapinam autem commetaneus eius est Comes Atha ex parte meridinali; deinde per siccam Botinam vadit versus aquilonem, ubi commetaneus est Pecurna, filius Cupan ab occidente, et sicca Bothina cadit in magnam Botinam, et per Botinam vadit per metas ad aquilonem, de Botina autem vadit et exit versus occidentem ad arborem populeam; deinde per metas cadit in unum rivulum, ubi commetaneus est Georgius filius Chonk; deinde transiens rivulum versus occidentem, et cadit in alium rivulum per metas, et ibi sunt mete terree; deinde per eundem rivulum versus aquilonem per metas aliquantulum, et ibi est arbor ilex sub qua est meta terrea, et ibi sunt Stephanus Volpoth et eius generatio commetanei, de ilice autem per metas vadit per birch, et cadit in viam et vadit aliquantulum versus aquilonem, et ibi secus viam illam est arbor quercus, sub qua est meta terrea, de quercu autem vadit per metas versus orientem et pervenit ad arborem tileam, sub qua est meta terrea; deinde per metas transit lucum versus orientem, et ibi est arbor pomi, et de pomo vadit ad arborem quercus, que stat iuxta Botinam, sub qua est meta terrea; deinde egreditur per Botinam inferius versus meridiem, et ubi rivulus Climin

cadit in Botinam, ibi per Climin egreditur superius versus aquilonem per metas ubi commetaneus est Bratila; deinde per Climin eundo cadit ad vimina, que vocantur Zelencha; deinde égreditur ad orientem in birch et ibi est meta terrea, deinde descendit ad orientem per metas in Scelnucam ubi ex adverso veniens rivulus, nomine Milniza, et — — — — — a Milniza vadit versus orientem; deinde per metas vadit versus orientem ubi commetaneus est Stephnus Volpoth; de-(inde) exit ad montem ad viam exercitus, et vadit versus orientem de meta ad metas, de via autem illa exit ad dextram manum, et ibi est arbor piri, sub qua est meta — — — deinde descendit in vallem et de valle elevatur ad birch versus orientem, et ibi est meta terrea, et super eundem birch de meta ad metam vadit versus meridiem, et ibi ex parte orientali commetaneus est Dursan filius Rack, et ibi ambulando in birch pervenit ad locum ubi oritur unus rivulus nomine Jaronz, per quem rivulum vadit inferius per metas versus orientem et cadit in ipsum fluvium, in fluvium Crapina iuxta Comitatum Hrosna; deinde per Crapina vadit inferius versus meridiem, ubi ultra Crapina ab oriente commetaneus est Comitatus de Hrosna; deinde per Crapinam inferius eundo iungitur ad Comitatum de Morocha et per — — — — ad locum ubi sicca Botina cadit in Crapinam ubiprima meta erat inchoata, et ibi terminatur. Ut autem huius rei series salva semper consistat, nec amplius iidem filii Jaco per quem piam pro ipsis terris molestentur, literas nostras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo. Pristaldus est Elex.

(Tkalcsics, Monumenta hist. Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 117. l.)

313.

István szlavoniai bánnak bizonyos földbirtokot tárgyazó ítélete a templom-rend és több Kupa melletti birtokos közt. 1258.

Nos Stephanus Banus tocius Sclauonie et Capitaneus Stirie significamus tenore presencium vniuersis, quod quum inter fratrem Yordanem Domorum Milicie Templi per Vngariam et Sclauoniam Magistrum ex vna parte; et Wolk, Koyan filios Zibislai, Gregorium, Abrank, Mortum filios Welezlai, et Wolk filium Budurum, Saulum, Velimerum et Volkatam filios Chuduzlai ex altera; super terra que iacet vltra Cuppam, et eciam extra ipsam aquam Cupe a parte Zagrabie, sub illis metis et diuisis, que in litteris Capituli Zagrabiensis, sigillo ipsius Capituli et sigillo Guidonis Abbatis quondam de Toplica, nec non et sigillo Nemeri Comitis quondam Zagrabiensis sigillatis, secundum quod partes concordi voce retulerunt, plenius continentur, et eciam super terra que vocatur Noak, questio fuisset diucius ventillata : tandem Wolk et ceteri omnes prenotati, recognoscentes se contra Magistrum et Domum Templi iniustam mouisse suspicionem, dictas terras sub metis et diuisis pretactis Domui Templi reliquerunt iure perpetuo pacifice possidendas. Ita quod nec ipsi, nec eorum heredes heredumque successores repetendi terras predictas vel aliquam partem de eisdem haberent de cetero facultatem; omnibus eciam alijs questionibus seu litibus hactenus motis aut suscitatis contra Magistrum Templi per eosdem quacunque de causa finem perpetuum et silencium eternum posuerunt. Vt igitur rei huius series robur obtineat perpetue firmitatis, et nullo vnquam tempore possit vel debeat per quempiam in irritum reuocari; ad instanciam Wolk, Gregorij, et omnium pretactorum Domui Templi predicti contulimus litteras priuilegiales sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie anno ab Incarnacione Domini M°CC°L° octauo.

(Eredetie bőrhártyán, a függő pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban. Sok hibával kiadva Fejérnél Cod. Dipl. IV. köt. 2. rész 476. lap.)

314.

A székesfehérvári káptalannak bizonyságlevele Borich bán nemzetségebéli Detmar comes özvegye végintézkedéséről. 1258.

Capitulum Albensis Ecclesie vniuersis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in eo qui salus est omnium. Ad uniuersitatis uestre noticiam tenore presencium uolumus peruenire : quod constituta coram nobis personaliter domina Rosa relicta Comitis Detmari de genere Borich Bani proposuit uiua uoce, quod demidiam partem predij sui Zopola, quod a Odola, Chalk et Borich filijs Borich, cognatis mariti sui Comitis Dethmari antedicti in concambium cuiusdam predij sui Golgoha sibi dicebat peruenisse, maiori filie sue nomine Mariane uxori Thome filij Chepani contulisset perpetuo possidendam; aliam dimidiam partem minori filie sue nomine Martine uxori Alexandri filij Petrus donasset tali modo, quod si dicta filia sua heredes habuerit, similiter perpetuo debeat possidere; si uero sine heredibus decesserit, extunc pro anima ipsius domine Rose et filie sue Martine antedicte Ecclesie, in cuius çymiterio sepulte fuerint, conferatur. Maior nichilominus filia sua supradicta liberam, si uoluerit, ab ipsa Ecciesia habebit redimendi facultatem. Item omnia mancipia sua, videlicet Bodus cum vxore, filijs et filiabus; Tolihna cum vxore, filijs et filiabus; Gurk cum vxore, filijs et filiabus; Bratizlou cum vxore, filijs et filiabus; Milbraht similiter cum vxore, filijs et filiabus; Liubizlou, cum vxore similiter, filijs et filiabus; item ancillas suas, scilicet Migla cum filijs et filiabus; item Jagoda, Milihna, Tupa et Pricha similiter cum filiabus suis, donasset antedictis. Tali tamen condicione interserta, quod si sepedicta minor filia sua sine liberis Deo vocante migrauerit, pars que ipsam de dictis mancipijs et ancillis contingit, in ius et proprietatem maioris filie sue Mariane nominate deuolui debeat pleno iure. Nec hoc pretermittimus, fructus predicti

predij et seruicium antedictorum mancipiorum et ancillarum eadem domina Rosa percipiet temporibus sue vite; ipsa uero e medio feliciter sublata in ius et proprietatem filiarum suarum supradictarum deuoluentur modo et ordine suprascriptis. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem ad peticionem ipsius domine Rose presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo, quarto nonas Junij. Magistro Philippo Ecclesie nostre Electo aule Regie ViceCancellario, Gregorio Cantore, Feliciano Custode, Ambros Decano existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét kék-sárga selyemzsinóron függ; a budai kir. kamarai levéltárnak Zágrábban lévő részében.)

315.

A zágrábi káptalan átírja István szlavoniai bánnak Ebrys nevü földet tárgyazó törvénykezési határozatát Selk comes fiai és a varasdi várjobbágyok közt. 1258.

Capitulum Zagrabiensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Stephanus Banus tocius Sclauonie et Capitaneus Stiria missis ad nos litteris suis pecijt, ut iuxta tenorem litterarum suarum stabilium Branychyo filio Selk et fratribus suis concessarum super terris eorum nostras litteras stabiles conferremus. Super quibus priuilegium ipsius Bani recepimus in hec uerba:

Nos Stephanus Banus stb. (következik István bán 1258-ki okmánya, mint gyüjteményünk VII. vagyis a második folyam II. kötetében 491. l.)

Nos itaque predicti Bani iustis peticionibus annuentes, presentes pro cautela maiori contulimus, munientes in eisdem

sigillo nostro tam Bani, quam nostrarum seriem litterarum. Quas nostras litteras dictus Bannus, sicut scripsit, attrectans incaute casu laniauerat accidente. Datum per manus Magistri Mychaelis Lectoris Ecclesie nostre anno ab Incarnacione Domini M°CC°L° octauo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét vörös-sárga selyemzsinóron függ; a főmélt. herczeg Eszterházy család levéltárában.)

316.

Nagyszombat város hatóságának levele, hogy Ortolf ottani polgár bizonyos földet eladott az esztergami káptalannak. 1258.

Nos C. Villicus de Tirna ac ciues eiusdem uniuersis Christi fidelibus, ad quos littere presentes peruenerint, salutem in Domino. Nouerint vniuersi, quod constituti in nostra presencia Ortolfus filius Emberhalti conciuis noster ex vna parte, Vitka sacerdote et Magistro Haimone Canonicis Strigoniensibus nomine Capituli eiusdem Ecclesie ex altera, idem Ortolfus proposuit coram nobis, quod quandam tarram orrei sui emptam a Haincz Vngaro conciue nostro extra fossatum existentem, inter terras Chonc quondam Villici de villa Megere, et Helye Vngari ex parte noue plantacionis, vendidisset predictis V. et H. nomine Capituli ad vsum orrei pro decimis prouenientibus ex eadem villa pro dimidia marca et vncia fini argenti perpetuo possidendam; et de precio confessus est sibi plenarie satisfactum. Terra autem ipsius orrei in latitudine triginta vlnas duabus minus, in longitudine triginta quinque vlnarum continet quantitatem. Assumpsit eciam idem Ortolfus coram nobis ipsos V. sacerdotem et Magistrum H., sev ipsum Capitulum defendere sev indempnes conseruare contra quemlibet, si quid racione sepe dicte terre imposterum emerserit questionis. Nos igitur ad peticionem vtrarumque

parcium nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M°CC°LVIII°.

(Az eredeti után Knauz Nándor Magyar Sion II. köt. 777. lap.)

317.

IV. Béla királynak Szent-Márton helységet tárgyazó itéletlevele Fülöp zágrábi püspök és Pál Borich bánnak fia közt. 1259.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus presentes inspecturis salutem in Domino. Ne rerum veritas gestarum erroribus occultetur, et ne noticiam presencium transcursu temporum absorbeat obliuio; Nostre Regie intererst sollicitudinis, vt ea, que nobis in figura Judicij acti — — — untur, ad perpetuam rei memoriam scriptis authenticis commendemus. Proinde ad vniuersorum noticiam tenore pres n- cium volumus peruenire, quod cum venerabilis pater Philippus Episcopus Zagrabiensis dilectus et fidelis noster super terra Sancti Martini condam Borych Bani a Paulo filio condam Borych Bani coram nobis tractus fuisset in causam, idem Paulus predictus terram utpote hereditariam sibi cum instancia restitui postulauit. — — — — et Episcopus predictam terram titulo empcionis dixit se habere et eciam possidere; et venditorem — — — — — — suum religiosum virum fratrem Remboldum Domorum Hospitalis Jerosolimitani per Hungariam et Sclauoniam tunc Maiorem Preceptorem nominauit, et litteris authenticis eiusdem fratris Remboldi super hoc confectis legitime comprobauit. Cumque super hoc in Nostre Maiestatis Presencia fuisset diucius litigatum; tandem dicto Zagrabiensi Episcopo et fratri Arnoldo Dom — — — — — Maiori Preceptori per Hungariam et Sclauoniam,

qui eidem fratri Remboldo immediate successit ex vna parte, et Paulo prefato filio Borych Bani coram nobis constitutis ex altera, cum de meritis cause ipsius presentibus nostris Baronibus cognosceremus, in ipsa instancia Judicij predictus Paulus deprehensus est nostras Regias litteras falsa — — — isse. Cum igitur, et si aliquid iuris in predicta terra Sancti Martini prefatus Paulus haberet, propter vicium comperte falsitatis ipsa terra Sancti Martini, sicut et alia bona sua ad nostras manus essent merito deuolute, nos deliberato omnium Baronum nostrorum, qui tunc aderant, consilio, predictum Zagrabiensem Episcopum super ipsa terra Sancti Martini ab impeticione ipsius Pauli, et omnium qui nomine, iure seu occasione ipsius Pauli ipsum impeterent vel impetere possent, sentencialiter duximus absoluendum; adiudicantes eidem Episcopo per eandem sentenciam preditam terram Sancti Martini perpetuo et pacifice possidendam. In cuius rei firmitatem et robur presentes litteras nostras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum Albe quinta feria post festum Sancti Michaelis anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono.

(IV. László királynak 1275-ki megerősítő privilegiumából, a budai kir. kamarai levéltárnak Zágrábban lévő részében.)

318.

IV. Béla király azon törvénykezési ügyben, mely a zágrábi káptalan és Zágráb város közt folyt, két ottani malmot a cisterciták zágrábi monostorának határoz oda. 1259.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 121. l.)

319.

IV. Béla királynak Ozlar, Sul, Czinkota, Nemus, Nogus, és Akosnyire melletti Ukurd helységeket tárgyazó adománya, a nyúlszigeti apáczazárda számára. 1259.

Bela Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Bulgarieque Rex vniuersis quibus presentes patuerint, salutem in omnium saluatore. Pie mentis desiderium ac laudande deliberacionis diffinicionem, religiosique propositi puritatem Celsitudinis Regie congruis fauoribus intelligit attollendas, qui ad hoc Reges super gentes et Regna constitutos a Domino considerat, vt euellant et dissipent noxia, et virtutum seminaria animarum profectibus oportuna edificent atque plantent. Cordi igitur debet Regibus esse atque cure, vt ea que pro quiete religiose conuersacionis sunt disposita et salubriter ordinata, nec ipsorum Regum dissimulacio negligat, nec aliorum plectibilis possit presumpcio perturbare. Nam cum nichil in eis clariori luce refulgeat, quam fidei puritas ortodoxe, non frustra presertim circa religiosas personas in fundamento fidei debent opera pandencia ad vitam aditum solidare, considerantes religionibus pocius, quam labore corporis vel sudore bellico Regna sibi commissa Diuinitus gubernari. Proinde cum nos mediatorem Dei et hominum Christum Jesum et Sanctissimam eius Genitricem, que nostri Regni specialis existit domina et patrona, intendentes pro possibilitatis nostre modulo totis sincere mentis affectibus honorare, Monasterium ad honorem ipsius Gloriosissime Virginis in insula quondam leporum vocata construi fecerimus seu fundari sacrarum virginum religiosarumque dominarum Cenobium cum Archyepiscoporum et Episcoporum ac aliorum religiosorum consilio constituimus in eodem, salubri patrum Deo amabilium Fratrum Predicatorum gubernandum regimine et doctrinis, ac salutaribus consilijs informandum. Et licet nos consideremus creaturam non

habere, quid pro meritis respondere ualeat creatori; vt tamen aliqualiter reuerencie, quam erga ipsam nostram dominam Virginem gerimus Gloriosam, exhibeamus expressius argumentum; filiam nostram karissimam dominam Margaretam inter sorores in ipso Monasterio sub religiosi habitus honestate Domini nostri et Genitricis eiusdem, Regine Celestis, studuimus obsequijs deputare, vt uirginie vocis organo laudet uirginem, et a matre misericordie misericordiam satagat implorare. Verum quia religiosam uitam ducentibus congrua debemus consideracione prospicere, ne cuiuslibet necessitatis occasio pro defectu temporalium, sine quibus spiritualia in hoc mortali corpore non subsistunt, robur sancte in eis contemplacionis dissoluat; contulimus, dedimus et donauimus eidem Monasterio Matris Regine Celestis in perpetuam elemosinam villas, quarum nomina ilico subiicientur. Dedimus siquidem terras Vzlar et Sul vocatas ultra Danubium prope uillam Ueteris Pest existentes; item terras Scyngata, Nemus et Nogus vocatas iuxta Racus; terram insuper Vkurd uocatam iuxta Akusnere existentem dedimus Monasterio antedicto. Et quia beneficia Regum, presertim que Ecclesijs et alijs pijs locis inpenduntur, debent fauore beniuolo extendi lacius et firmari; omnes premissas terras contulimus cum omnibus utilitatibus et pertinencijs, sub eisdem metis et limitacionibus ipsi Monasterio perpetuo ualiture donacionis titulo apud idem inuiolabiliter duraturas. Ne igitur premissorum series successiuorum mutacione temporum obfuscari valeat vel in dubium reuocari, neue per quempiam in Regine Celestis iniuriam, pro cuius honore premissa sunt donata, tam pia de ipsis facta possit ordinacio retractari; presentes ad perpetuam memoriam concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Pauli Electi Albensis, aule nostre ViceCancellarij, dilecti et fidelis nostri; anno Domini M°CC°L° nono, Regni autem nostri anno vicesimo quarto.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

320.

IV. Béla király fiának István herczegnek okmányát, melynek erejével Söjtér és Csesztnóy helységeket Rejnold és Ponitnak adományozta, átírja és megerősíti. 1259.

(Hazai Okmánytár II. köt. 5. l. Véghelyi Dezső közleménye.)

321.

IV. Béla király Rexit földét Vágai Demjénnek adományozza. 1259.

(Hazai Okmánytár II. köt. 7. l. Néhai Ráth Károly közleménye.)

322.

István ifjabb királynak Paah helységet tárgyazó adománya, Endre, Chopou fia számára. 1259.

Stephanus Dei gracia Rex, primogenitus Illustris Regis Hungarie et Dux Stirie omnibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in omnium saluatore. Licet Regia pietas manum munificam porrigere debeat vniuersis; illos tamen

quorum exercitata probitas laudata est in aduersis, maiori debet prosequi munere et fauore; ut exemplo talium ad fidelitatis opera alij incitentur et sollercius famulentur. Hinc est igitur, quod uniuersorum noticie tenore presencium uolumus fieri manifestum, quod cum Andreas filius Chopou ab ineuntis etatis sue temporibus suorum seruiciorum meritis non ultimam laudem optinuerit vbique, qui in introitu nostro in terram Stirie subtus castrum Marumberg laudabile nobis exhibuit seruicium; nos in recompensacionem illius seruicij sui et aliorum, quorum memoriam longum esset recitare; quamuis tamen hec respectu horum que facere intendimus eidem, minima uideantur, terram Castri Zaladiensis Paah nomine, in qua castrenses pelliparij residebant, auferendo ab ipsis pelliparijs ipsi Andree data fide eam utilitatibus et pertinencijs eiusdem terre conferimus et donamus in filios filiorum perpetuo et in euum inreuocabiliter possidendam de plenitudine Regie potestatis. Vt autem huius nostre collacionis et donacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, presentes nostras litteras eidem contulimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M°CC° quinquagesimo nono.

(IV. László királynak 1273-ki megerősítő privilegiumából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

323.

István ifjabb királynak Söjtér és Csesztnóy helységeket tárgyazó adománya Rejnold és Ponit számára. 1259.

(Hazai Okmánytár II. köt. 5. l. Véghelyi Dezső közleménye.)

324.

István ifjabb királynak Horygh várat, s Myltumberg, Saxumfeld, Polona, Nedelk és Zunk helységeket tárgyazó adományai. 1259.

Nos Lodouicus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie stb. Rex stb. quod viri Magnifici Emericus Palatinus et Stephanus Woyuoda Transiluanus fideles nostri et dilecti personaliter iuxta continenciam litterarum Comitis Capelle nostre euocatoriarum simplicium ipsam euocacionem in Wisegrad facie ad faciem factam fore denotancium tercio die ferie secunde proxime post festum Beati Luce Ewangeliste anno Domini millesimo CCC°LXX° tercio preteritum in Nostre Serenitatis conspectu comparentes, contra Nicolaum filium Hahold quasdam litteras Capituli Ecclesie Albensis stb. in nostrum eduxerant conspectum habentes, quod in personis ipsorum Palatini et Woyuode fratrumque eorum Nostre dictum fuisset Maiestati, quod Nicolaus filius Nicolai de Haholt, asserens jura sua possessionaria erga eosdem Palatinum, Woyuodam, et fratres ipsorum existere, obmissa prorsus consuetudinaria lege Regni nostri ab antiquo consueta, nec non suorum jurium, si que haberet circa easdem, execucione postergata, tacita veritate et suggesta falsitate, multipharias litteras protestacionales, inquisitorias, prohibitorias et affirmatorias, ac alias juri ipsorum possessionario derogatorias, silenter et occulte contra ipsos emanari facere procurasset, et protunc procuraret. Vnde quia nos de talibus dolosis et cautelosis gestis et iniquis processibus, ne per hoc iura regnicolarum nostrorum possessionaria in futurum periclitari contingerent, voluissemus sane inuigilare; ideo nobis committentibus idem Nicolaus filius Nicolai feria quarta proxima post dominicam Reminiscere proxime tunc preteritam per nostrum et dicti Capituli homines in possessione sua Bodon vocata cum vniuersis litteralibus suis instrumentis seu munimentis, si que in

dicto jurium suorum possessionariorum, que erga ipsos Palatinum, Woyuodam, fratresque eorum esse allegarat, haberet confecta, contra eosdem ad octauas diei medij quadragesime tunc de nouo preteritas, sine crastinacione in Specialem Nostre Maiestatis Presenciam euocatus extitisset stb.; quia stb. eadem causa inter partes diuersimode ventilata presentes octauas festi Purificacionis Beate Virginis modo dilatorio attigisset; denique ipsis octauis instantibus, interimque prefato Emerico Palatino, et Stephano filio Petri de medio sublatis stb. primo prelibatus Stephanus Woyuoda tria priuilegia stb. nostro offerri curauit examini judiciario stb. Tandem prenotasus Nicolaus filius Nicolai octo priuilegia stb. simul cum alijs viginti duabus litteris stb. nostrum produxit in conspectum. Quorum quidem priuilegiorum primum stb. Tercium vero priuilegium scilicet dicti domini Stephani Ducis anno Domini M°CC°L° nono confectum, Chak Magistro Pincernarum suorum pro suis seruicijs Castrum Horyg, et cum spectantibus ad Myl:umberg, et cum villa Saxumfeld, prout Morsolphus de Treun ipsam possedisset, cum vtilitatibus et pertinencijs in filios filiorum perpetuo ipsum Ducem contulisse declarabat. Aliud quoque priuilegium eiusdem Ducis anno in eodem emanatum per eundem Ducem duas terras, Polonam videlicet, et terram Nedelk et Zunk, sitas inter Drauam et Mura, a jurisdiccione Castri Zaladiensis liberas et exemptas, cum suis pertinencijs Lanchreto filio Buzad pro suis seruicijs, sub metis in eodem priuilegio contentis perpetuo datas fore exprimebat. Tenorem stb. Datum Bude vigesimo die octauarum festi Purificacionis Beati Virginis predictarum anno Domini M°CCC° septuagesimo sexto, Regni autem nostri tricesimo quinto.

(Eredetie bőrhártyán, a budai kir. kamarai levéltárban.)

325.

IV. Sándor pápa megerősiti IV. Béla királynak azon intézkedését, melylyel a zágrábi cistercita monostornak két malmot oda határozott. 1259.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 123. l.)

326.

Sándor tengeri bánnak itéletlevele, melylyel bizonyos földeket a topuskai apátságnak oda határoz. 1259.

Nos Magister Alexander Banus Maritimus et Comes Zagrabiensis significamus tenore presencium uniuersis, quod super facto terre que incipit a ponte Glyna, et vadit per viam magnam usque ad Motoy in dextra parte, inter Abbatem Toplicensem ex una parte, et filios Rata ex altera coram nobis questio verteretur, et eadem fuisset deducta ad judicium domini nostri Stephani Bani; tandem idem Banus cognito processu negocij decreuit, sicut in eiusdem Bani litteris inuenimus contineri: quod vt predicta terra esset Ecclesie Toplicensis, Ivan filius Jerozlai, qui pro Abbate litem eiusdem terre portabat, cum Ivan filio Ortun de Blyna, et Huet officiali Abbatis memorati, secundo die Marie Magdalene coram Capitulo Zagrabiensi deberet prestare sacramentum. Instante itaque die sacramenti Ivan filio Jerozlai cum adiudicatis sibi prenotatis iuxta formam prescriptam prestitit sacramentum. Unde quia in ipsius Bani litteris habebatur, quod prestito sacramento ipsa terra ad Monasterium Toplicense deuolui deberet;

nos eandem terram ab iniusta impeticione filiorum Rata absoluentes, predicto Monasterio restituimus iure perpetuo possidendam pacifice et quiete. Ut igitur huius rei series robur obtineat perpetue firmitatis, nec ullo unquam processu temporum per filios Rata vel eorum successores possit in irritum reuocari, presentes contulimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie anno ab Incarnacione Domini M.CC. quinquagesimo nono.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 244. l.)

327.

Az egri káptalannak bizonyságlevele Olympias, Batonai Gergely nejének végintézkedéséről. 1259.

Amicis suis Reuerendis Capitulo Ecclesie Agriensis Nicolaus de Gara Regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum stb. Noueritis, quod cum Magister Ladislaus de Rozgon dominum Briccium Prepositum Ecclesie vestre, et Blasium de Monte, ac nobilem dominam Elenam filiam Egidij de eadem pretextu possessionis Babona vocate in Comitatu Borsodiensi existentis; preterea ipsa domina Elena racione medietatis eiusdem possessionis Babona Laurencium de Kemey, et Ladislaum filium suum per Regium et vestros homines contra sese ad octauas festi Beati Mychaelis Archangeli proxime preteriti seruata forma legitime recaptiuacionis in causam convenissent stb. (többszöri porogatio után az ügy végre »ad octauas Pentecostes« elhalasztatván; s ekkor a felperes okmányait felhozván, ezeknek irányában az alperesek hét okmányt mutatnak fel); quarum prima vestra littera priuilegialis alphabeto intercisa anno Domini M° ducentesimo quinquagesimo nono edita exprimebat, quod cum domina Olympias filia Matheus de Pok, vxor Gregorij de Babona gra-

ui egritudine laborasset, misso ad vos nuncio suo vobis supplicasset, quod hominem vestrum fidelem ad ipsam mitteretis, coram quo conderet testamentum; et vos iustis precibus ipsius annuentes misissetis homines vestros fidedignos; qui reuersi vobis retulissent, quod coram ipsis et alijs viris prouidis et honestis quam pluribus ob dileccionem mariti sui, dotem suam et res secum in matrimonio traductas marito suo omnino permisisset, itaque racione dotis sue et rerum suarum predictarum nullus cognatorum suorum seu extraneorum aliquis posset impetere seu molestare stb. Datum Bude quadragesimo die octauarum festi Pentecostes anno Domini millesimo quadrigentesimo duodecimo.

(Eredetie a budai kir. kamarai levéltárban.)

328.

A györi káptalannak bizonyságlevele, hogy János Belydnak fia elzálogosította Széplaki birtokrészét rokonának Herbord comesnek. 1259.

(Ifj. Kubinyi Ferencz, Árpádkori Oklevelek I. köt. 39. l.)

329.

A keresztesek esztergami konventjének bizonyságlevele, hogy az esztergami káptalan és a Muzslaiak bizonyos peres birtokra nézve egyezkedtek. 1259.

Nos frater L. Magister Domus Hospitalis Sancti Regis de Strigonio et totus Conuentus eiusdem loci significamus omnibus per presentes memorie commendantes, quod cum in vigilia Sancti Regis secundum iudicium venerabilis patris B(enedicti) Dei gracia Archiepiscopi Strigoniensis Abraham Prepositus, Valentinus Cantor, Farcasius sacerdos Sancti Laurencij, Petrus villicus fabrorum, et Lazarus quondam villicus debuissent prestare sacramentum in nostra ecclesia contra Ambrosium, Jacobum et Zup de Musla super eo, quod Petrus quondam Prepositus Sancti Georgij adhuc vineas, porcionem terre sue quam habebat in Ebed, contulerit et donauerit pro anime sue remedio Capitulo Strigoniensi cum omnibus suis pertinencijs. Tandem partes aduerse pro bono pacis in loco sacramenti receptis una marca argenti et dimidia ab eodem Capitulo predictam terram secundum quod prefatus P. Prepositus ordinauerat, reliquerunt Capitulo antedicto perpetuo possidendam. Datum anno Domini M°CC° quinquagesimo nono.

(Az eredeti után Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 778. l)

330.

Magyarországi kereskedők üzlete az Alrajna vidékein. 1259.

Conradus Dei gracia Sancte Coloniensis Ecclesie Archiepiscopus, Sacri Imperij per Ytaliam Archicancellarius stb. Cum in littera arbitrii inter nos et Ecclesiam nostram ex una parte, nec non fideles nostros Judices, Scabinos et universos ciues Colonienses ex altera super nostris hincinde iuribus per venerabiles viros stb. prolati sigillis nostris hincinde signata contineatur expresse, quod foranei mercatores Coloniam venientes, aut ipsam mercandi animo frequentantes non sunt permittendi transire terminos antiquitus constitutos, sed hoc secundum consuetudinem antiquam tam ex parte nostra quam civium Coloniensem inviolabiliter obseruari debere stb. Nos ad requisitionem et instantiam predictorum fidelium nostrorum civium Coloniensium diligenti investigatione premissa, prout a senioribus et prudentibus ac fidedignis viris sumus per inquisitionem edocti, memoratos antiquos terminos, una cum quibusdam aliis articulis ad publicam utilitatem spectantibus, in subscriptum modum duximus exprimenendos: Quod videlicet nullus mercatorum de Ungaria, Boemia, Polonia, Bawaria, Sueuia, Saxonia, Thuringia, Hassia, et quibuscunque aliis orientalibus partibus, cum mercibus quibuslibet ad Renum veniens, extra atque ultra ciuitatem Coloniensem, excepta sola causa peregrinationis procedat. Neque etiam ullus Flamingus vel Brabantinus, aut alius quicunque de uttra Mosam vel aliarum partium inferiorum secundum consuetudinem, antiquam et de iure seruandam causa mercandi ulterius quam in Coloniam, et non trans Renum, neque versus partes superiores ultra villam nomine Rodinkirchen procedet. Et similiter nullus mercatorum de superioribus partibus extra Diocesin Coloniensem existens ultra inferiorem turrim ciuitatis Coloniensis, vel saltem ultra villam nomine Ryle causa mercandi descendendo procedat

stb. Actum et datum Colonie nonas Maii anno Domini millesimo CC•L• nono.

(Lacomblet T. J., Urkundenbuch für die Geschichte des Nieder-Rheins II. köt. Düsseldorf 1846. 261. l.)

331.

Közjegyzői okmány, hogy Soldan Berisnek fiai Trau-ban bizonyos városi telket az ottani kanonokoknak eladtak. 1259.

In Christi nomine Amen. Anno Incarnationis eius millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, indictione III. mense Decembris die X. intrante. Temporibus domini Columbani venerabilis Episcopi, Romani Stoche et Duymi de Cega Judicum Tragurij hoc actum est. Pasculus et Helias ambo fratres, filij quondam Berisij Soldani per hoc presens instrumentum sunt confessi et manifesti, se recepisse a Canonicis Traguriensibus quadraginta libras denariorum parvorum Venetorum, pro quibus nomine precise et irreuocabilis venditionis eisdem Canonicis vendiderunt quandam terram sibi iure hereditario pertinentem, sitam ad vicum super terra Stanne velicte Rosco et iuxta viam perpetuo possidendam; dantes eis plenam potestatem dictam terram tenendi, vendendi, donandi et de ipsa omnem voluntatem faciendi. Quam terram promiserunt ipsis Canonicis et suis successoribus ab omni persona discalumpniari cum suorum bonorum omnium obligatione tam presentium quam futurorum; renunciantes omni exceptioni et omni juri Capitularis, pro co quod non facta est mentio de uret, quia ipsa terra nec augeri nec minui potest; et pro cambio receperunt a Canonicis unum passum de terra per longum et amplum apud Blatta de Pautano. Testes sunt Cerne Chualotte, Sabaciolus, et alii plures.

Ego Silvester de Urso examinator manum meam mitto

Et ego Gervasius Communis Tragurij Juratus Notarius a Pasculo cum Helia hanc cartam scripsi et signo consueto signavi.

(Farlati Illyricum Sacrum IV. köt. 346. l.)

332.

IV. Béla királynak a pannonhalmi apátság jogait tárgyazó nagy privilegiuma. 1260.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus quam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ut Celsitudo Regia priuilegia Ecclesiarum suarum, que casualiter maculata sunt et confracta, renouet et confirmet, pietas suadet, racio postulat, justicia requirit; maxime cum id inconcussum permaneat, quod Regio fuerit patrocinio renouatum. Proinde ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod dilectus et fidelis noster Fauus venerabilis Abbas Ecclesie Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie, ad nostram accendendo presenciam, priuilegium iam dudum a nobis impetratum corruptum in sigillo et in litteris in quibusdam locis per stillicidium maculatum nobis curauit exhibere, supplicans, ut idem nostro dignaremur iterato priuilegio confirmare. Cuius quidem tenor talis est:

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Unitatis. Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerieque Rex inperpetuum. Urias Abbas Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie a nobis deuote pecijt et instanter, ut priuilegia que ab antecessoribus nostris Regibus Hungarie a tempore Sancti Regis Stephani habuit, transscribi faceremus, et eorum exemplaria nostri caractere sigilli muni-

remus. Quia cum frequenter ad diuersa trahantur iudicia, periculosum existeret propter uiarum discrimina in quibuscunque iudicijs principale priuilegium exhibere. Nos igitur ipsorum iustis precibus grato concurrentes assensu, priuilegium beate memorie Sancti Ladislaij Regis per fidelem Cancellarium nostrum Mathyam Prepositum inspici fecimus, et sigilli nostri munimine insigniri. Cuius tenor talis est.

Quamuis homo omnia que possidet a Deo habeat, tamen id quod habet Deo prebere non dubitet. Etenim si Christo, a quo multa habet, pauca porrigere dubitat; et illud quod possidet perdit, et eius remuneracione ut absconsor unius talenti carebit. Quia qui in hijs delectantur que huius mundi sunt, semper mendicant et in egestate permanent. Qua uero remuneracione ne priuaremur; Beatissimus Rex Stephanus, successores Reges, Duces, Pontifices, Comites, ceterique religiosi homines, et Ego Rex Ladizlaus Monasterium Sancti Martini supra Montem Pannonie situm, prout Regia uis concessit, multis condonauimus opibus. Vnde uero ne per uiolenciam aliquorum, uel fraudem seu per negligenciam aliquid depereat, Ego Rex Ladizlaus consilio omnium Regni mei Primatum curaui dinumerare et commendare huic carte scriptum. Et ut propter antiquitatem negligencie locus ne daretur; iussimus, ut ad memoriam posteris per succedencia tempora obseruaretur. Que autem tradita sunt, queque acquisita eidem Sancte Dei Ecclesie ab his prefatis hominibus cum ceteris reditibus in terra, in aqua, in tributo, et in omni substancia et facultate, continentur sub hac denotacione. Hec sunt autem predia et mansiones ceteraque mobilia eiusdem Sancte Dei Ecclesie: Primum predium est Pannonia, ubi situm est Monasterium. Secundum predium est Rovozty, quod dedit Rex Ladizlaus pro redemptione anime sue, et siluam unam qué appellatur Hasag. Tercium predium est Hymdy nomine uille appellatum. Quartum predium est quod uocatur Lazy. Quintum predium est quod uocatur Wosyan eodem modo nomine ville appellatum. Sextum predium est Wenha. Septimum est quod dedit Kery eodem modo, nomine eius appellatus locus. Octauum predium est quod a colono accepit nomen Weynuk, et quandoque ibi piscatorum copia est, ad auxilium eorum dedit Rex Ladizlaus lacum unum qui uocatur Crechu, et terram

paruulam ad pasturam locum; Regalis Pristaldus quorum iudex Peder Caluus. Nonum predium est quod dedit Gurk licentia Regis; et partem prati, quod est intra terminum alterius uille Regalis; Pristaldus quorum uocatur Graba. Decimum predium est, quod uocatur Fuzegh super ripam Danubij in condescensu ipsius fluminis, a quo sibi locus sumpsit suum uocabulum; iuxta quod predium insula una et usionale, de quo usionali tertia pars contingit Ecclesiam Beatissimi Martini, due uero partes conferuntur ad Monasterium Beatissimi Petri. Undecimum predium est quod uocatur Almas. Duodecimum predium est, quod a colono nomen sibi accepit Temerdi. Tredecimum predium est quod uocatur Dynna. Quartum decimum predium est supra Tyciam in introitu Kenesa in supra dictum flumen, ad quod est lacus, qui nominatur Myruht, quem dedit Rex Salomon; Regalis Pristaldus fuit Zaloca. Quintum decimum est infra siluam Selcz, quod dedit Rex Ladislaus ad pasturam porcorum cum triginta mansionibus subulcorum et trecentis porcis. In hys uero supradictis prediis nullus hominum habet potestatem preter Abbatam ipsius Sancte Ecclesie. Cetera autem loca que habent commixtim cum populis ista sunt: Est unus locus, ubi dedit Rex Ladizlaus ductores nauium decem mansiones; Regalis Pristaldus quarum Kuca. Alius locus quem dedit Ruozty. Tercius Budrig, in quo Rex Ladizlaus dedit lacum cum septem mansionibus piscatorum, et thelonium ipsius mercati. Quartus Batha. Quintus Funoldi, Thepey, Thordy, Kerushyg, Cleti, Hygmogos, Copolchy. In hijs duobus locis Rex Ladizlaus dedit uiginti mansiones seruorum. Thuries, Baluanis seu Bagag et Wag; in quo loco habetur pomerium ualde bonum, duo lacus et silua determinata. Capelle uero eiusdem loci sanctissimi septem sunt; molendina ipsius loci sunt septem. Item centum triginta una mansiones ministrorum ad omnia genera operum debite, preter uineas et aratra, centum quadraginta familie seruorum. Triginta mansiones piscatorum. Octoginta octo mansiones uinitorum, Centum triginta octo cocorum, pistorum, tornatorum, artificum, aurificum, fabrorum, pastorum, lotorum, pellipariorum, et ad omnia alia genera officiorum. Item eciam confirmamus Regia auctoritate, secundum quod inspeximus in tenore priuilegij predecessorum nostrorum Sancti Stephani et

Ladizlay felicissime memorie, terram in Sala, quam ex donacione ipsorum predicta Ecclesia possederat, super cuius partem, que est ibidem uersus Nitram, controuersia magna tempore proaui nostri Secundi Bele Regis inter Abbatam predicti Monasterij et jobagiones, nec non populares Nitriensis Castri orta fuit. Super partem uero, que est extra insulam uersus Posonium, similiter inter jobagiones et castrenses Posonienses in eiusdem Regis presencia contencio fuit. Sed cum ueritas nubilo falsitatis palliata per iudicialem censuram diligenter pertractari et emergi requirat; secundum ordinem judicij uentilando pie memoratus Rex iuris Ecclesie Sancti Martini ipsam possessionem fuisse approbauit, et sic approbando Ecclesie restituit per fidelem capellanum suum nomine Laurencium Canonicum de Tyteld. Post longum eciam temporis processum nobis in Hungaria feliciter regnantibus quoniam secularis uite status semper promptior est ad iniqua, et cupiditas nunquam suo iure nouit contineri, super predicta possessione similis priori contencio in nostra presencia mota fuit inter prememoratos homines iam dictorum Castrorum et Abbatem eiusdem loci; super quo nos utriusque partis allegacionibus hinc et inde diligenter auditis, et probacionibus Wros nostri temporis Abbatis, in medium deductis, inspectisque priuilegijs Ecclesie Beati Martini ueris et autenticis, scilicet Sancti Stephani et Ladizlai, nec non Secundi Bele predecessorum nostrorum; et in omnibus reperiendo ipsam terram integraliter pertinere Ecclesie nostre, secundum diffinitiuam sentenciam ordine iuris reseruato omni consilio et discrecione Principum nostrorum adiudicauimus possessionem sepius memoratam restituendam Ecclesie, conuictis aduersis partibus salua iusticia et ordine iudicario; et misimus fidelem nostrum Martinum Archidiaconum Budrugiensem ad peragrandam terram et metarum distinccionibus assignandam, qui nostra auctoritate introduxit Ecclesiam in suam possessionem. Cuius terre ordo metarum talis est: Incipit a septemtrionali parte iuxta ripam fluuij nomine Holutwag, et progreditur ad australem partem, cui commetanea est terra ciuilium de uilla Yneu ultra fluuium prenominatum; secunda meta iuxta arbores que uocantur ulmi, et hac parte eidem est uicina terra ciuilum de Nitra in insula; inde uero protenditur per metas in agris usque ad

nemus quod uulgo dicitur Belez, iuxta quod in colliculis habet metas magnas; inde per medium eiusdem insule tendit ad ulmum, sub qua sunt mete; inde per metas usque ad nemus quod uocatur Jelez, iuxta quod habet metas; inde extra idem nemus ad arbores ulminas pluribus metis, sub qua eciam sunt mete; inde ad uiam que ducit ad villam Wdwornuk, et ibi sunt mete; inde transit in finem predicti nemoris per metas ad metam magnam, que est in arundineto, et ibi sunt mete; inde iterum ad predictam uiam, iuxta quam sunt mete, per quam pluribus metis protenditur usque ad Beruksceg, et ibi sunt mete; inde extra illud Beruksceg in agris uadit pluribus metis usque ad metas, que sunt intra ripam predicti fluuij Holutwag, in quarum una est auellana, ultra quam ripam habetur fossura uersus occidentalem plagam, per quam trahitur aqua ad paludes predicte Ecclesie, que fossurata habetur a meridie, ibi incipit esse commetanea cum terra nobilium, que uilla uocatur Berzen in alia insula, que est inter predictum fluuium Holutwag et Pynna, in qua uadit ad Vgari, in medio cuius habet metam; inde extra lacum Selnich; inde transit prenominatum fluuium Pynna, ultra quem iuxta ripam habet metam; inde uersus Posonium cum eisdem nobilibus protenditur per arundinetum, et iuxta quasdam populeas arbores est meta; inde procedit aliquantulum per idem arundinetum, iuxta canalem est meta; hinc exit ad agros, in fine quorum sunt mete; hinc in finibus eorundem agrorum uadit uersus aquilonem usque ad uiam, que ducit ad Beren, iuxta quam est meta; inde uadit per metas usque ad duas metas, que sunt iuxta Barbahere; inde ad lacum Gymulsinus, ibi est meta; inde transit lacum, ultra quem habet duas metas; et inde ad Ikurtou, ultra quam habet metam; inde ad Sarthu, ibi sunt quatuor mete; ibi dimissis metis de uilla Beren incipit esse commetanea cum ciuilibus Posoniensibus de uilla Togsun; inde cum eisdem ciuilibus iuxta Fyzedhere uadit ad lacum, qui uocatur Fyzed, qui lacus est communis; per quem uadit usque ad lacum Nadosth, iuxta quam habet metas, per quem uadit ad Kutsahere, et ibi habet metas; per quam inde uadit ad uiam que ducit ad uillam Kusond, iuxta quam habet metas iuxta quandam fossam, que uocatur Alsokut; ibi dimissis metis uille Togsun per eandem uiam uertitur ad orientem,

et incipit esse commetanea cum villa Vduorij iobagionum Posoniensium, scilicet Chukar et cognatorum sociorumque eius usque ad arbores ulminas, sub quibus sunt mete; inde in campo per metas uadit usque ad lacum qui uocatur Eleutou, cuius mencio est in priuilegio Sancti Ladizlai Regis; inde ad sepulchrum paganorum, et ibi habet metas; inde per metas in arundineto uadit usque ad lacum, qui uocatur Scelec, cuius media pars est Ecclesię; inde ad Fuenes, et ibi extra nemus habet metas; inde ad Pynnam fluuium, iuxta quem habet metas; inde transsiens fluuium uadit ad Porolouc, et ibi habet metas; inde iuxta nemus usque ad Holutwag, iuxta quam in nemore habet ultimas metas. Ex eo autem, quod presenti pagine sigillum nostrum inponi fecimus, nolumus ut eidem Monasterio aliquid noui iuris acquiratur, sed ut antiquum ius si quod habuit confirmetur. Actum anno uerbi incarnati M.CC.XXXVI. sexto nonas Martij.

Nos igitur qui ex officio suscepti regiminis Ecclesiarum utilitatibus prouidere debemus, ac earum iura illibata consaruare, predictum priuilegium ad instanciam ipsius Abbatis presentibus de uerbo ad uerbum insertum auctoritate presencium renouandum duximus et perpetuo confirmandum. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes dedimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine communitas. Datum per manus dilecti et fidelis nostri Magistri Pauli Prepositi Posoniensis aule nostre Vice-Cancellarij, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, octodecimo kalendas Septembris, Regni nostri anno vicesimo quinto.

(Eredetie bőrhártyán, a pannonhalmi főapátság levéltárában.)

333.

IV. Béla királynak privilegiuma, melylyel a vegliai grófok (Frangepánok) családját a magyarországi főurak állására emeli. 1260.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomorie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in eo, per quem Reges regnant et Principes dominantur. Regie Sublimitati conuenit, omnium nacionum pariter et linguarum gentes sibi deuote adherentes taliter prouidere, ut alij suprauenientes eorum exempla imitando ad fidelitatis opera exercenda feruencius euocentur. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire : quod cum humani generis sordidis sceleribus preualescentibus multitudo inestimabilis rabide gentis Tartarice ex affluenti indignacione terrestrium machinarum conditoris per climata Regni nostri perfusa seuere vlciscendo fuisset, et nos vna cum fidis primatibus et egregijs nobilibus extra monarchiam nostram vsque ad littora pontus atrocissime persequendo in quandam insulam maritimam impulendo choercisset, de qua eciam viuos extrahere sathagentes per naufragium in nos irruere chonassent, vbi in conflictu certaminis inter nostros et ipsos Tartaros seruato nostrorum curruencia funera more Rachelis iugule plangebamus; pater tandem ineffabilium misericordiarum et dominus pie consolacionis, qui cunctos in se sperantes tempore tribulacionis non deserit opitulando subleuare, nobis iam helisis et quasi precepitibus virtutem sue dextere porrigere dignatus est; quoniam ad refulcendum nos et corroborandum Feldricum et Bartholomeum, illustres et strenuos viros, Nobiles de Vegla, alta ex prosapia vrbis Romane Senatorum ortos, tamquam angelos preciosos ex arce polorum misit, qui nobis cum eorum parentela et familiarium caterua armigera in opem et nostre persone saluber-

rimam tutelam adherendo, per eorum strenua certamina quosdam ductores ipsorum Tartarorum sequacesque eorum dire necis exterminio necare, et quosdam captos nobis offerre, vbi eciam crebra stigmata et grauia sustulerunt, multos ex eorum caris proximos et familiares amittere, supraque omnibus prenarratis copiosam pecuniarum ipsorum, in auro eciam, argento, et rebus preciosis quantitatem ad uiginti milia marcarum se extendentem nobis pro assumendis stipendiarijs et expedicionibus varijs oferre maluerunt diligenter. Quorum ob meritum, donec laciori eos prouideamus retribucione, ipsos Feldricum et Bartholomeum, eorumque heredes et successores vniuersos, de consilio domine Marie carissime consortis nostre, vniuersis iuribus, gracijs, honoribus, et solempnium libertatum illustrium Primatum Regni nostri Hungarie prerogatiuis participes et communes instituimus et facimus, atque in consorcium, cateruam et numerum locamus, locumque eis in medio nostri Ministerij et Consilio conferimus. Eisdemque insuper hanc libertatis prerogatiuam et graciam specialem benigne largimur in sempiternum, vt nullus Curie et Regni nostri Judicum et Justiciariorum, neque ceteri quipiam laciori saltem honore fulgentes aut dignitate, ipsos in personis, rebus et possessiobus eorum nunc habitis, et in futurum vbicunque in Regno nostro per ipsos quomodocunque acquirendis vel habendis, judicare, aut in conspectu sui Judicij aduersus quoscunque astari at compareri facere possit neque debeat; dempta solummodo propria Regalis Celsitudinis persona, que ipsos ante conspectum tribunalis sui Judicij comparere et judicare debeat. Prescripta autem singula per nos ipsis pro tantis ceterisque quam pluribus fidelibus famulatibus eorum, que presentibus inprimi per omnia ob eorum copiam obstat, clementer indulta vniuersos successores nostros felices Hungarie Reges in Christo Rege sempiterno deuotissime obsecramus, ne comminuent, nec transgrediantur, quin ymo rata tenere et accepta obseruare dignentur vigore presentis nostre pagine. Vt igitur prescriptarum libertatum et graciarum prerogatiue perpetua firmitate solidentur, presentes concessimus eisdem duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Magistri Farcasij Albensis Ecclesie Electi, aule nostre Vice Cancellarij, dilecti et fidelis nostri, anno Gracie

millesimo ducentesimo sexagesimo, tercio nonas Octobris, Regni autem nostri anno vigesimo quarto.

(1280-ki átiratából, a budai kir. kamarai levéltárnak Zágrábban lévő részében.)

334.

IV. Béla királynak Krala helységet tárgyazó adománya a topuskai apátság számára, mely ennek fejében Sz.-László szigetének védelmére köteleztetett. 1260.

Bela Dei gracia Hungarie Rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in vero salutari. Et si Magnificencia Regia ad omnes subditos extendi debeat, precipue tamen viris Deo famulantibus eius non debet esse gracia aliena, cum non solum arma, sed et preces pie iuvencium tueantur regnum et regium dyadema. Proinde ad universorum noticiam tenore presencium volumus prevenire: quod cum Abbas et fratres Ordinis Cysterciensis de Toplica, Zagrabiensis Dyocesis, in insula Sancti Ladizlai, que prius Wyhugh nuncupabatur, turrim et domos pro defensione sua et obsequio Regio, de nostro consensu, construere cepissent, ut in easdem se adversitatis tempore valeant receptare, et terre ipsorum Abbatis et fratrum de quibus predicte turris et domus posset muniri victualibus, admodum sint remote. Volentes prope castrum predictum in aliqua terra utili, in qua sibi grangiam faciant providere, terram Bridislai et Ludugari, nomine Crala, cum omnibus pertinenciis suis, silvis videlicet, insula et piscacionibus contulimus predictis Abbati et fratribus pro conservacione dicte turris et domorum suarum perpetuo possidendam, sub eisdem metis et terminis, quibus dictus Pridizlaus et Ludiganus eandem dinoscuntur possedisse. Ut igitur hec nostra donacio robur perpetue obtineat firmitatis presen-

tes litteras in testimonium dari fecimus sigilli nostri munimine duplicis roboratas, anno ab Incarnacione Domini MCC (sexagesimo); quarto kalendas marcii, Regni autem nostri XX quinto.

(Tkalcsics, Monum. historica Episc. Zagrabiensis I. köt. 124. l.)

335.

IV. Béla király Komori Orosz fiainak a tölök elvett földek fejében Kiskolusd birtokot csereképen engedi által. 1260.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Budey, Jacobus et Koroch filij Wruz de Komar ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis priuilegium domini A. patris nostri karissimi felicis memorie quondam illustris Regis Hungarie, petentes cum instancia, ut idem priuilegium ratum habere, et nostro dignaremur priuilegio de benignitate Regie confirmare. Cuius tenor talis est:

In nomine stb. A. Dei gracia Hungarie stb. Rex stb. (következik II. Endre királynak 1217-ki kiváltságlevele, mint fentebb 90. sz. a.)

Tamen quia terra predictorum filiorum Wruz Komar vocata, simul cum terra ipsorum empticia in eadem Komar existenti nobis utilis admodum uidebatur, ipsam terram omnino ab eisdem duximus aufferendam, quam pro propria nostre Maiestatis uolumus reseruare, et in concambium predicte terre eorundem quandam terram nostram Regalem Castri nostri uidelicet Zaladiensis Kyuskolusd uocatam eisdem, et per ipsos suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et inreuocabiliter duximus conferendam; ita ut

ijdem super ipsa terra illa aurea gaudeant et perfruantur libertate, qua ueri et primi Regni nostri nobiles gratulantur, cum id eisdem per dictum patrem nostrum quondam inclitum Regem Hungarie pro seruicijs patris ipsorum meritorijs, sicut superius exprimitur, sit concessum. Mete autem predicte terre Kyuskolusd uocate, secundum quod in litteris Abbatis et Conuentus Sancti Adriani de Zala, cui in mandatis dederamus, contineri uidimus, isto ordine distinguntur: Prima scilicet meta eiusdem incipit a parte orientali ab aqua Zala iuxta terram Comitis Salomonis, ubi sunt due mete terree, et uadit uersus occidentem directe ad magnam uiam, que ducit ad Copan, ubi sunt iterato due mete terree; abhinc salit ipsam magnam uiam similiter uersus occidentem, et peruenit ad unum puteum, ubi sunt due mete terree; vnde progrediendo ascendit monticulum, et flectitur ad quandam magnam uiam, que ducit ad Copurnuch, ubi sunt due mete terre; et ibi transit ipsam magnam uiam adhuc ad occidentem ad magnum montem cum diuersis metis, et peruenit ad metam angularem, que separat a terra Almas uocata; et inde progreditur in quadam uia uersus septemtrionalem, ubi sunt due mete terree, in inmediate quam plures; vnde eundo uersus orientem peruenit iterato ad magnam uiam, que ducit iterato ad Copurnuch, ubi sunt due mete terree; et inde ascendit ad orientem cum diuersis metis; de qua progrediendo uadit ad septemtrionalem, ubi commetanei sunt populi de magna villa Kolus, et ibi sunt due mete angulares, et inmediate quam plures; de qua tendit uersus orientem, ubi sunt due mete, una in arbore *nyrfa* uocata, et altera terrea, ubi uicinatur terre Nicolai filij Koroch; abhinc descendit iterato ad magnam viam, que ducebat ad Copan, ubi sunt due mete terree; et inde tendit directe ad unum nemus, et ibi est meta; vnde eundo similiter uersus orientem peruenit ad duas metas, quarum una est in silice, et altera terrea; et abhinc flectitur iterato ad aquam Zala, ubi terminatur. Nos igitur peticionibus predictorum filiorum Wruz Regia liberalitate inclinati, prefatum priuilegium de uerbo ad uerbum inseri facientes duximus auctoritate presencium confirmandum, eosdem sicut superius prediximus, cum filijs et suis successoribus uniuersis in numerum Regalium seruiencium transferentes. In cuius rei memoriam perpetuam-

que firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Farcasij aule nostre Vice-Cancellarij, Prepositi Albensis, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC°LX°.

(Eredetie bőrhártyán, melynek sárga-vörös selyemzsinóron függött pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.

336.

IV. Béla király Marczel és testvéreinek csere fejében Kelena földet adományozza. 1260.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crouacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Consueuit Excellencia Regia, ut si aliquid a suis fidelibus recipit, eisdem postmodum respondeat in consimili uel maiori. Proinde ad uniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod cum hereditariam terram Marcelli, Bater, Supk et Hrabur filiorum Wacik, cognatorum Comitis Dubuch, Hernoch nuncupatam, ab ipsis auferendo, dilecto et fideli nostro Matheo quondam Magistro Tawarnicorum nostrorum Comiti Posuniensi contulissemus, et eisdem terram nomine Strogar, que wduornicorum nostrorum fuerat, dedissemus; eandem postmodum, cum wduornici nostri multiplicati seu reducti fuissent, ab eisdem Marcello, Supk, Bater et Hrabur recipiendo, restituendam duximus wduornicis antedictis. Ne tamen ijdem Marcellus, Supk, Bater et Hrabur uim seu molestiam ab Excellencia Regia paterentur, de qua omnibus gracia consueuit prestolari; quandam terram Kelena nuncupatam, cuius quidem medietas a parte terre Jacou de Fedemus ad Castrum Huntense pertinebat, ubi circa eandem terram Castri nostri iobagiones Castri nostri, scilicet Magister Micael

filius Vtisk, Petrus filius Bedeech, Kaach, Sebastianus, Luka filius Leustachij, ac alij generaciones eorumdem quandam particulam terre seu porcionem habuerunt, quam quidem particulam terre ab eisdem iobagionibus Castri nostri empcionis titulo, uidelicet nouem marcis ipsis Marcello, Supk, Bater et Hrabur comparauimus; cuius quidem summe pecunie dimidietatem de nostra Camara persoluimus, residuam vero partem per eosdem Marcellum et Supk ac fratres eorumdem ex integro persolui fecimus; et aliam medietatem circa terram eorumdem iobagionum Castri nostri a Bors et Budou de Morus, et a tota generacione eorumdem habueramus pro concambio; et insuper quandam particulam terre Trebogost nominate, similiter Castro Huntensi duorum aratrorum subiectam, certis metis a terris aliorum distinctam, in commutacionem terre ipsorum ipsis Marcello, Supk, Bater et Hrabur, et per ipsos ipsorum heredibus heredumque successoribus perpetuo duximus conferendas. Quas quidem terras ipsis per fidelem nostrum Jacou de Fedemus nomine commetaneitatis presente testimonio Capituli Strigoniensis, ac presentibus vniuersis commetaneis et vicinis earundem fecimus assignari. Quarum eciam mete, prout ipsum Capitulum Strigoniense nobis in litteris suis seriatim intimauit, hoc ordine distinguntur : Prima meta terre Kelena incipit a parte orientali in capite riuuli Holumna, et ibi sunt sub arbore, que dicitur tulfa, est (igy) meta terrea; inde per eundem riuulum descendit ad locum, ubi finitur riuulus nominatus, et ibi sub duabus arboribus, que tulfa nominatur (igy), sunt due mete terree, et ibi tenet metam cum Erney et Gregorio; inde iuxta terram Zelchan inter duos stagnos descendit ad riuulum, qui currit per Zelchen; hinc ascendit ad partem occidentalem ad berch, ubi est meta lapidea, et ibi tenet metam cum Jacou de Fedemus; inde tendit ad septemtrionem superius ad berch, ubi sub una arbore, que tulgfa nominatur, sunt due mete terree; hinc descendit ad bik, et ibi est meta terrea; inde transit ad uallem et uadit ad Sceleushyg, et ibi tenet metam cum Jacou nominato de Fedemus; hinc descendit ad tiliam, sub qua est fons, et ibi sunt due mete terree; inde per Scornapotoca uadit superius per metas plurimus usque pratum quod Crastov nominatur, cuius pars est Jacou de Fedemus; inde ascendit super

montem, ubi sunt due mete terree, et ibi tenet metam cum Chol et Nicolao filios (így) Mog; inde uadit ad priorem metam, et sic terminatur. Item meta terre Trebogost incipit a parte orientali de Zeppotok, et uadit ad arborem que dicitur tulfa, sub qua est meta terrea, et ibi tenet metam cum Cholomia; hinc ascendit ad berch ad metam terream; inde descendit ad plagam meridionalem, transit per uallem, et uadit ad metam terream; inde uadit ad occidentem ad berch, et ibi sub quercu est mete terrea, et ibi separantur mete de Cholomia et Inam, inde a parte Inam super berch uadit usque metam terream; hinc descendit ad uallem ubi est meta terrea; inde progreditur usque portam Farcasij, ubi est meta terrea; inde descendit in Zeppotok, et tenendo metam cum Comite Cosma uadit ad priorem metam, et sic terminatur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes dedimus litteras duplicis sigilli nostri munimine communitas. Datum per manus dilecti et fidelis nostri Magistri Pauli Prepositi Posoniensis aule nostre Vice Cancellarij, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, Regni autem nostri anno vicesimo quinto.

(Az eredeti után Knauz Nándor Magyar Sion II. köt. 779. l.)

337.

István ifjabb király István és Mark Ine fiai, a Zala vár jobbágyainak nemesítését tárgyazó privilegiuma. 1260.

Nos Nicolaus Konth Regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum stb. quod cum nos pro compescendis furibus, latronibus et quibusuis malefactoribus eradicandis, ac cunctis querulantibus iusticia impendenda, Vniuersitati Nobilium, aliorumque cuiusuis status et condicionis hominum Comitatus Zaladiensis secunda feria proxima ante festum Beati Jacobi Apostoli prope villam Mandhyda congregacionem celebrasse-

mus generalem, in eadem congregacione nostra Laurencius filius Petri de Boxa, et Johannes filius Nicolai filij Joanas frater eiusdem patruelis — — (Pacha nevü birtokra nézve) — — quam nunc Stephanus de Pacha indebite occupando conseruaret — — —; quasdam litteras priuilegiales domini Stephani olym Bele Regis primogeniti, Ducis Transsiluani et Styrie, ac domini Comanorum in anno Domini M°CC°LX° emanatas presentauit, inter cetera exprimentes, quod idem dominus Stephanus Dux Stephanum et Mark filios Ine jobagiones Castri Zaladiensis propter multiplicia seruiciorum merita eorundem in conspectu oculorum Sue Ducalis Maiestatis impensorum, cum Jona ac Vydus, cognatis ac propinquis eorundem a jobagionatu Castri Zaladiensis simul cum terris suis, quas sine preiudicio iuris alieni possedissent, eximendo, in numerum et cetum nobilium seruiencium Regalium duxisset transferendos; committens, ut tam ipsi, quam eorum heredes, et heredum suorum successores ea gaudeant libertate, qua et ceteri Regni sui nobiles seruientes Regales dinoscerentur gratulari; terram eorum per Gothardum de Choby hominem suum sub testimonio Comitatus Zaladiensis ab aliorum terris metarum (így) in eodem priuilegio expressarum distinccionibus separando stb. stb. Datum septimo die congregacionis predicte anno Domini millesimo tercentesimo quinquagesimo quarto.

(Eredetie bőrhártyán a budai kir. kamarai levéltárban.)

338.

IV. Sándor pápa Columbanust trau-i püspököt felhatalmazza, mikép a sibenicoi papsággal intézkedjék. 1260.

Alexander Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri ... Episcopo Traguriensi salutem et Apostolicam benedictionem. Exposuit nobis tua fraternitas, quod clerici de Castro Sibenico tue Diocesis lata in eos a bone memorie Episcopo Traguriensi predecessore tuo pro denegata sibi ab ipsis obedientia, excommunicationis sententia sint ligati; idemque predecessor observari eandem sententiam usque ad satisfactionem condignam obtinuit a Sede Apostolica demandari; quorum clericorum quidam susceperunt ordines, et Divina celebrant officia sic ligati, quare super iis eorum provideri saluti humiliter postulasti. De tua itaque circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, presentium tibi auctoritate concedimus, ut eosdem excommunicatos absolvas hac vice abhuiusmodi excommunicationis sententia, iuxta formam Ecclesie vice nostra; iniungens eis quod de iure erit iniungendum. Cum illis autem ex eis, qui juris ignari aut immemores facti, absolutionis beneficio non obtento susceperunt ordines, Divina officia celebrarunt, iniuncta eis pro modo culpe penitentia competenti, eaque peracta, liceat tibi de misericordia, que superexaltat judicio, prout eorum saluti videris expedire, dispensare. Si vero prefati excommunicati scienter, non tamen in contemptum clavium talia presumpserint, eis per biennium ab ordinum executione suspensis, et imposita ipsis penitentia salutari, eos postmodum, si fuerint bone conversationis et vite, ad gratiam dispensationis admittas. Datum Anagnie VII. kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno sexto.

(Farlati, Illyricum Sacrum IV. köt. 346. l.)

339.

IV. Sándor pápa a spalatoi főesperestnek meghagyja, hogy a jadrai érseknek a sibenicoi papságra kimondott ítéletét foganatosítsa. 1260.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilecto filio . . . Archidiacono Ecclesie Spalatensis salutem et Apostolicam benedictionem. Exposuit nobis venerabilis frater noster . . . Episcopus Traguriensis, quod cum inter bone memorie . . . Traguriensem Episcopum predecessorum suum ex parte una, et . . . Archipresbyterum et clericos Castri de Sybinico Diocesis Traguriensis ex altera, super eo, quod sibi subjectionem, obedientiam et reverentiam ei debitas exhibere contra justitiam denegabant, et de decimis ac aliis juribus episcopalibus coram venerabili fratre nostro . . . Archiepiscopo Jadrensi auctoritate Apostolica questio verteretur, idem Archiepiscopus cognitis causis, meritis et juribus ordine observato diffinitivam pro eodem Episcopo sententiam promulgavit, quam ipse Apostolico petiit munimine roborari. Ideoque discretioni tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus sententiam ipsam, sicut est justa, auctoritate nostra facias appellatione remota firmiter observari. Datum Angnie XII. kalendas Maii, Pontificatus nostri anno sexto.

(Farlati, Illyricum Sacrum IV. köt. 347. l.)

340.

A velenczei kormánynak Vegla szigetét tárgyazó adományozási okmánya az ottani grófok (Frangepánok) számára. 1260.

MCCLX, indictione III, die nono intrante Aprili, in Maiori Consilio, stb. Capta fuit pars in Maiori Consilio, et ordinatum, quod Comitatus Vegle dari debeat et concedi nobilibus viris Comiti Schinelle et suis heredibus, et filiis Comitis Guidonis et eorum heredibus per medietatem in perpetuum, masculis, succedendo unus alteri; et decedentibus omnibus ita, quod nullus masculus supervivat, idem Comitatus in Commune Venetiarum debeat devenire. Quem quidem Comitatum tenere et regere debeant secundum bonas et antiquas consuetudines tali conditione et ordine: quod iurare debeant fidelitatem domino Duci et Communi Venetiarum cum illa revenentia, qua fieri videbitur. Item quod ad presens tres galee debeant armare bene, et soldizare per sex menses ad mittendum eas in servitio Communis eorum expensis, sicut domino Duci et Consilio placuerit. Et si galee, que ordinate sunt mitti, non irent, solvant pecuniam, que constarent galee predicte. Item quod teneantur per futura tempora dare et armare de triginta galeis unam, quando Commune Venetiarum armabit triginta vel a XXX supra. Et si Magnitudo Venetiarum ibit per partitionem, quod unus de Domo Vegle ibit personaliter et stabit, donec alii de Venetiis stabunt, suis expensis. Item quod infra X annos proximos venturos teneantur ipsi Comites ponere in possessionibus in Venetiis libras decem millia, videlicet libras quinque mille pro parte, ponendo a quatuor annis proximis in antea omni anno in deposto per ratam tantum quatum advenerit ad rationem predictam X millium librarum. Item debeant promittere et iurare ipsi Comites, quod quandocumque furmentum valebit in Venetiis a solidis XXX superius, quod dabunt operam bona fide, quod de partibus et terris eorum et aliis circumstantibus in maiori

quantitate, quam poterunt, in Venetias conducatur ad vendendum. Item quod quandocumque domino Duci et Communi Venetiarum oportunum fuerit pro factis Communis Venetiarum habere gentem, teneantur ipsi Comites, dum vixerint, per sacramentum dare operam in insula et aliis terris suis ut inveniantur ad soldum Communis usque centum vel CC homines pro tali soldo, qualis dabitur in Venetiis. Item omnes, qui erunt amici Communis Venetiarum, dicti Comites et homines Vegle eos pro amicis habebunt, solvendo ducatui Venetiarum libras DCCCC omni anno, sicut antea solvebant pro regalia et censu; de quibus libris CC habere debet dominus Dux pro suo salario, et libras CC nobilis vir Laurentius Teupulo, donec vixerit; et eo decedente deveniant in Commune Venetiarum. Et de tempore preterito solvere debeant Ducatui et Communi Venetiarum censum et regaliam secundum dictam rationem libras noningentas, omni occasione remota. Et debeant concordium factum cum nobilibus viris Johanne, Laurentio et Jacobo Teupolo ac Jacobo de Canali habere firmum et observare, sicut factum est, et sicut per arbitros est vel fuerit ordinatum. Item quod illi, qui exiverint de Vegla tempore, quo exivit dictus nobilis Laurentius, debeant reddere bona et possessiones eorum, que reperta fuerint, infra unum mensem, et que devastata fuerint, debeant facere refici. Et de differentiis, que fuerint inter eos de damnis, per predictos arbitros debeant diffiniri. Nec de predictis, que ordinata sunt dari et solvi, sicut dictum est, debeant aliquod solvere sive in aliquo aggravari. Et si iniurie eis vel alicui eorum vel damnum factum fuerit, quod portare non debeant, possint ad dominum Ducem appellare de ipsis. Et ipsis filiis Comitis Guidonis et suis hominibus insule Vegle remittantur per dominum Ducem et Commune Venetiarum omnes iniurie, culpe, offensiones et damna per eos illata Communi et hominibus Venetiarum usque ad presentem diem. Item concordium factum cum Comite Johanne Teupulo, sicut scriptum est, et autenticum per manum Conradi Notarii per partes iurari et observari debeat. Preterea cum datum foret in scriptis nobilibus viris Jacobo Basilio, Petro Badoario et Jacobo Contareno, Advocatoribus Communis per nobiles viros Marcum Geno, Pangrati Justiniano, Marcum Truno, Marcum Tarvisano, Marinum Zorzani, Nico-

laum Venerium et socios, quod per illos de Vegla ablate fuerunt monete argenti valentes libras DCCCC per Johannem de Milla et socios de Vegla de una barcha, in qua erat etiam Campanario, cui abstulerunt arma et vestimenta valentia libras XXIV, item per Gombertinum nepotem Obizi specialis, quod Paulus de Merica de Vegla cepit eum, et abstulit ei inter denarios et res libras XXX et postea marturizavit eum, et fecerunt sibi dari illi de ligno libras centum pro redemtione ipsius; item per heredes Henrizi Bambasii, quod homines Comitum Vegle ceperunt eum apud Novegradum, et abstulerunt tantum et inter ea que solvit pro redemtione sua quod fuit libras CCCC, item una charta, in qua continebatur, quod Paulus Marca cum sociis suis forbanitis Vegle, acceperunt Jacobo Paulo de Ventiis Sancte Trinite libras CXL, capta fuit pars et ordinatum, quod per arbitros antedictos debeant examinari petitiones predictarum chartarum sicut expedire viderint, et in eo, quod viderint posse dicere, cum ratione dicere debeant; et sicut per eos terminatum fuerit, sic debeat per partes observari.

Nota quod postmodum Comes Federicus, qui erat in Venetiis, dixit domino Duci et Consilio, quod volebat quod Nicolaus Tar., cui acceptum fuit, ut dicebat, circa libras CCC et XII esse debeat in ea condictione, qua sunt supradicti, qui queruntur.

(Ljubics Simon, Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium I. köt. Zágráb 1868. 91. l.)

341.

A veglai és osseroi grófok közti kibékülés. 1260.

In Christi nomine Amen. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo sexagesimo, indictione quarta, mensis Aprilis. Quia dignum fore dignoscitur, ut, que ad memoriam per futura tempora construuntur, ne oblivioni tradantur, scripture vinculo debeant adnotari, ideoque nos Rainerius Geno Dei gratia Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie Dux, Dominus Quarte Partis et Dimidie tocius Imperii Romanie cum nostro Consilio notum facimus universis presentibus et futuris : quod cum inter nobilem virum Johannem Teupolo, filium bone memorie domini Jacobi Teupolo Ducis Veneciarum incliti, Comitem Abserensem, pro se et hominibus sui Comitatus Abserensis et Chersi ex una parte, ac nobiles viros Fredericum, Bartholomeum et Guidonem Comites Vegle pro se et eorum heredibus et hominibus Comitatus Vegle et Vinadoli, ac aliis aliarum terrarum ipsis Comitibus subiectis, fideles nostros dilectos, de quibusdam intervenisset contentio, tandem ad pactum et concordiam pervenerunt adinvicem modo et forma inferius comprehensa. Remiserunt, quidem libere et absolute predicti Comites Vegle pro se et hominibus dictarum terrarum sibi subiectis omnia dampna, iniurias, violencias et offensiones, quas fecissent olim Comites ac homines Comitatus Abserensis ac tocius Insule Abserensis personis et locis Comitatus Vegle et Vinadoli, ac eciam hominibus seu personis et locis dictarum terrarum predictorum filiorum Comitis Guidonis, et quibuslibet aliis personis ipsarum terrarum subiectis eisdem tam in personis quam in rebus usque ad presentem diem, finem et remissionem de ipsis dampnis et iniuriis ac offensionibus totaliter facientes; et e converso dictus nobilis Johannes Teupolo Comes Abserensis pro se et hominibus tocius Insule Abserensis et

tocius sui Comitatus predictis nobilibus filiis Comitis Guidonis pro se et hominibus Comitatus Vegle et Vinodoli, et aliis omnibus eis subiectis recipientibus, remisit libere et absolute omnia, dampna, iniurias, violencias et offensiones, quas Comites vel ipsorum Comitatuum ac alios eis subiectos fecissent olim dicto Comiti Johannni Teupolo seu hominibus vel personis sui Comitatus in personis vel rebus usque ad presentem diem, finem et remissionem de ipsis dampnis et iniuriis et offensionibus totaliter facientes. Preterea promiserunt ad invicem Comites antedicti pro se et hominibus ac personis suorum Comitatuum pacem et concordiam mutuo observare, habendo sese homines predictorum Comitatuum et ipsis Comitibus subiectos salvos et securos in personis et rebus; et si aliqua persona predictarum Insularum vel dictorum Comitatuum Abseri et Chersi et Vegle aliquando contrafacerent, puniri debeat secundum qualitatem offense; ita tamen quod ille Comes, in cuius Comitatu factum fuerit dampnum, si capere vel capi facere poterit malefactorem in eodem Comitatu, ubi captus fuerit, puniat eum in persona vel rebus iuxta qualitatem delicti seu maleficii perpetrati, auferendo insuper banna secundum ordinamentum Comitum predictorum; et si capi non poterit, Comes vel Comites sive Dominium, de cuius Districtu fuerit malefactor, puniat eundem malefactorem in persona vel rebus iuxta qualitatem delicti temporis dilatione remota, quod maleficium puniatur per Comitem, qui in terra fuerit. Item antedicti filii Comitis Guidonis filios Cagi Berti de Absero, quos captos detinent ad presens, libere relaxabunt. Item dampna data per homines Comitatus Vegle Ranasi et eius sociis ac aliis quibuscumque personis Comitatus Abserensis a tempore, quo emanavit preceptum a domino Duce et Consilio de dampnis restituendis, debeant satisfieri eisdem Ranasi et hominibus Comitatus Abserensis per homines Vegle usque ad festum Sancti Petri proximi, ita tamen quod si ipsa dampna reperta fuerint assendere ultra summam librarum ducentarum Venecialium parvorum, ipsi homines Comitatus Vegle non teneantur emendare nisi libras ducentas, et super predictis dampnis datis debet credi et stari debet iuramentis illorum de Comitatu Abserensi, quibus data sunt dampna ipsa

et est secundum quod in ista summa librarum ducentarum est inclusum dampnum, quod debet satisfieri nobili viro Nicolao Tanolico de equo et iummenta sua. Item quod omnes captivi ex utraque parte libere debeant relaxari. Preterea offensio mortis Drasimiri hominibus Chersi et tocius Comitatus Abserensis per predictos filios Comitis Guidonis, et per quoscumque alios Comites Veglenses, ac etiam per quoslibet alios subiectos Dominio eorumdem libere remissa est, et non sustinebunt aliquo modo, quod aliqua iniuria vel dampnum fiat occasione mortis dicti Drasimiri prefatis hominibus Chersi et hominibus Comitatus Abserensis per aliquem vel aliquos eis subiectos; et si fieret, quod ipsi filii Comitis et Comites Vegle facient inde iusticiam et punient maleficium et dampnum datum in personis vel rebus secundum quod requisierit maleficium vel dampnum datum. Hoc addito, quod homines Comitatus Vegle non debeant venire in Comitatum Chersi vel Abseri causa madendi nec auferendi ligna de nemoribus suis sine voluntate sua causa portandi eas vias ad alias partes, et si reperti fuerint, quod Comes Abseri auferat eis, qui sic reperti fuerint, bannum scilicet bizancios duos pro qualibet barcha; et e converso homines Abseri et Chersi in Insulam Vegle ire non debeant, nec in aliis terris ad ipsum Comitatum spectantes pro lignis incidendis, madendis et auferendis causa alibi asportandis sine voluntate eorum sub pena et banno predicto. Item quandocumque aliquis dictorum Comitum per offensionem, quam fecerit, fuerit forbanitus, et iverit ad terras alterius Comitis, quod Comes, in cuius Comitatum iverit forbanitus, ad requisitionem Comitis, qui ipsum fecerit forbaniri, dictum forbanitum sive forbanitos ei faciant exhiberi, questione et dilatione remotis, vel ipsum forbanitum sive forbanitos in sua terra nullatenus debeant retinere, ita quod hoc intelligatur in omnibus terris, in quibus ipsi filii Comitis Guidonis habeant dominium pro Comitatu. Preterea si aliquis homo vel plures dictorum Comitatuum causa debiti, vel alia offensionis causa iverit de uno Comitatu in alium, ille Comes, in cuius Comitatu fugerit vel fugerint, dare teneatur illum vel illos Comiti, de cuius Comitatu fuerit, vel faciat eos qui sic fugerint solvere debitum sive bannum, de quo tenebitur, sine dilatione solvere

ad requisitionem Comitis, de cuius Comitatu fuerint. Item quod in quacumque dictarum insularum et terrarum Chersi, Abseri et Vegle debeant eligi duo advocatores, videlicet illos quos voluerint eligere de terris Comitum Vegle dictus Comes Abseri; et illi de suo Comitatu, et illos, quos voluerint eligere Comes vel Comites Vegle de Comitatu Abseri et terris eiusdem Comitatus, qui debeant habere de quolibet placito denarios VI parvos, et de quolibet placito, quod vincetur, habere debeant denarios duodecim parvorum pro bizancio. Item quod testes, qui per utramque partem fuerint requisiti ad perhibendum testimonium usque decem pro parte et quolibet placito, Comes vel Comites seu Vicarii, de quorum Comitatu fuerint, ipsos constringere debeant ad perhibendum testimonium veritati sine aliqua fraude. Item si per nuncium sive nuncios ipsorum aliquorum predictorum Comitum ipsorum Comitatuum requisitus fuerit a Comite vel Judice terre nuncius, vel requisiti fuerint nuncii pro temptandis furtis, Comes et Judices, a quibus requisiti fuerint, ipsos nuncios dare teneantur sine dilatione. Insuper dabunt operam bona fide dicti Comites, quod omnes de terris eorum, de quibus habent vel habebunt dominium, observabunt pacem istam et se non offendent ad invicem, et non recipient forbanitos de una terra in aliam in offensionem alicuius partis. Item quicumque de Comitatu Vegle et eius pertinentiis fecerit aliquod dampnum in Comitatu Abserensi, et non facta racione de ipso Comitatu fugerit et iverit ad Comitatum Vegle, debeat restituere duplum dampni illi, cui fecerit dampnum, si convictus fuerit per rationem; et e converso per Comitem Abseri fieri debeat et observari illud idem. Item quicumque iudicatus fuerit et solvere non poterit, infra quindecim dies dari debeat per personam illi, cui fuerit adiudicatus, ad retinendum eum usque dum solverit. Que quidem omnia supradicta vir nobilis Comes Schinella pro se et filiis suis ac eorum heredibus, quibus concessa est medietas Vegle, ac nobilis vir Fredericus filius Comitis Guidonis pro se et fratribus suis et eorum heredibus, qui erunt Comites Vegle, ac hominibus tocius Insule Vegle, ac dictus nobilis vir Johannes Teupolo Comes Abserenis pro se et hominibus tocius Comitatus Abseri et Chersi, promiserunt cum expensis et obligationibus omnium suorum bonorum,

et bonorum hominum ipsorum Comitatuum integre et inviolabiliter observare sub pena librarum mille Venetarum parvorum, que pena devenire debeat in parte, que observaverit predicta, ita quod dominus Dux et Commune Veneciarum parti observanti dare debeant auxilium et favorem ad dictam penam excuciendam contra partem, que non observaverit predicta. Et hoc instrumentum nichilominus semper in sua permaneat firmitate, salvis eciam bannis superius comprehensis. Que quidem omnia predicta et singula Comites ipsi iuraverunt, sicut dicta sunt, inviolabiter observare et attendere, donec dictus nobilis Johannis Teupolo vicxerit et steterit et Comitatu predicto, et tantum plus quantum successores eius, qui post eum fuerint in Comitatu Absereusi, iurare voluerint observare predicta, ita quod quilibet eius successor, qui fuerit in Comitatu Abseri et Chersi, iurare debeat infra medium annum postquam ad dictum Comitatum iverit vel vicxerit, predicta omnia attendere et observare; quod si non fecerit, et infra spacium medii anni aliquod factum erit contra predicta, non teneantur illi de Vegla aliquod solvere de pena predicta mille librarum. Et insuper predicta omnia omnes homines dictarum Insularum iurare debeant omnia observare et non contravenire, et quod furtum non facient, nec tractabunt nec consiliabunt fieri. Ego Raynerius Geno Dei gratia Dux manu mea subscripsi.

(Ljubics, Monumenta spectantia historiam Slavorum Meridionalium I. köt. 93. l.)

342.

Henrik nádornak Velk helység határait szabályozó ítéletlevele.
1260.

Nos Comes Paulus Judex Curie Excellentissimi et Magnifici Principis domini Lodouici Dei gracia Illustris Regis Hungarie stb. quod Dominicus filius Michaelis de Welk iuxta continenciam litterarum Capituli Ecclesie Posonyensis euocatoriarum in octauis festi Assumpcionis Virginis Gloriose nunc proxime preteritis ad nostram personaliter accendendo presenciam contra Thomam filium Cheztwe in figura nostri Judicij egerat proponendo sub hac forma : quod cum ipse accepto homine Regio ipsiusque Capituli Ecclesie Posonyensis ad faciem prefate possessionis Welk uocate accedendo stb. eandem reambulari, metasque eiusdem erigi et renouari, ac sibi perpetuo statui facere uoluisset, predictus Thomas filius Cheztwe ipsos Regium et ipsius Capituli Posonyensis homines ab ereccione metarum ipsius possessionis Welk contradicendo prohibuisset; cuius contradiccionis et prohibicionis racionem scire a Thoma intenderet antedicto. Quo percepto idem Thomos filius Cheztwe personaliter exsurgendo quasdam litteras priuilegiales Herrici quondam Palatini et Comitis Posonyensis in festo Beati Andree Apostoli sub anno Domini M°CC° sexagesimo confectas, formam judicij Rolandi quondam Palatini explicantes nobis presentarat, in quibus uideramus contineri, quod cum Synch, Zala, Poch, Rendue, Mortunus et Moch a parte una, et Petrus ac tres filij sui, scilicet Peturke et Iwanka (a harmadiknak neve hiányzik), Johannes et duo fratres eiusdem, scilicet Maguyna et Michael citati per eosdem ab altera coram eodem Herrico Palatino fuissent constituti, idem Synch et cognati sui prefati taliter proposuissent contra illos, quod coram Rolando Palatino mouissent questionem super duabus partibus terre Welk contra ipsos, super quibus prefatus Palatinus duellum judicasset inter eos, et quod in area duelli pu-

gile ipsius Petri et cognatorum suorum succumbente, ipsas duas partes terre legitime optinuissent et iustificassent, et tunc habuissent eas in plenaria potestate sua acceptas ab una parte cum redditibus trium molendinorum sitorum super aqua Homorow, sed nundum (igy) litteras confirmatorias a Rolando Palatino super eisdem accepissent et inpetrassent, eo quod Rolandus Palatinus medio tompore ad aliam fuisset dignitatem transmutatus; et super omnibus hys litteras Rolandi Palatini memoriales quamplurimas eidem Herrico Palatino presentassent, in quibus inuenisset totum processum cause sic esse, sicut Synch et cognati sui prefati asseruissent; ad quod Petrus ac filij et fratres eius respondentes assercioni illorum et litteris Rolandi Palatini in nullo contradixissent, pocius autem verbis illorum assensum prebuissent et fauorem, totum hoc sic esse actum affirmantes; ipse siquidem Herricus Palatinus auditis parcium assercionibus, prout ordo juris postulasset, quod a Rolando Palatino remansisset non difinitum, id efficere cum redditibus illorum trium molendinorum sepedictis Syncio, Zale, Pothoni, Rendue, Mortunus, et Mochoni assignasset et reliquisset in perpetuum possidendas. Et sicut utraque pars pari uoto retulisset, eedem due partes terre a tercia parte terre, que eisdem Petro et cognatis suis remansisset, sic distingerentur : Prima enim meta inciperetur apud Assuan retro uillam Synci, ubi essent tres mete; dehinc autem iret superius versus siluam, vbi essent due mete retro villam; dehinc autem transiret fluuium, vbi eciam essent due mete; deinde autem iret ad nasum insule, vbi similiter essent due mete; deinde enim iret, ad vltra in alia insula eciam essent due mete; deinde autem transiret vnum fluuium, vbi essent due mete; dehinc autem iret ad metas terre Eburhardi, et ibi terminaretur. Preterea esset quedam particula terre recisa ex eadem terra Welk, circa quindecim jugera terre, quam Petrus et cognati sui prefati eisdem Syncio et cognatis suis ad ipsas duas partes terre Welk reliquissent stb. Datum Bude duodecimo die octauarum festi Sancti Martini confessoris anno Domini M°CCC°XL° sexto.

(**Eredetie bőrhártyán, a budai kir. kamarai levéltárban.**)

343.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Gardun Gordunnak fia Bezenche birtokot Fülöp zágrábi püspöknek eladta. 1260.

(Tkalcsics, Monum. historica Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 125. l.)

344.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Gordunnak fiai Gay birtokot Fülöp zágrábi püspöknek eladták. 1260.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 125. l.)

345.

A chaszmai káptalannak bizonyságlevele, hogy Berenek fiai Obrys birtokot Fülöp zágrábi püspöknek eladták. 1260.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 126. l.)

346.

István ifjabb királynak Dumuszló földet tárgyazó adománya Kompolt comes számára. 1260. körül.

Nos St. Dei gracia iunior Rex Hungarie, Dux Transsiluanus et Dominus Cumanorum memorie commendantes significamus : quod terram Dumuzlo uocatam in Comitatu Noui Castri existentem, in qua quinque mansiones de populis nostris, qui drawe uulgo dicuntur, resident, sicut dicitur, fideli nostro Comiti Compolt pro meritis seruiciorum suorum contulimus perpetuo possidendam. Datum in Warkun in festo Sancti Bartolomei Apostoli.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsétnek töredéke megvan ; a budai kir. kamarai levéltárban.)

347.

Loránt nádor itéletlevele, mely szerint Péter Urkundnak fia Ozl bán özvegyének 12 girával tartozik. 1249—1261.

(Ifj. Kubinyi Ferencz, Árpádkori Oklevelek I. köt. 38. l.)

348.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy Béla király rendelete szerint Péter comesnek megengedtetett, mikép Csák mester irányábani tartozását Bolgárországból való visszatértéig elhalasztassék. 1248—1261.

(Ifj. Kubinyi Ferencz, Árpádkori Oklevelek I. köt. 38. l.)

349.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy a király rendelete foganatosíttatott. 1249—1261.

(Ifj. Kubinyi Ferencz, Árpádkori Oklevelek I. köt. 39. l.)

350.

IV. Béla királynak privilegiuma a lipcsei vendégek számára. 1261.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus tam presentibus, quam futuris, presentes litteras nostras inspec-

turis salutem in omnium saluatore. Regie conuenit Celsitudini suorum moderari seruicia subiectorum, ut distinctis eorum officijs expedicius valeant deseruire. Proinde ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire; quod nos congressione populorum nostrorum de Liptoua, recepta grauamina eorundem ex pietate Regia relaxare volentes, talem eis libertatem dare duximus, et demandamus: Quod cum nos Zolum veniemus singule triginta mansiones debent ad culinam nostram dare unum porcum senem, et quelibet mansio duas galinas, et quatuor oua. Item quelibet mansio pro censu annuali soluet duodecim denarios nouos, quorum solucionem facere et complere debent usque festum Sancti Georgij omni anno; que si usque diem festum hunc non soluerit, extunc soluet duo pondera denariorum cum statera. Item singule quadraginta mansiones debent dare Comiti pro ipsis constituto, quolibet anno in festo Sancti Martini unum porcum senem non macerum, sed bonum, captum inter porcos; et quelibet mansio unum panem, et de quolibet aratro unum cubulum de auena, cum cubulo in provincia percurrente. Item singule quadraginta mansiones debent tenere equum exercitualem; et circa festum Sancti Martini Episcopi quartum equum, omnium ipsorum equorum exercitualium non evectum, sed mediocrem, debent dare Comiti suo pro tempore constituto; et tribus equis, cum nos in Zolum veniemus, nobis servire tenebuntur; nec eciam Comes ipsorum eos longius, quam ad Zolum ad nos, vel alias in legacione mittere potest, et nec ad mittendum equum recipere poterit ab eisdem cum ea racione, quod quartus equus exercitualium equorum ei datur, ut super ipso nostra et sua negocia exequatur. Item super facto mardurinarum ac aprologinarum recurretur ad priuilegium populorum de Thwroch, ut si ipsi populi de Thwroch pelles mardurinas et aprologinares, seu censum pro eisdem soluere consueverunt, eadem consuetudo observabitur inter ipsos. Item omnes populi et singuli super domo, castro, vel opere Regio omni anno uno die, quando Comes jusserit, debent operari. Item dicti populi nostri debent nobis in Zolum deseruire, prout nostre placuerit voluntati, uel prout eis per litteras nostras dabimus in mandatis. Item ceruos, apros, damas venari non possint in syluis et locis a nobis

inferius deputatis, perdices autem capere in nullo loco presumpment. Item prohibemus eos piscari in fluuiis Waagh, Lypeche, Reuucze, Tepla, et Beztrencze, qui pro nobis debent custodiri; in alijs autem aquis liberam eis dedimus piscandi potestatem, in Waagh eciam piscari possunt cum tali instrumento, quod wlgariter vaall dicitur, quod uno pede videlicet duci potest. Item capreollos, et lepores libere possunt venari. Item si quis ipsorum sine heredibus decesserit, omnia bona sua, si fratrem habuerit, fratri suo devolventur, hoc observato, quod Comes recipiet ex linis (?) suis unam rem, quam velit; si vero fratrem non habuerit, et filiam habuerit, Comes similiter unam rem recipiet, quam de rebus suis duxerit eligendam, alie vero res ipsius remanebunt filie et uxori; si vero nec filiam, et nec fratrem habuerit, ex tunc due partes rerum suarum cedent Comiti, tercia parte uxori ipsius defuncti remanente. Item Officialis Comitis in loco fori, et non in villa iudicabit inter ipsos. Item agnos decimales, et mel, ac alias minutas decimas dare non tenentur. Villicus autem, et preco, qui bachen dicitur, ac ille miles, qui in suo ere equum exercitualem tenet, nullum censum soluere tenebuntur. Item pastor boum seu aliorum animalium, de quibus villa predictos duodecim denarios, quos racione census alii populi dant, soluere non tenetur. Item in minoribus causis racione judicii Comes debet recipere duo pondera, et non ultra; actor vero consequetur id, quod de consuetudine eorum hactenus consueuit. Item de judicio ville in minoribus causis, pro quo prius decem pense denariorum soluebantur, misericordiam fecimus cum eisdem, ut de cetero racione judicii Comiti fraterne soluere teneantur. Item in majoribus causis homicidii, furti, latrocinij, falsarij, incendii, mutillacionis membrorum, et sagittarios (?) eorum consueto in Regno judicio subjacebunt. Item racione purgacionis in juramento duos denarios sacerdoti, et duodecim denarios pro tempore constituto Comiti uel Officiali suo dare debent de communi quandocunque juraverint homines super una causa. Item Comes seu Officialis ipsorum, ad litigandum, seu agendum inuicem eos compellere non poterit, nec pro crimine minus evidenti. Item Curialis Comes ipsorum Vicarium substituere non poterit ad judicandum, nec condemnandum, donec vide-

licet causaliter, vel alias ad nos fuerit profectus. Item in Turdosina de panno integro, de sale, et de plumbo, et non de aliis rebus, quod debuissent soluere tributum; eis duximus misericorditer indulgendum, ut de sarcina unius equi soluere debeant tres nouos denarios et sex stateres,et non de aliis rebus, sed de rebus supra dictis. Item permisimus eos venari omne genus ferarum, cum omnibus laqueis et ingeniis, in siluis a fluuio Prosek, usque Scepus, et similiter in Dujanech usque Polonian modo supradicto. Item inter Lippam, et Berchun posita sunt signa per Comites, usque quem locum venari permittuntur. Item provinciales constituent unum hominem, quem volent, et Comes alium, qui omnia debita eorum exiget, et Comiti statuet, in terminis constitutis. Item cum currum feni de qualibet mansione omni anno Comiti dare debuerint, relaxauimus eisdem, ut non de qualibet mansione, sed de quolibet aratro cum auena superius nominata, usque festum Sancti Martini dare debeant, apud curiam comitalem. Item liberam eis dedimus facultatem vendendi equos suos quibuscunque voluerint, preterquam ad Theutoniam et Bohemiam. Ceterum concessimus eis, quicunque ex eisdem populis nostris jobagionem, seu sedlerium, de Polonia, vel de alijs terris ad se duxerint, nec ipse racione sui sedlerij, nec jobagio, nobis vel Comiti suo seruire, vel debitum soluere teneatur. In cuius rei perpetuam firmitatem presentes litteras dare fecimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, idibus Augusti, Regni autem nostri anno vicesimo sexto.

(Néhai Rajcsányi Ádám kézirati gyűjteményéből. Gyanus.)

351.

IV. Béla királynak Thena helység birtokrészét tárgyazó adománya a Szent Mária szigetén fekvő apáczazárda számára. 1261.

Bela Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus tam presentibus quam futuris presentes inspecturis salutem in omnium saluatore. Ut Ecclesiarum utilitatibus Regia prouideat Celsitudo, pietas suadet, racio postulat, jus requirit; cum in hoc saluti anime diligencius consulatur. Proinde ad uniuersorum noticiam volumus peruenire; quod nos, qui ex officio suscepti regiminis utilitatibus Ecclesiarum inuigilare tenemur, Monasterio Sancte Marie de Insula per nos ex nouo fundato, in quo quidem carissime filie nostre et sorores uite commendabilis Deo deuote iugiter famulantur; ut idem Monasterium in aliqua parte pro sustentacione earundem sororum reditibus valeat ampliari, prouidere cupientes, tres partes cuiusdam terre nostre ad Castrum Zulgageuriense partinentis nomine Thena, existentis in Chyllokuz, quarum vnam relicta cuiusdam castrensis nomine Ilemer, secundam Dyonisius et Itemerius, soluentes Comiti seu Castro quinque pondera, et terciam Jonas filius Egud cum suis fratribus, ac Welprith, Mortun, Demeter et Ipolt inhabitabant, non obstante eo, quod idem Jonas cum fratribus suis supradictis iobagionem Castri se diceret, cum non esset; exceptis duabus particulis eiusdem terre, quarum vnam Wyluinus Comes Camere nostre, et aliam tawarnici nostri, preter tres partes memoratas optinere dinoscuntur, de plenitudine nostre gracie, cum piscatura et feneto, ac omnibus alijs utilitatibus et pertinencijs suis, predicto Monasterio Sancte Marie de Insula perpetuo duximus conferendas. Ut igitur hec nostra donacio robur perpetue firmitatis optineat, nec possit processu temporum in irritum aliquatenus reuocari, presentes dedimus litteras dupplicis sigilli nostri

munimine roboratas. Datum per manus dilecti et fidelis nostri Magistri Pauli Electi Albensis aule nostre ViceCancellarij anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, Regni autem nostri anno vicesimo sexto.

(Eredetie bőrhártyán, a zöld-sárga selyemzsinóron függő pecsétnek töredéke megvan; a budai kir. kamarai levéltárban.)

352.

IV. Béla király Tamás mestert nevezi ki liptói főispánnak. 1261.

Bela Dei gracia Rex Hungarie omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in Domino. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Magister Thomas janitor noster ab etate opera et indole sue juuentutis cum feruore sue fidelitatis et animi sui desiderio, ea nobis in magnis, et arduis Regni nostri negociis impendit seruicia, que nostre voluntati perplurimum placuerunt, et nostro Regno admodum fuerunt fructuosa. Quibus consideratis volentes eundem ad majorem dignitatem evehere, primum honorem Comitis Provincie nostre de Liptou eidem contulimus, cum illa potestatis facultate, ut in castro nostro Liptouwar, mansionem suam tamdiu habere possit, donec sibi in terra sua Likova propriam arcem exstruxerit. Datum in Zolum anno millesimo ducentesimo sexagesimo primo. Regni autem nostri anno vicesimo sexto.

(Néhai Rajcsányi Ádám kézirati gyűjteményéből.)

353.

István ifjabb királynak bizonyságlevele, hogy Gábor mester és Rafael a közöttük fennforgott peres ügyben kiegyezkedtek. 1261.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. kötet. Pest, 1871. 11. lap. Véghelyi Dezső közleménye.)

354.

István ifjabb király megerősíti IV. Béla királynak Chon földet tárgyazó adományát a Scynnai vendégek számára. 1261.

Stephanus Dei gracia Rex primogenitus illustris Regis Vngarie Dux Transiluanus omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod fideles hospites nostri de Scynna ad nostram accedentes presenciam a nobis humiliter pecierunt, ut priuilegium a domino Rege, karissimo patre nosrro eis super collacione terre ipsorum concessum nostro dignaremur priuilegio confirmare. Nos siquidem iustis precibus eorundem fauorabiliter annuentes tenorem dicti priuilegij de uerbo ad uerbum rescribi facientes, hiis duximus annotandum. Qui talis est:

Bela D. gr. Hungarie stb Rex stb. (következik IV. Béla királynak 1255-ki adománya, mint fentebb 286. sz. a.)

Nos siquidem, vt iidem hospites nostri facilius et securius congregentur, et congregati commodius commorentur, tenorem prefati priuilegij per singula approbantes presentis

nostri priuilegii patrocinio communimus, et pariter confirmamus. Ut autem hec a domino Rege karissimo patre nostro et a nobis concessa donacio perpetuo perseueret, nec unquam per quempiam in irritum valeat reuocari, ad ipsorum supplicacionem litteras nostras dedimus dupplicis sigilli nostri inpressione communitas. Datum per manus Magistri Benedicti Prepositi Scybiniensis aule nostre ViceCancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről István ifjabb király pecsétjének töredéke függ; a budai kir. kamarai levéltárban.)

355.

A velenczei kormánynak Vegla szigetet tárgyazó ismételt adománya a Frangepán család számára. 1261.

In Dei nomine amen. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo sexagesimo primo, indictione tercia, mensis Aprilis. Decet cuiuslibet dominantis arbitrium amplecti liberaliter petitiones rationabiles devotorum, ipsas precipue ad exauditionis gratiam admittendo, que non minus regnantium laudes quam et eorum commoda et honores respicere dignoscuntur. Hinc est, quod nos Rainerius Geno Dei gratia Venetiarum, Dalmacie atque Croacie Dux, Dominus Quarte Partis et Dimidie tocius Imperii Romanie, cum nostris Judicibus et Sapientibus nostris de Maiori Consilio ac collaudacione populi in publica concione, attendentes fidem puram et rectam devocionem, quam egregii viri Johannes, Guido et Henricus olim Comites Vegle, ac ipsorum predecessores ad nos et predecessores nostros ac Commune Veneciarum actenus habuerunt, ipsorum Comitum meritis respiciendo et benevolenciam, quam erga ipsos nobiles nostri

predecessores habuerunt, in eorum heredes disponentes ostendere operis per effectum, concedimus et confirmamus viris nobilibus Schinelle, nato condam nobilis viri Bartholomei Comitis Vegle, ac eius filiis Petro, Schinelle ac Bartholomeo, et Frederico, Bartholomeo ct Guidoni filiis condam Comitis Guidonis de Vegla, et eorum heredibus masculis im perpetuum ita, quod unus alteri succedat universum Comitatum Vegle et Insulam de Previcti cum omnibus redditibus, iuribus, rationibus, honorificenciis, collectis et regaliis suis ad eundem Comitatum et Insulas spectantibus, ut ea omnia de cetero habeant, teneant et possideant sine aliqua contrarietate, sicut ipsi Comites et eorum predecessores per tempus preteritum actenus habuerunt et tenuerunt; habendo, sicut dictum est, dictus Comes Schinella et filii, et eorum heredes, medietatem tocius dicti Comitatus; et predicti Fredericus, Bartholomeus et Guido ac eorum heredes aliam medietatem. Propter que omnia dictum Comitatum regere et gubernare debent secundum bonas et antiquas consuetudines in ipso Comitatu obtentas, homines et personas ipsius Comitatus in iure eodem modo et iusticia conservantes secundum bonas et antiquas consuetudines ipsius Comitatus, ac Comitatum ipsum conservare, manutenere ac deffensare bona fide ad nostrum nostrique Communis Veneciarum honorem ac statum ipsius Comitatus ab omnibus videlicet hominibus ac omni gente sine nostro et nostrorum successorum auxilio ac Communis Veneciarum, excepta persona coronata et ipsius exercitu manifesto. Nuncios autem nostros et Communis Veneciarum, ac galeas et ligna currenticia, que illuc per tempora adire contingerit, debent recipere honorifice et tractare benigne. Inimicos vero Communis Veneciarum ut inimicos reputabunt, amicos autem pro amicis habebunt et dilectione mutua habebunt. Et non facient cum ullo cursario compagniam, vel societatem cum aliquibus ex eis contrahent, qui disrobationem piraticam exercentes homines offenderent vel offendere niterentur, sive aliquos undecumque sint venientes Venecias et de Veneciis redeuntes. Et est sciendum, quod pro dicta concessione ipsius Comitatus solvi et dari debent Communi Veneciarum omni anno in festo Beati Michaelis libras nongentas Venecialium parvorum, de quibus libris nongentis medietatem

solvere et dare debent Comes Schinella et eius filii predicti et eorum heredes, quibus concessa est medietas dicti Comitatus, et aliam medietatem dicti Fredericus, Bartholomeus et Guido, et eorum heredes solvere et dare debent, de quibus habere debemus nos Dux pro salario nobis concesso libras septingentas, et libras ducentas habere debet nobilis vir Laurencius Teupolo donec vicxerit, et eo decedente in Commune Veneciarum dicte libre ducente devenire debent. Preterea quandocumque pro Communi Veneciarum armabuntur galee triginta vel a triginta superius, armari debeat una per homines ipsius Comitatus eorum expensis, et si Magnitudo Veneciarum ibit per partitionem in ipso exercitu, quod unus ex Comitibus de Domo Vegle ire debet in ipso exercitu in ipsa galea, et stare in ipso exercitu eorum Comitum sumptibus donec alii nobiles de Veneciis permanebunt. Item infra decem annos venturos debent et tenentur dicti Comites, tam Comes Schinella et sui heredes, quam dicti Fredericus et Bartholomeus et Guido, ponere in Veneciis in possessionibus librarum decem milia Venecialium parvorum, ponendo videlicet a quatuor annis proxime venturis in antea quolibet anno tantum quantum devenerit cuilibet parti per ratam in deposito in Veneciis annuatim pro ipsis possessionibus comparandis, de quibus medietatem ponere debent dictus Comes Schinella et eius heredes ad faciendum ex eis libere pro anima et corpore quicquid voluerint ordinare. Item quandocumque nobis et nostris successoribus et Communi Veneciarum necesse fuerit habere gentem pro Communi Veneciarum, teneantur dicti Comites dum vicxerint equaliter per sacramentum dare operam, quod in Insula Vegle et Comitatu ac aliis terris circumstantibus inveniantur ad soldum Communis Veneciarum usque centum vel ducenti homines pro tali soldo, qualis dabitur in Veneciis. Et quandocumque frumentum valebit in Veneciis a triginta soldis superius pro stario, dabunt operam bona fide dicti Comites dum vicxerint equaliter, quod de Comitatu predicto et aliis terris circum adiacentibus in maiori quantitate qua poterunt ad vendendum Venecias conducatur. Et est sciendum, quod decedentibus omnibus Comitibus suprascriptis et eorum heredibus masculis, ita quod nullus maschulus supervivat, idem Comitatus in nos et Commune Veneciarum

debeat libere devenire, quem regi et teneri facere debemus secundum bonas et antiquas consuetudines in ipso Comitatu optentas. Nobis quoque Duci et nostris successoribus et Communi Veneciarum tam ipsi Comites, qui nunc sunt, quam eorum heredes, qui pro tempore fuerint, intra unum annum, postquam fuerint ad etatem, fideles erunt sacramento astricti in perpetuum. Et omnia, que continentur superius, cum eorum heredibus ipsi Comites nobis suprascripto Duci et successoribus nostris et Communi Veneciarum sacramento astricti se observaturos promiserunt nisi remanserit per nos vel maiorem partem nostri Consilii, ita tamen quod non possint nec debeant esse ex dictis Comitibus nisi duo Rectores, quibus de honorificenciis Comitatus debeat responderi; et si aliquis ex dictis Comitibus terram exierit vel alia causa absens fuerit, unus ex aliis esse debeat Rector de colonello illo, de quo fuerit qui abscens; et si omnes erunt extra terram, constituant unum vel duos Rectores. Et si omnia sicut continentur superius non observabunt, pars Comitatus illius, qui contra fecerit, cum omnibus supra concessis amitatur et in alios deveniat de cui colonello fuerit observantibus ipsis, que superius dicta sunt, donec ille qui contra faciet ad nostram et Communis Veneciarum gratiam fuerit restitutus. Si vero omnes predicti Comites vel eorum heredes contra predicta fecerint, predictus Comitatus in Nos et Commune Veneciarum cum omnibus supra concessis devenire debet cum omni plenitudine rationis ad faciendum de omnibus quicquid Nostre nostrique Consilii fuerit voluntatis; quem Comitatum regi et teneri facere debemus secundum bonas et antiquas consuetudines in ipso Comitatu optentas. Et est sciendum, quod predicti Comites sunt et esse debent de Maiori Consilio Veneciarum, quum Veneciis erunt sacramento astricti. Data in nostro Ducali Palacio per manum Conradi Curie nostre Cancellarii.

Ego Rainerius Geno Dei gradia Dux m. m. s. Ego Johannes Quirinus Judex m. m. s. Ego Johannes Gradonico Judex m. m. s. Ego Gibertus Dandulo Judex m. m. s. Ego Marcus Totulo Consiliarius m. m. s. Ego Marsilius Georgius Consiliarius m. m. s. Ego Marcus Aurio Consiliarius m. m. s. Ego Thoma Maurus Consiliarius m. m. s. Ego Nicolaus

Quirinus Consiliarius m. m. s. Ego Thoma Zanne de Maiori Consilio testis. Ego Johannes Belligno de Maiori Consilio testis. Ego Leonardus Venerio de Maiori Consilio testis.

Ego Conradus Ducalis Aule Veneciarum Cancellarius hiis omnibus interfui et de mandato ipsius domini Ducis complevi et roboravi.

(Ljubics, Monum. sp. hist. Slav. Merid. I. köt. 96. l.)

356.

Roland szlavoniai bánnak itéletlevele, melylyel Blagusa földet Márton zágrábmegyei várjobbágynak oda határozza. 1261.

Rolandus Banus tocius Sclauonie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volumus pervenire: quod quidam nomine Berizlau Vulchk, Stepan, Vytku, Vulchyk filius Rese, Vulchey filius Drask, et Draguzlau, pro se et omnibus eorum proximis, reambulantes cum homine nostro quandam terram nomine Blagusa, de Martino ventroso iobagione Castri Zagrabiensis, et eundem ad nostram citantes presenciam taliter proponebant: quod ipsa esset hereditaria terra ipsorum, et idem Martinus eandem occupans, deposuisset ipsos violenter. Contra quos idem Martinus respondebat: quod ipsa terra sua esset hereditaria et fuisset ab antiquo per patrem et predecessores suos pacifice possessa et sibi relicta. Et iidem Berizlau, Vulchk et socii sui primitus nominati, requisivissent ab ipso, et iustificasset ab ipsis iudiciali sentencia mediante, exhibens ad hoc protinus litteras Alexandri quondam Vicebani et Comitis Zagrabiensis, et privilegio felicis memorie Stephani Bani inscriptas de verbo ad verbum et confirmatas, autenticasque eiusdem Stephani Bani privilegio talem seriem

continentes : quod idem Berizlau, Vulchk, Stepan, Vytk, Vulchey, et Draguzlau cum omnibus suis proximis prenominatam terram requisivissent; tandem in assignato eis termino ad produccionem testium faciendam nullam produccionem facere potuissent, nec eciam aliquam ostendere caucionem, et ideo eidem Martino cum undecim sibi consimilibus hominibus adiudicatum fuisset sacramentum, et iurasset cum eisdem, quorum iuratorum nomina in utroque privilegio continentur. Nos igitur unacum Magistro Moys Simigiensi et Worosdiensi Comite, Magistro Nicolao Judice Curie domine Regine quondam gracioso et plurimis Regni nobilibus publico iudicio assidentibus, Iwanka filio Inzlay, Hrencone, Farcasio de Zagoria, Pouorseno filio Rata, et aliis, considerantes eosdem Beryzlaum et suos cognatos prenominatos litem primitus litigatam et ex novo terminatam resumpsisse et recidivasse (?), decrevimus, eosdem manifeste calumpniatores remansisse. Et quamquam ipsos secundum constitutam vindictam calumpnie exigentibus ipsorum meritis, assatis per medium nasis iudicare debuissemus, tamen ipsis pepercimus ad instanciam petencium misericordia mediante, relinquentes ipsam terram Martino et ipsius successoribus perpetuo possidendam, ipsis Berizlauo et suis sociis prenotatis ac ipsorum proximis auctoritate presencium in futuros successores silencium perpetuum imponentes. In cuius rei robur et stabilitatem perpetuam presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas; anno Domini MCCLX. primo. Pristaldo Curie nostre Thoma filio Sanctus, et terrestri pristaldo Boseno filio Inuse existentibus.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 126. l.)

357.

Spalato város községe követeket küld IV. Béla magyar királyhoz. 1261.

In nomine Domini Jesu Christi, amen. Anno a Nativitate eiusdem 1261. indictione 4. die tertia mensis Augusti, regnante domino nostro Bela Serenissimo Rege Ungarie, temporibus domini Rogerii venerabilis Spalatensis Archiepiscopi, Micho Madii, Gregorii Grube et Petri Zaeche Judicum. Judices supradicti Micha et Gregorius cum consensu et voluntate nobilium Civitatis sive Communitatis et pro ipsa Communitate plenam contulerunt potestatem domino Thome Archidiacono et Marino Bonaiunte, quos in ambasciatores Civitatis ad dominum Regem destinabant, inveniendi denariorum sub mutuo super ipsa Communitate — — — in primo viagio eundo vel redeundo seu stando pro expensariis oportet; promittentes pro eadem Communitate, quod, quidquid per eos mutuo acceptum fuerit, ipsa Communitas integre restituet et solvet cum bonorum eiusdem Communitatis obligatione. Actum Spalati infra ambas portas, presentibus Joanne Cigaide, Creza Cazette, Duijmo Catarii, Dobre Dussize testibus etc. et aliis. Ego Thomas Dussizze examinator manum meam misi. Ego Magister Franciscus Imperiali Auctoritate Notarius et nunc Communis Spalati Juratus hiis omnibus interfui ex mandato ac voluntate Judicum predictorum, testium et plurium aliorum nobilium Civitatis scripsi et roboravi etc.

(Ljubics, Monum. sp. hist. Slav. Merid. I. köt. 98. l.)

358.

A győri káptalannak bizonyságlevele az Ekli Endre comes fiai közt történt birtokosztályról. 1261.

Capitulum Ecclesie Jauriensis vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Vniuersitati vestre tenore presencium declaramus, quod nobiles viri filij Comitis Andree de Ekl, videlicet Sthene et Stephanus pro se et pro alijs fratribus suis, in nostra personaliter constituti presencia de omnibus possessionibus suis tam hereditarijs, quam empticijs, quas in Ekl et in Sakalus in terris cultis et incultis, pratis, piscinis, in seruis, ancillis et libertinis possident, Comite Nicolao de Wygman homine domini Regis, et testimonio Capituli Strigoniensis mediantibus inter se diuisionem dixerunt ordinasse tali modo : quod in villa Ekl omnes terras cultas diuisissent in quinque partes, quarum due partes cessissent in partem Stene et Magistri Gregorij fratris sui, residue vero tres partes Stephano, Benedicto et Oltumano remansissent possidende. Item quedam particula terre metis distincta ex parte terre Stene cessisset eisdem Stene et Gregorio. Item quandam terram inter Sek taliter dixerunt diuisisse, quod pars illa que contignatur ponti lapideo cessisset Sthene et Gregorio, residua vero pars, que jacet a parte meridionali, cessit Stephano cum fratribus suis suprascriptis. Item in terra Sakalus duas partes ecclesie propinquas seu contignas dixerunt cessisse Stene cum fratre suo nominato, tres vero partes eiusdem terre a parte septemtrionali in sortes Stephani et fratrum suorum fuissent deuolute. Adiecerunt eciam, quod terra culta vltra Sakalus existens, due partes eidem Sakalus contigne cessissent in partem Sthene et Gregorij, residue vero tres partes a parte silue remansissent Stephano, Benedicto et Oltumano. Item proposuerunt, quod in stagno de Sakalus vna piscatura, que wlgariter *weyzhel* nuncupatur in loco molendini pariter cum eodem loco, et alia

piscatura subsequens in eodem stagno cessissent in porcionem Stene et Gregorij, residue vero piscature in eodem stagno remansissent Stephano cum fratribus suis. Item piscatura Achaga nuncupata remansisset Stene cum fratre suo. De stagno vero quod Selmekus vocatur, taliter dixerunt ordinasse, quod communi piscacioni subiacebit; ita tamen, quod due partes prouentus eiusdem stagni Stene et Gregorio cedunt, residue vero tres partes Stephano et fratribus suis remanebunt. Item in stagno Labuan vocato piscatura vna, videlicet *weyzhel* iacens a parte occidentali, cessisset Stephano et fratribus suis, alia vero piscatura a parte orientali cessisset in partem Stene et fratris sui. Item piscatura nomine Wyzessew cum lapa et cum piscatura Sublug nomine et durusta, que iacet sub durusta Magistri Athyan, item sub Dudrag, Adam vezy, Borsatw et Ernemlyz cesserunt, in partem Stene et fratris sui; residue vero piscature, videlicet Tauznezy, Kukenus, Allozeg, Sebesnezy, Zygnedd, Toutw, Arukch, Buruch, Dudvag, Felliz, Alexandri, Megeliz, Feldurusta, Durusta, Athyani Magistri, omnes iste piscature cesserunt in partem Stephani et fratrum suorum. Item Fellelez cessit eidem Stephano et fratribus suis; Inferior vero Lelez cessit in partem Stene et Gregorij. Item idem Stene Stephano, Benedicto et Oltumano fratribus suis statuit hos seruos : Buhtus filium Mesha, duas ancillas videlicet Chup et Moguya in concambium duorum seruorum Boch et Benedic nuncupatorum, quos idem Stene sibi et fratri suo reseruauit. Item statuit libertinos eisdem Stephano et fratribus suis Mogh et filium eiusdem, Simonem et Gregorium fratrem eiusdem, filios Penthuk, Scerdam, Thomam filios Kese, item Bugus cum tribus filijs suis, videlicet Petro, Paulo et Stephano; item Marcus et Pousa. E conuerso vero idem Stephanus Stene et Gregorio fratribus suis statuit duos seruos, Buch videlicet et Benedictum prenominatos; item hos libertinos statuit eisdem : Thekws cum filio suo Dominico, Thukem cum filio suo Jouanka, Scentus cum filio suo Theodoro nuncupato. Vt igitur huius diuisionis series in omnibus supradictis robur perpetue firmitatis optineat, presentes litteras tripartitas ad peticionem vtriusque partis inclinati concessimus Stene et Stephano ac eorundem fratribus iam pluries nominatis. Anno Domini millesimo ducentesimo LX° primo.

Stephane Preposito, Ickone Cantore, Hectore Custode existentibus.

(A pannonhalmi konvent átirata 1394. »in festo B. Galli confessoris« Chene filius Georgii et Jonathan filius Blasij de Ekl« kérésére; foglaltatik Báthory István országbírónak 1481. átiratában »Lecta cum tenoribus per Gerezy«; a budai kir. kamarai levéltárban.)

359.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy Vadasi Jakab Vichában lévő birtokrészét eladta rokonának Banko, Kovch fiának. 1261.

Capitulum Ecclesie Geuriensis omnibus Christi fidelibus presencium inspectoribus salutem in Domino. Nouerit Vniuersitas Uestra, quod Petrus, Stephanus et Jacobus filij Ilerus de villa Vodos, que Viccha nuncupatur, coram nobis constituti confessi sunt, se uendidisse de terra ipsorum hereditaria sita in eadem villa uiginti iugera, et eciam in empticia ibidem existente decem et septem iugera terre Bankoni filio Kovch fratri ipsorum pro tribus marcis argenti plene sibi coram nobis persolutis pleno iure perpetuo possidenda; assumentes, ut quicunque eumdem Bankonem vel filios suos pro ipsa terra inpeterent, ipsi Petrus, Stephanus et Jacobus eos deffendere et expedire tenebuntur proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam perpetuam ad peticionem parcium presentes dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas, anno Domini M°CC°LX° primo in octauis Natiuitatis Beati Johannis — — — Chepano Preposito, Jurkone Cantore, Hectore Custode existentibus.

A B C D

Hátul: Littera Bankonis de Wiccha.

(Eredetie bőrhártyán, melynek pecsétje elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

360.

IV. Béla királynak Megeriza helységet tárgyazó adománya Gergely, Grobesza fia számára. 1262.

(Tkalcsis, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 127. l.)

361.

István ifjabb király megerősíti IV. Bélának több helységet tárgyazó itéletét Zaah nemzetségbeli Job pécsi püspök és testvére Péter, s Lukács és testvérei közt. 1262.

Stephanus Dei gracia junior Rex Hungarie, Dux Transiluanus, Dominus Cumanorum, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Quoniam cordi nobis est, finem litibus inponere, ne inmortales existant, et a laboribus et expensis nostros subditos releuare; ideo ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum tenore presencium uolumus peruenire, quod totum processum cause seu litis coram carissimo patre nostro et domino B. illustri Rege Hungarie habite et diucius ventillate super terra Sueta, Prelaz et Lyponuk inter venerabilem patrem Job. Episcopum Quinqueecclesiensem, et Petrum Comitem filium Elye Comitis, dilectos et fideles nostros ex vna parte, et Lucach filium Phylipi et fratres suos, nec non et filios Detrici Comitis, et ipsum Detricum Comitem ex altera, rectum, iustum et rite habitum per omnia reputantes, sentenciam eiusdem karissimi patris nostri super terra Sueta, Prelaz et Lyponuk latam pro domino Episcopo et Petro Comite iam prefa-

tis, et publice promulgatam, ratam, firmam, equam et dignam, tamquam ab ore nostro proprio prolatam habuimus et habemus, et priuilegium eiusdem patris nostri processum dicte cause et seriem tocius negocij et sentenciam latam continens, ex certa sciencia et mandato dicti patris nostri confectum, dupplicisque sigilli sui munimine roboratum, validum, firmum et inuiolabile fore judicauimus, habuimus et habemus, atque statuimus perempniter in suo robore duraturum, Lucach et fratribus eiusdem, et filijs Detricy, et ipsi Detrico Comiti supradictis super terra Sueta, Perlaz et Lyponuk iam prefata perpetuum silencium inponendo. Item processum negocij siue litis super terra Rososna et Sumkuth coram eodem karissimo patre nostro diucius ventillate et habite inter venerabilem patrem Episcopum Quinqueeclesiensem et Zaah Comitem fratrem eiusdem de genere Zaah ex vna parte, et Detricum Comitem filium Mathei ex altera, rectum, iustum et rite habitum per omnia reputantes, sentenciam eiusdem karissimi patris nostri super prefatis latam pro domino Episcopo et Zaah Comite fratre eiusdem iam prefatis et publice promulgatam, ratam, firmam, equam et dignam, tanquam ab ore nostro proprio prolatam habuimus et habemus, et priuilegium eiusdem karissimi patris nostri, processum dicte cause, et seriem tocius negocij, et sentenciam latam continens, ex certa sciencia et mandato dicti patris nostri confectum, dupplicisque sui munimine roboratum, validum, firmum et inuiolabile fore iudicauimus, habuimus et habemus, atque statuimus in euum robore duraturum; Detrico iam dicto super ipsa terra Rososna et Sumkuth perpetuum silencium inponendo. In cuius rei testimonium et eternam memoriam ad iustam et dignam peticionem dicti venerabilis patris et Petri Comitis presens priuilegium dedimus inpressione nostri sigilli dupplicis consignatum. Datum per manus Magistri Benedicti Prepositi Orodiensis aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° ducentesimo sexagesimo secundo.

(Robert Károly királynak 1334-ki átiratából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

362.

István ifjabb királynak Makramal földet tárgyazó adománya Hugka és fiai számára. 1262.

Stephanus Dei gracia Rex primogenitus Illustris Regis Hungarorum Dux Transsiluanus omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis auctore. Circumspeccio Regum prouida sibi fideliter famulantibus sic debet donatiuis occurrere uel respondere, ut alii eorum exemplo inuitati ad fidelitatis opera et ad seruicia facienda reddantur merito pronciores. Hinc est igitur, quod ad uniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie uolumus peruenire: Quod cum Hugka una cum filiis suis Gregorio uidelicet, Mycula, Mykou, Nycolao et Elereus nobis grata seruicia pariter et accepta quam pluries exibuisset liberaliter et libenter, propter que a conspectu Regio merito fuerant remunerandi; nos in recompensacionem seruiciorum dicti Hugka ac filiorum eiusdem quandam terram Macramal uocatam, sitam in Comitatu de Potok, de plenitudine nostre gracie ipsi Hugka et filiis suis supradictis, et per eos eorum heredibus heredumue successoribus duximus perennaliter conferendam. In cuius terre possessionem corporalem ipsos per Symonem Comitem de Potok fidelem nostrum fecimus introduci. Ipsius eciam terre mete, prout idem Symon Comes nobis in suis litteris intimauit, hoc ordine distinguntur: Incipit enim prima meta ab aquilone super quodam riuulo Sebur uocato, ubi est meta; inde descendit ad partem orientalem ad capud (igy) cuiusdam riuuli Kuach uocati, ubi est meta terrea super arborem ilicis; abinde per medium meatus eiusdem riuuli descendit ad partem orientalem, ubi idem riuulus cadit in alium fluuium Potok uocatum a parte Bodowan, iuxta quem est meta sub arbore ilicis; deinde tendit iuxta uineas ad montem Macra, ubi est meta terrea; abinc uersus meridiem in uia, que uadit iuxta uineas ubi est una

meta terrea; dehinc uersus partem meridionalem, ubi transit montem Macra, et ibi sunt due mete terree sub arbore ilicis; deinde descendit in fluuium Kutel, iuxta quem est meta terrea; deinde transeundo dictum fluuium uenit ad uineas populorum uille Gueztin, in quarum fine est meta terrea; abinde uersus partem occidentem ubi est meta sub monte Popol; posthinc tendit ad siluam fagi, et in eadem silua super uno monticulo sunt mete posite super duabus arboribus ilicum; dehinc uadit in pretaxatum fluuium Kutel, et per eundem fluuium eundo directe uadit uersus septemtrionem ante siluam que wlgariter Nogsum uocatur, ubi mete ipsius terre terminantur. Ut autem hec nostra donacio salua semper permaneat et illesa, nec inicorum machinacione inposterum perturbetur, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti Prepositi Scybiniensis aule nostre Vicecancellarii, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a kettős pecsét függ. Néhai tek. Tót-Pápai Zsigmond úr közleménye.)

363.

A király kiküldött bíráinak itélete Karachai Remeg fiai és Karcha Jóván fiai közt, bizonyos földbirtok tárgyában. 1262.

Nos Magister Paulus Electus Ecclesie Albensis, aule domini Regis ViceCancellarius, iudex a domino Rege deputatus; Comes Symon Vice Judex Curie domini Regis; tenore presencium significamus vniuersis, quod cum Mark et Boudou filij Jouan de villa Karacha de Comitatu Posoniensi, Langrab et Bartholomeum filios Comitis Remigij de eadem villa conuenissent coram nobis, proponendo contra ipsos, quod silua illa Arky vocata, circa quindecim iugeribus sita semper suc-

rit (igy) silua eorum hereditaria, et ab ipsis pater dictorum Langrab et Bartholomei secundo anno post discessum Tartharorum, manu vsurpauerit violenta. Ex aduerso Langrab et Bartholomeus predicti responderunt, quod illa eadem silua semper suerit patris ipsorum, Comitis Remigij videlicet, et auorum ipsorum; et quod per manus hominum silua memorata de glandibus seminando fuerit procreata. Et cum post produccionem testium super parcium assercione in octauis Sancti Nicolai duellum adiudicatum fuisset inter partes, adueniente ipso termino duelli partes comparentes ad duellum de nostra permissione in loco pugne secundum sentenciam proborum virorum in talem composicionem deuenerunt; quod ijdem Langrab et Bartholomeus dictam siluam Arky in tres partes diuidendo coram testimonio Capituli Posoniensis per pristaldum nostrum Alexandrum de genere Tech duas partes eiusdem silue relinquerent Mark et Budou supradictis; remanente tercia parte in ius Langrab et Bartholomei predictorum. Diuisa postmodum ipsa silua, prout diximus, in ius parcium modo predicto per prenominatum pristaldum sub testimonio dicti Capituli est statuta; permittente et consenciente Buzad de Karacha, prout in litteris eiusdem Capituli vidimus contineri, metis ab inuicem separando. Mete autem duas partes dicte silue in ius Mark et Budou predictorum, a tercia parte eiusdem, que predictis Langrab et Bartholomeo remanet, separantes hoc ordine distinguntur; sicut nobis Capitulum Posoniense in suis litteris remandauit : Prima meta incipit in capite silue incipiendo a parte septemtrionali, vbi sunt due mete iuxta quandam antiquam metam ; deinde procedit versus meridiem transeundo fossatum antiquum veniendo ad arborem querkum, donec veniatur ad uenam aque, que dicitur Lapsar, procedendo semper quatuordecim metis in septem locis positis versus meridiem; deinde declinat versus occidentem iuxta predictam venam aque dicte Lapsar, donec veniatur ad fundum curie Barleus filij Buzad, vbi sunt due mete; deinde vertitur versus septemtrionem ad arborem piri, que scilicet arbor piri est in medio vnius mete; deinde venitur ad antiquum fossatum, quod remanet in terra Mark et Budonis, et ibi erecte sunt due mete iuxta antiquam metam versus septemtrionem; deinde protenditur iuxta idem antiquum fossatum

iuxta quod fossatum erecte sunt due mete; deinde protenditur ad metas, que erecte in capite silue sunt, et ibi terminatur. In cuius rei testimonium et memoriam ad peticionem parcium personaliter coram nobis comparencium presentes litteras concessimus sigillo nostro roboratas. Datum in Oronos in octauis Cynerum anno Domini M°CC° sexagesimo secundo.

(Eredetie bőrhártyán, a hártyazsinegen függött pecsét elveszett; közölte tek. Dergi Somogyi Antal úr.)

364.

Benedek mester a királyné udvara bírájának több Pozséga megyei helységet tárgyazó itéletlevele. 1262.

Nos Magister Benedictus Judex Curie domine Regine Comes Castri Ferrei vniuersis quibus expedierit significamus presencium per tenorem, quod cum de uoluntate Regia, et mandato speciali Illustris Regine Vngarie venissemus in Posaga ad judicandum et restituendum terras tam a Castro quam a quolibet hereditarias et empticias, seu illas quas terras tenentes detinent occupatas indebite; et ad inspiciendum, si ijdem terras tenentes terras easdem a tempore donacionis uel institucionis clare memorie Wgrini Colocensis Archiepiscopi et deinceps possessas certis detinent metis et titulis, et inter alia terras Bylote, Belch et Petrozlo Oryauicha et Scelta uocatas certis metis et titulis congruentibus; inuenissemus fore detentas iuxta continenciam priuilegij illustris Regine, commetaneis eciam earundem terrarum non obstantibus, ipsas terras sub eodem iure, metis et titulis, prout in dicto priuilegio comprehenditur; ipsis Bilote, Belch et Petrozlo jure perpetuo reliquimus possidendas, et ad ulteriorem cautelam

presentibus confirmamus. Anno Gracie M°CC° sexagesimo secundo.

(Eredetie bőrhártyán, a vörös-sárga selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárnak Zágrábban lévő részében.)

365.

A raguzaiak és almissaiak közt bizonyos emberölés tárgyábani kibékülés. 1262.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mensis Septembris die secundo exeunte, indictione sexta, tempore Comiti Radosio in Almisio hoc actum est coram his testibus, quorum nomina inferius leguntur. Qui nos Comes Rados et Comes Jurra cum nostris propinquis et cum totam Comunitatem nostre Civitatis testificantes testificamus, venisse ad nostram presentiam nuntios Ragusienses cum literis nobili viro domino Phylipo Contarini Comiti Ragusiensis et Judicibus et toto Comunitati eiusdem Terre, qui composuerunt firmam pacem nobiscum et cum hominibus terre nostre pro homicidio in Ragusio perpetrato, videlicet duorum hominum, et tercio semivivo, in hunc modum fecerunt etc. (Statuitur, ut Ragusium solvat pro primo libras 160 denariorum parvorum Venetorum, pro secundo 150, et pro tercio 45· in die festo Sancti Michaelis, aliter duplum. Rados et parentes occisorum iuramento se obstringunt, ullam aliam satisfactionem unquam petituros pro ista re, et testificant, quod supra nominatam summam a Ragusiensibus de facto et ex toto acceperint. Ego Iupanus Petrus, Civis Almisiensis, carente Notario rogatus ab utraque parte scriptor sum et testis.

(Ljubics, Monum. spect. hist. Slav. Merid. I. köt. 99. l.)

366.

A pozsonyi káptalannak bizonyságlevele, hogy Karchai Remey és fiai Botnak fiaival bizonyos peres földekre nézve barátságosan egyezkedtek. 1262.

Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis significamus quibus expedit, quod Remygius Comes de Karacha cum filijs suis, videlicet Bartholomeo et Lamcrabio, constituti coram nobis ex una parte; Saulus et fratres sui, videlicet Mychael et Bene filij Bot ex altera; Saulus prenotatus cum fratribus suis iam prefatis dixerunt: quod cum contencio fuisset orta inter ipsos et Comitem Remygium memoratum super quadam particula hereditarie terrē ipsorum; et cum ipse Saulus Comitem Remygium et filios eiusdem in presenciam domini Regis citasset; tandem inter ipsos mediantibus probis viris comprouincialibus talis fuit facta composicio : quod idem Remygius et filij sui supradicti Saulo et fratribus suis antedictis dederunt quadraginta et unum iugera terrarum, cum pomario, fundo curie et piscina; que videlicet terra, cum pomario, fundo curie et piscina sita est iuxta ecclesiam Sancti Bartholomey in uilla que dicitur Karcha a parte orientali. Preterea Remygius et filij sui sepedicti dederunt Saulo et fratribus suis prenotatis de prato suo hereditario ad duo falcastra. Dicimus eciam, quod utraque pars obligauit se taliter coram nobis, quod de cetero super predictis rebus, terra hereditaria et seruis inter se non debeant litigare. In cuius rei testimonium presentes dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Anno Domini M°CC° sexagesimo secundo.

A B C

(Eredetie bőrhártyán, hártyazsinegen függő pecsét alatt; közölte tek. Dergi Somogyi Antal úr.)

367.

A sághi konventnek bizonyságlevele, hogy László honti főesperest és testvére Mihály Gyürkin birtokot vettek. 1262.

A B C D

Nos Joachym Prior et Conuentus de Sag Fratrum Ordinis Predicatorum significamus quibus expedit presencium per tenorem, quod constitutis in nostra presencia Magistro Ladizlao Archidiacono Huntensi et Mychaele fratre suo ex una parte, et nobilibus uiris Pousa, Achilleo et Marco ex altera; ijdem Pousa, Achilles et Marcus, presentibus et assistentibus commetaneis et uicinis consensum et assensum prebentibus, confessi sunt, se totam terram suam quam habuerunt in Gurky, cum omnibus utilitatibus suis et pertinencijs, videlicet terris arabilibus, pratis, nemoribus et fenetis, nec non areis curiarum, vendidisse predictis Magistro L. et M., ac eorum heredibus heredumque successoribus, ac eciam coram nobis uendiderunt, ac tocius terre precium Magistro L. et dicto M. fratre eius ponderantibus et numerantibus est coram nobis plenarie persolutum. Vendiderunt eciam insulam quandam, que est iuxta areas supradictorum nobilium Pouse, Achillis et Marci. Promittentes, quod si processu temporis dictam terram contingeret euinci uel per litem auferri, ijdem ipsis Magistris L. et Mych. ac eorum heredibus tenerentur defendere et tueri, ac refundere dampna et expensas, quas sepedicti Magister L. et frater eius, uel eorum heredes facerent pro defensione terre sepius memorate. Fecerunt eciam superius memorati filios suos, videlicet Pousam, Demetrium, Miconem et Dudam, consentire vendicioni supradicte; promittentes, ut nec ipsi, nec eorum heredes uel heredum successores contra uendicionem uenirent pretaxatam. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas; anno Domini millesimo CC°LX° secundo.

(Knauz Nándor, Magyar Sion II. köt. 838. l.)

368.

IV. Béla királynak Garigfeu helységet tárgyazó adománya Mihály mester Simonnak fia számára. 1263.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 128. l.)

369.

IV. Béla királynak Bilye és Varó helységeket tárgyazó adománya Zemere, Gubas, Bench és Mika komáromi birtokosok számára. 1263.

Amicis suis Reuerendis Conuentui Ecclesie Zaladiensis Comes Jacobus de Scepus Judex Curie domini Lodouici D. gr. Regis Hungarie stb. Noueritis, quod Nicolaus filius Petri pro Nicolao filio Johannis filij Laurencij de Kanisa stb. contra Gyurke filium Demetrij de Ond, et Nicolaum filium Michaelis, ac Jacobum filium Bekus de Reche quasdam litteras Capituli Ecclesie Jauriensis formam possessionarie reambulacionis, contradictorieque inhibitionis et citationis exprimentes stb. nobis presentarat declarantes inter cetera, quod cum predictus Nicolaus filius Johannis acceptis Ladislao filio Mathie Regio, et Magistro Georgio Canonico ipsius Capituli Jauriensis hominibus feria quarta proxima post quindenas festi Pasche Domini proxime preteriti ad facies possessionum Belye et Varo vocatarum in Comitatu Zaladiensi apud manus suas habitarum stb. accedendo, easdem per veras suas metas et antiquas reambulando, nouas iuxta veteres erigere voluisset; ibi Briccius sacerdos in persona dicti Gyurke filij Demetrij a

parte possessionis Ond; item Johannes filius Petri jobagio Jacobi filij Bekus, et Nicolaus filius Michaelis de Reche in personis eorundem a parte possessionis Reche ab ereccione metarum predicte possessionis Varo prohibuissent stb. (az ekkép keletkezett per, többszöri elhalasztás után »in octauis diei Cinerum« tárgyaltatván) annotatus Nicolaus filius Petri pro prefato Nicolao filio Johannis stb. quasdam litteras domini Bele olim Regis Hungarie priuilegiales anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio Regni autem sui vigesimo octauo emanatas nobis presentauit, declarantes inter cetera: quod idem dominus Bela Rex terram Zemere, Gubas, Bench et Myka de Kamar ab eisdem recipiendo, hospitibus suis de Kamar fecisset assignari; ijdem autem ad eiusdem domini Bele Regis accedentes presenciam in concambium dicte terre ipsorum quandam terram Castri Zaladiensis Bilye vocatam ab eodem domino Bela Rege sibi dari peciissent. Et quia de quanitate dicte terre Bilye domino Bele Regi veritas non constitisset; ideo dilecto sibi Magistro Feliciano Custodi Albensis Ecclesie litteris suis mediantibus dedisset in mandatis, vt eandem terram Bilye et terram Varou inspiceret, et qualitatem ac quantitatem earundem postmodum sibi remandaret. Idem itaque Magister Felicianus ad easdem terras accedendo ipsas circacircum duodecim aratrorum mediante consideracione inspexisset; ipse vero dominus Bela Rex precibus eorum inclinatus dictam terram Bilye cum terra Varou in premissa quantitate prenominatis Zemere, Gubas et alijs predictis, ac eorum heredibus in concambium dicte terre ipsorum dedisset perpetuo possidendam. Mete autem earundem terrarum in eodem priuilegio seriatim continentur stb. Datum in Vyssegrad decimo die termini prenotati anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto.

(Eredetie a budai kir. kamarai levéltárban. V. ö. Fejér Cod. Dipl. VII. köt. 1. r. 322. l.)

370.

István ifjabb király Szinna, Rat, Nagy-Csepel és Radics nevü Ungvármegyei földeket tárgyazó adománya Panki Jakab comes számára. 1263.

(Ifj. Kubinyi Ferencz, Magyar Történelmi Emlékek I. köt. 41. l.)

371.

Ifj. István király megerősíti IV. Béla király engedélyét, mely szerint Nána comes Pousa comesnek fia javairól intézkedhetett. 1263.

Stephanus Dei gracia junior Rex Hungarie, Dux Transsiluanus et dominus Cumanorum vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam uolumus peruenire presencium per tenorem, quod accedens per nostram presenciam fidelis noster Comes Nana filius Comitis Pousa nobis humiliter suplicauit, quod priuilegium karissimi patris nostri domini Bele illustris Regis super disposicione possessionum suarum concessum, nostrarum dignaremur litterarum patrocinio confirmare. Cuius quidem priuilegij tenor talis est:

Bela Dei gracia Hungarie stb. Rex stb. (következik IV. Béla királynak 1257-ki okmánya, mint Fejérnél Cod. Dipl. IV. köt. 1. r. 418. l.)

Nos igitur peticiones eiusdem Comitis Nana iustas attendentes in hac parte, dictum priuilegium, sicut per eundem karissimum patrem nostrum prouide datum extitit et concessum,

auctoritate presencium duximus confirmandum dupplicis sigilli nostri munimine roborantes. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a kettős pecsét zöld-sárga selyemzsinóron függ, a budai kir. kamarai levéltárban. V. ö. Fejér Cod. Dipl. IV. köt. 3. rész 152. lap.)

372.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy János Beludnak fia Csorna nevü földéből száz húsz hold szántóföldet és harmincz kaszás rétet Herbord comesnek elzálogosított. 1263.

(Ifj. Kubinyi Ferencz, Magyar Történelmi Emlékek I. köt. 43. l.)

373.

A pozségai káptalannak bizonyságlevele, hogy Mark comes bizonyos földet eladott Chehnek. 1263.

Capitulum Ecclesie Beati Petri de Posega omnibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Noticie singulorum volumus declarare, quod constitutis coram nobis Mark Comite ex una parte, ex altera vero Cheh terram tenente domine Regine, confessus est se dictus Mark Comes coram nobis, terram suam, quam de Dras terram tenente precio comparauerat, pro eo quod ipsa terra erat contigua terre dicti Cheh, et magis ipsi Cheh precio comparari congruebat,

quam alteri alicui, supra dicto Cheh dicto Dras presente pro quinque marcis argenti integraliter ad se receptis vendidisse sub eisdem metis et terminis distinctam et circumcinctam, quibus a supra dicto Dras precio comparauerat, in perpetuum pacifice et quiete possidendam. Sed quia Cheh prememoratus sub tali estimacione, qua Mark Comes de Dras emerat, noluit precio comparare; pro maioris (igy) rei cautela hy nobiles, videlicet Thomas filius Chepani, Halen terram tenens, Georgius et Helias Vice Comites de Posaga, ad ipsam terram estimandam sunt destinati; qui postmodum inde reuertentes dictam terram pro quinque marcis argenti esse estimatam presente ibidem dicto Dras nobis retulerunt. Cuius terre prima meta a parte occidentali incipiendo est iuxta quendam potok, qui wlgariter Scorinpotok nominatur, et ibi habetur narfa pro meta; inde uero uersus orientem exit eundem potok, et transit quandam viam, ubi prope eandem viam terminatur ad metam terream; abhinc uero recte procedendo descendit ad bicfa, que arbor in siccam vallem habetur pro meta, et per eandem vallem inferius descendendo cadit in riuum Cobinnich; et transiens eundem riuum ascendit ad arborem que wlgo harastfa uocatur, sub qua est meta terrea; inde uero superius ascendendo transiens quoddam berch descendit ad gurtanfa, sub qua est meta terrea; inde uero descendens cadit ad Sciuinnecpotok ; abhinc per eundem potok superius parum ascendendo exit eundem potok, et dirigitur ad magnam bicfa, sub qua est meta terrea; dein ascendit ad reketiafa, sub qua est meta terrea; inde uero versus meridiem transit quandam viam, et prope eandem viam sub harastfa habetur meta terrea; inde uero vadit ad aliam harastfa, sub qua est meta terrea; abhinc vero descendens cadit in siccam vallem, et per eandem vallem descendit ad siluam Zaua, et eandem siluam versus occidentem recte transiens cadit in riuum Cobinnich, et per eundem riuum versus septemtrionem superius ascendendo cadens in quandam siccam vallem reflectitur versus occidentem, et per eandem vallem dirigitur ad narfa, sub qua est meta terrea; inde uero descendens in Scorinpotok antedictum reflectitur versus septemtrionem, et tenet eundem potok donec peruenit ad primam metam, que sub narfa antedicta habetur. In cuius rei memoriam et certitudi-

nem pleniorem litteras presentes nostri sigilli munimine ad instanciam dicti Mark Comitis supradicto Cheh contulimus roboratas. Actum anno gracie M°CC° sexagesimo tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét vörös-zöld-sárga selyemzsinóron függ; a budai királyi kamarai levéltárnak Zágrábban lévő részében.)

374.

A vasvári káptalannak bizonyságlevele, hogy az obadi várjobbágyok bizonyos ügyben a Haraszti nemesekkel barátságosan egyezkedtek. 1263.

Nos Capitulum Ecclesie Sancti Mychaelis Archangeli de Castro Ferreo (per) presentes litteras damus pro memoria, quod Chun, Solka, Cantus, Salomon filij eiusdem, Bach pro se et pro Arnoldo fratre suo, Bach et Mychaele, pro tota cognacione eorum, iobagionibus Castri Ferrei de Obad ex una parte; Romano, et Barraba filio eiusdem de Harazti ex altera, coram nobis constitutis quidem iobagiones Castri de Obad retulerunt super causa, quam habuerunt (contra) eosdem Romanum et Barrabam filium suum predictos, in talem titulum pacis conuenisse mediantibus Paulo filio Bartholomei, Henrico filio Hetinic de Hinan arbitris inter partes in hunc modum : quod super qua via contendebant ipse Chun et ceteri predicti — — — — — Castri de Obad pro tota cognacione sua per curiam eorundem Romani et Barrabe — — — — — — habitum in Gungus, veniendo in terram ipsorum per hostium, quod Romanus — — — — — limitis processum, eisdem Romano et filio suo per idem hostium per — — — — — ecclesiam procedendi facultate in perpetuum possidendum. Hoc adiecto, ut quascunque litteras — — — — — habuerit, contra alteram vanas et irritas retinebunt. Datum in crastino

Assumpcionis Beate Marie Virginis anno gracie M°CC°LX° tercio.

(Győri Füzetek I. köt. 209. l. Rómer Flóris közleménye.)

375.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy az Edviek rábaközt malomtelkének egy negyedrésze Rubint, Tádé fiát illeti. 1263. körül.

(Ifj. Kubinyi Ferencz, Magyar Történelmi Emlékek I. köt. 46. l.)

376.

Zozimas váradi püspök bizonyítványa Prebart comes nejének végrendeletéről. 1263.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 12. lap. Nagy Imre közleménye.)

377.

A váradi káptalan Zosimas váradi püspök bizonyítványát Prebart comes nejének végrendelrtéről átirja. 1263.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 13. l. Nagy Imre közleménye.)

378.

IV. Béla király privilegiuma a berényi vendégek számára. 1264.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crouacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Regum pertinet ad excellenciam, et dominancium conuenit dignitati, tanto amplius de maioris plebis numero gloriari, quanto ipsorum gloriam ex populi multitudine constat vberius augmentari. Hinc est, quod vniuersorum noticie tenore presencium volumus fieri manifestum, quod nos hospitibus nostris de villa Beryn, et omnibus ad eam pertinentibus, talem libertatem concessimus et statuimus : quod de singulis mansionibus tria pondera soluere teneantur annuatim. Comes vero ipsorum bona sine herede decedencium recipere non presumat. Item judici pro judicio soluere debent sexaginta denarios tantum ; nisi in causa furti vel sanguinis effusione. Item ad plaustrum Regis boues dare non tenentur ; nec in legacione aliqua debent ire, nisi pro negocijs ville eorundem, aut in legacione domini Regis ad spacium dicte vnius. Item pro decimis suis capecias soluant, prout prouenit in capecijs in

tritura. Item ultra voluntatem eorum per Comitem ad exercitum ire non cogantur : nisi in exercitu Regis sub vexillo suo, vel ex mandato eiusdem speciali. Item Villicus eorum in minutis causis ipsos judicabit, et terciam partem judiciorum sibi seruabit, et alie due partes Comiti eorum remanebunt. Item Comiti de Segusd semel in anno prandium et cenam tenentur amministrare, prout alij eiusdem condicionis amministrant. Item pro nouitate Comitis tenentur dare duos denarios de singulis mansionibus annuatim. Item semel in anno Regi munera dare tenentur; et pabulum quod uulgo dicitur vamzob ad elicium portare suo modo compellantur. Item pro purificacione sacramenti duos denarios soluere tenebuntur. Vt igitur hec nostra ordinacio perpetue firmitatis robur obtineat, nec possit in posterum per aliquos irritari, presentes litteras eisdem hospitibus concessimus duplicis sigilli nostri munimine perenniter roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo LX. quarto, quinto idus Septembris, Regni autem nostri anno XX. octauo.

(V. István királynak 1270-ki megerősítő privilegiumából, a budai kir. kamarai levéltárban. Több nevezetes hibával kiadva Fejérnél Cod. Dipl. IV. köt. 5. r. 201. l.)

379.

IV. Béla királynak kiküldött birái Lankred comes zalamegyei birtokára nézve intézkednek. 1264.

Nos Lodouicus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie stb. Rex stb. quod viri Magnifici Emericus Palatinus et Stephanus Woyuoda Transiluanus fideles nostri et dilecti personaliter iuxta continenciam litterarum Comitis Capelle nostre euocatoriarum simplicium ipsam euocacionem in Wisegrad facie ad faciem factam fore denotancium tercio die ferie se-

cunde proxime post festum Beati Luce Ewangeliste anno Domini millesimo CCC°LXX° tercio preteritum in Nostre Serenitatis conspectu comparentes, contra Nicolaum filium Hahold quasdam litteras Capituli Ecclesie Albensis stb. in nostrum eduxerant conspectum habentes, quod in personis ipsorum Palatini et Woyuode fratrumque eorum Nostre dictum fuisset Maiestati, quod Nicolaus filius Nicolai de Haholt, asserens jura sua possessionaria erga eosdem Palatinum, Woyuodam, et fratres ipsorum existere, obmissa prorsus consuetudinaria lege Regni nostri ab antiquo consueta, nec non suorum jurium, si que haberet circa easdem, execucione postergata, tacita veritate et suggesta falsitate, multipharias litteras protestacionales, inquisitorias, prohibitorias et affirmatorias, ac alias juri ipsorum possessionario derogatorias, silenter et occulte contra ipsos emanari facere procurasset, et protunc procuraret. Vnde quia nos de talibus dolosis et cautelosis gestis et iniquis processibus, ne per hoc iura regnicolarum nostrorum possessionaria in futurum periclitari contingerent, voluissemus sane inuigilare; ideo nobis committentibus idem Nicolaus filius Nicolai feria quarta proxima post dominicam Reminiscere proxime tunc preteritam per nostrum et dicti Capituli homines in possessione sua Bodon vocata cum vniuersis litteralibus suis instrumentis seu munimentis, si que in dicto jurium suorum possessionariorum, que erga ipsos Palatinum, Woyuodam, fratresque eorum esse allegarat, haberet confecta, contra eosdem ad octauas diei medij quadragesime tunc de nouo preteritas, sine crastinacione in Specialem Nostre Maiestatis Presenciam euocatus extitisset stb.; quia stb. eadem causa inter partes diuersimode ventilata presentes octauas festi Purificacionis Beate Virginis modo dilatorio attigisset; denique ipsis octauis instantibus, interimque prefato Emerico Palatino, et Stephano filio Petri de medio sublatis stb. primo prelibatus Stephanus Woyuoda tria priuilegia stb. nostro offerri curauit examini judiciario stb. Tandem prenotatus Nicolaus filius Nicolai octo priuilegia stb. simul cum alijs viginti duabus litteris stb. nostrum produxit in conspectum. Quorum quidem priuilegiorum primum stb. Tenor enim vnius dictorum priuilegiorum ipsorum P. Episcopi et R. Bani anno Domini M°CC°LX° quarto confecti per eosdem Episco-

pum et Banum de Regis mandato terram Comitis Lauchreti ad villam Zumbathel pertinentem, ne per suos vicinos et commetaneos occasione metarum impeteretur, per suas metas in eodem conscriptas distinctam extitisse; alterius vero series in Prelak tercia feria post festum Sancti Nicolai sine anno, eosdem Episcopum et Banum de Regio mandato Comiti Lanchreto in concambium terre sue, quam Rex hospitibus suis de Prelaak fecisset assignari, terram Polona quinque aratrorum Elie filij Laurencij sine herede decessi, item terram duorum aratrorum Laurencij filij Myok jobagionis Castri Zaladiensis, que ville Zumbathel a parte orientali contiguaretur, sub metis in eadem contentis statuisse enodabant stb. Datum stb. Bude vigesimo die octauarum festi Purificacionis Beate Virginis predictarum anno Domini M°CCC° septuagesimo, Regni autem sui anno tricesimo quinto.

(Eredetie a budai kir. kamarai levéltárban.)

380.

Ratiszló halicsi fejedelem és neje Anna, IV. Béla király adományának folytán Izsép fiának Miklósnak Bereg megyei Paznan földet adományozzák. 1245—1264.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 5. lap. Nagy Imre közleménye.)

381.

Mihály Sanai comes IV. Béla király meghagyásának folytán Krala föld felerészét átengedi a topuskai apátnak. 1264.

Universis has literas inspecturis, Mychael Comes de Sana subscripte veritati fidem adhibere. Noverint universi, quod nos de mandato et precepto excellentissimi domini nostri Regis Vngarie, medietatem terre de Krala cum suis pertinenciis omnibus, sicut eam Pribislaus Comes tenuit in vita sua et possedit, domino Abbati de Toplica per fratrem Desiderium monachum suum, qui cum litteris et precepto venit ad nos ex parte domini Regis, assignavimus in presencia domini Episopi Ladislai eo iure et ea libertate, qua dictus Pribislaus eam tenuit, perpetuo possidendam, et ibidem pro voluntate sua grangiam edificandam. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam dicto Abbati contulimus. Datum anno Domini MCC. sexagesimo quarto, idus Marcii in Insula. Pristaldus noster Jacobus Comes noster Curialis de Bichich.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 128. l.)

382.

Miklós kemniki comes IV. Béla király meghagyásából Leustáchot, Vid fiát, Presnicha helység birtokában statuálja. 1264.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 129. l.)

383.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy Edvi Farkas fiai Jánoha nevű földüket és a rábavizi malomtelküknek három negyedrészét Herbord comesnek elzálogosították. 1264.

(Ifj. Kubinyi Ferencz, Magyar Történelmi Emlékek I. köt. 46. l.)

384.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy a csornai és jánohai zálogbirtokok a magok idejében ki nem váltatván, Herbord comes tulajdonává váltak; valamint hogy Edvi Rubin a Rába folyón lévő malomtelek negyedrészét ugyancsak Herbord comesnek örökösen eladta. 1264.

(Ifj. Kubinyi Ferencz, Magyar Történelmi Emlékek I. köt. 47. l.)

385.

Jegyzői okmány, mely szerint Trau-ban az ottani ferenczrendi monostor számára hagyományozott telkek és egyéb dolgok eladattak. 1264.

In Dei nomine Amen. Anno eiusdem a Natiuitate millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, indictione VII. die Mercurii tertia exeunte mense Octobris. Tempore domini Columbani venerabilis Traguriensis Episcopi; incliti viri domini Rolandi Comitis et totius Sclauonie Bani; et domini Valentini de Kasariz et Luce Petri Judicum Tragurij. Premisso primitus et apposito tenore litterarum Sanctissimi Patris domini Urbani Summi Pontificus super hac venditione facienda secundum tenorem ipsarum litterarum a Nobis fratre Columbano Episcopo Traguriensi de rebus et vineis ac possessionibus infrascriptis bonorum quondam Dese Luce; quarum litterarum tenor is est:

Urbanus Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri . . . Episcopo Traguriensi salutem et Apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filij Guardianus et fratres de Ordine Minorum Tragurienses petitione monstrauerunt, quod quondam Desa Luce ciuis Traguriensis, terrena pro celestibus cupiens feliciter commutare, dictis Guardiano et fratribus, quos in necessarijs magnum considerauit sustinere defectum, terras, possessiones et omnia bona sua in ultima voluntate legauit; et quia fratres ipsius Ordinis de possessionibus se nullatenus intromittunt, nec eis licet possessiones habere, quatuor procuratores constituit, qui terras et possessiones huiusmodi procurarent, et redditus et prouentus eorum in necessitates Guardiani et fratrum conuerterent eorundem; ita quod reddituum et prouentuum predictorum residuum, si quid esset, iuxta consilium Prouincialis Ministri et aliorum fratrum ipsius Ordinis de partibus illis studerent alijs fratribus eiusdem Ordinis alibi commorantibus impertiri. Quare pro parte dicto-

rum Guardiani et fratrum humiliter pretebatur a Nobis, ut cum eis premissa terrarum et possessionum, seu redditu m et prouentuum predictorum dispositio pro ipsius Ordinis honestate non competat, et locus in quo hactenus morati sunt, pro eo precipue habitationi non congruat eorundem, quia a ciuitate Tragurij nimium est remotus, prouidere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque huiusmodi necessitati dictorum Guardiani et fratrum consulere cupientes, fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus si ita, terras et possessiones predictas de consilio et assensu predictorum procuratorum per te vel per alium auctoritate vestra vendere studeas, et de precio, quod ex eis prouenerit, aliquem locum dictis Guardiano et fratribus aptum emes sine juris preiudicio alieni, ac in ipso ecclesiam, domos et officinas construi ad opus facias eorundem. Talem super his diligentiam habiturus, quod exinde digna laudibus apud Nos tua sinceritas habeatur. Datum apud Urbem Veterem VI. idus Januarij Pontificatus nostri anno tertio.

Et viso et considerato a nobis tenore dictarum litterarum, et viso etiam tenore testamenti dicti Dese, de consensu et assensu procuratorum seu commissariorum bonorum dicti Dese ad hec presencium, et eciam de consensu fratris Rainerii Guardiani dicti loci Traguriensis dicti Ordinis Minorum ad hoc presentis; Nos frater Columbanus Episcopus dictus, auctoritate dicta a Sede Apostolica nobis data; vobis Valentino et Cebbri filijs quondam Petri Luce pro duabus partibus, et Luce Mathei Luce pro tertia parte, ementibus pro vobis vestrisque heredibus infrascriptas res, terras, vineas et possessiones mobiles et immobiles bonorum quondam dicti Dese, cum omnibus earum omnium et singularum immobilium pertinentijs, et juribus, et actionibus, et introitibus, et exitibus ipsarum rerum immobilium, et cum omni jure et actione, usu seu requisicione ex eis, vel pro eis Guardiano et fratribus dicti loci Traguriensis, vel nobis pro eis competenti et competituro, nomine dictorum Guardiani et fratrum dictorum dicti loci vendimus, largimur, damus atque tradimus ad habendum, tenendum, utendum, possidendum, vendendum, vel alteri permutandum, dandum et concedendum, aut quidquid vobis vestrisque liberis et heredibus placuerit perpetuo

faciendum. Sunt autem res et possessiones, terre et vinee iste:

Inprimis terra et vinea Vulcotta, que est quatuordecim ureten. posita supra Sanctam Martam prope terram heredum domine Marie de Cegha; item terra ad arcam, que est septem ureten. et tertium prope terram domini Stane Munnii ab occidente; et terra de Crisize, que est viginti duo ureten. et tertium prope terram Marini ab austro; item terra septem ureten. et tertium ad Crisize prope terram Ivi Valentini; et terra ad terminos, que est sedecim ureten. prope terram domine Helene Deverittìcis, que est viginti ureten. prope terram Comitis Marini; item terra ad Sanctam Mariam de Spiliano, que est decem et octo ureten. prope terram Georgii Ucegha; et terra posita ad murum, que est nouem ureten. prope viam publicam; et terra ad Reciza, que est viginti ureten. prope terram quondam domini Bersaccie; item terra que dicitur Stanize, in tribus locis, que est decem ureten., et terra que est trium ureten. posita prope Sanctam Martam; et terra ad Sabize; et terra ad Sanctum Georgium, que sunt sex ureten. inter ambas; et terra posita prope Sanctum Stephanum de Campo, que est sex ureten.; et quedam terra, que est prope Sanctum Laurentium de Campo, que est duorum ureten. et medij; item terra ad Carban, qae est septem ureten. prope terram Monasterij Sancti Johannis; et terra ad Sanctum Stephanum super Sanctum Stephanum prope terram Bastiani, que est duo ureten.; et terra de valle Sancti Danielis, que est undecim ureten. prope terram Sancte Barbare; et terra ad Sanctam Mariam de Esverize prope terram Petri Gracie, que est duo ureten.; et terra super Balenzane prope terram Sabbazoli, que est quatuor ureten.; et terra ad Kertinum prope terram quondam Nusmari, que nunc est Nuvalentini, et est quinque uretep. et tercii; et alia terra de Kertine prope terram Dabromiri Sechene, que est quatuor ureten.; et terra ad Belanzana, que est quatuor ureten. et medii prope terram Comitis Marini; et alia terra ad Belanzane prope hortum Tuiluce, que est trium ureten. et tertii; item due pecie terre, una prope ecclesiam Sancti Danielis, et alia prope terram uxoris Roschi, que sunt inter ambas octo ureten. et inter pro indiuiso de terra posita ad caput Deumeis, et aliam medieta-

tem habet dominus Romanus; item medietas pro indiuiso de terra, que est cum Comite Marino posita ad Divulie, que medietas est sex ureten.; et terra posita ad Turci, que est duo ureten. prope terram domini Marislave Thome; et medietas terra pro indiuiso posite ad Sckernipoli, que terra est cum Elia Cebbri de Kasarize, que medietas est trium ureten.; item pastinus ad Reciza, quem tenet filius Stanosii prope vineam Nicole Kalende, que est viginti ureten.; et alius pastinus, quem tenet Marintius, positus ad Lecchovin prope vineam Cerne Colocte, qui est viginti ureten.; et alius pastinus quem tenet Dragossius, positus subtus Sanctam Mariam de Spiliano prope viam publicam, et est sedecim ureten.; item vinea ad Loquize prope vineam Elie Cebbri de Kasarize, et est nouem ureten.; item vinea de monticulo prope vineam Comitis Marini, et est viginti ureten.; item domus in Tragurio prope domum uxoris Georgij de Cegha; item locus siue paratinea in Tragurio prope domum Crome; item ducento et octoginta pecudes.

Que quidem omnia precio mille et sexcentarum librarum Venetarum paruularum; quod precium totum confitentur et protestantur esse a vobis emptoribus bene et integre solutum et numeratum, et receptum atque conuersum in utilitatem Guardiani et fratrum et dicti loci, secundum tenorem dictarum litterarum domini Pape. Et in his omnibus renunciamus omni exceptioni non numerati et non soluti et non habiti precii dicti, ac non li — — — versi in utilitatem predictam, omnibusque aliis auxiliis et juribus legum et decretorum, et conditioni ex lege et sine causa et in facto, et omnibus aliis quibuscunque nobis pro ipsis Guardiano et fratribus dicti loci, et ipsis Guardiano et fratribus et loco dicto competentibus et competituris. Quas res omnes et singulas nomine virorum emptorum constituimus nos precario possidere, donec possessionem earum intraueritis corporalem, in quam intrandi licentiam et potestatem vobis omnimodam nostra auctoritate tribuimus atque damus, et eciam damus, concedimus atque cedimus vobis omne jus omnemque actionem realem et personalem, utilem vel directam dictis Guardiano et fratribus, et loco dicto, et nobis pro eis in dictis omnibus et singulis competentem vel competituram, vos omnes procuratores in rem

vestram constituendo, ut possitis adversus quemquam possidentem ex dictis rebus et possessionibus experiri, agere, petere, exigere; et omnia et singula queque facere, que necessaria et expedire videbuntur, Quam quidem venditionem, et omnia et singula suprascripta promittimus per nos nostrosque successores nomine dictorum Guardiani et fratrum et loci dicti perpetuo rata habere et obseruare, nec venire contra aliqua ratione vel occasione, nec ipsorum occasione litem aliquam vel molesiiam vobis mouere, nec alteri pro vobis, vel facere, de dictis omnibus rebus, neque de aliqua earum, vobis dictis emptoribus pro vobis vestrisque liberis et heredibus recipientibus promittendo. Et si quid plus dicto precio res dicte valent vel valere possent, vobis inter viuos et inreuocabiliter concedimus et donamus, facta subastione per Civitatem per preconem Communis de dictis bonis et possessionibus dicti Dese vendendis. Verumtamen actum est inter dictum dominum Episcopum et dictos emptores, et adiectum est huic venditioni de communi omnium emptorum voluntate coram me Notario et testibus, qui quidem dominus Episcopus, aut aliquis pro dictis Guardiano et fratribus, siue etiam ipsi Guardianus et fratres, minime teneantur, nec debeant in aliquo ipsis emptoribus dictas res et possessiones ab aliquo defendere vel discalumpniari; immo dicto emptores remiserunt ipsi domino Episcopo omne jus competens eis in dicta et pro dicta evictione seu defensione. Actum Tragurii in domo dicti Episcopi; presentibus his testibus ad hec; videlicet domino Jacobo Archidiacono, domino Gervasio Primicerio Tragurij, domino Jannicha Casiocti, domino Dujmo de Cegha, Donato Saladini, Nicola Jacobi, et Bertanno Marini.

Ego Siluester de Urso examinator manum meam mitto.

Et ego Bonaventura Petri ciuis Anconitanus, auctori tate domini Pape Notarius, et nunc Notarius Communis Tragurii, his omnibus interfui, et rogatus a dicto domino Episcopo, et a dictis Guardiano et procuratoribus scripsi et publicaui etc.

(Farlati Illyricum Sacrum IV. köt. 347. l.)

386.

IV. Béla király, Miklós mestertől, a guethi monostor védjogát elvevén, helyette Szederjes és Momad helységeket oda adományozza. 1265.

(Hazai Okmánytár IV. köt. 47. l. Néhai Ráth Károly közleménye.)

387.

IV. Béla királynak a Roland szlavoniai bán s Farkas és Gergely comes-ek közti birtokcseréről. 1265.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus presens scriptum inspecturis salutem in eo qui est salus omnium. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire: quod Rorandus Banus tocius Sclauonie dilectus et fidelis noster ab una parte, Farcasius Comes et Gregorius filius eiusdem de Zagaria ex altera, coram nobis personaliter comparendo, concambium seu commutacionem huiusmodi inter se fecisse retulerunt: quod idem Rorandus Banus totam terram suam existentem in Zagaria Vyvduor uocatam, ex nostra collacione et consensu karissimi filij nostri Bele Ducis possessam, que quidem primo fuerat Gregorii filii Abramus, cum pertinencijs et vtilitatibus suis omnibus, dedit et assignauit predictis Comiti Farcasio et Gregorio, ac eorum heredibus perpetuo et irreuocabiliter possidendam; prefati vero Comites Farcasius et Gregorius in concambium seu commutacionem dicte terre omnes porciones eorum hereditarias in terris scilicet Sirnoni-

cha et Stopnicha existententes, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis, nullo iure sibi in eisdem reseruato, dicto Rolando Bano et suis heredibus heredumque successoribus dederunt et assignauerunt coram nobis in perpetuum possidendum, sub eisdem metis et terminis, quibus ijdem Comites Farcasius et Gregorius ipsas porciones dignoscuntur tenuisse. Et quia porciones predictorum Farcasij Comitis et Gregorij maioris vtilitatis seu ualoris fuerant, quam terra eisdem a Rolando Bano data in concambium; idem Rolandus Banus iamdictis Farcasio Comiti et Gregorio superaddidit et soluit ducentas uiginta marcas, quamlibet quinque pensas denariorum Zagrabiensium persoluendo. Vt igitur predicti concambij, commutacionis seu contractus series inter eosdem fideles nostros habita robur obtineat perpetue firmitatis, ad instanciam et suplicacionem parcium presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Farcasij Albensis Ecclesie Electi aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, Regni autem nostri tricesimo.

(Eredetie bőrhártyán, a vörös-sárga selyemzsinóron függött pecsét elveszett; a budai királyi kamarai levéltárnak Zágrábban levő részében.)

388.

István ifjabb királynak Ágas várát és a Páztói monostor kegyuri jogát tárgyazó adománya István, Domokos fia számára. 1265.

Stephanus Dei gracia iunior Rex Vngarie, Dux Transiluanus et Dominus Cumanorum omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Regie libertatis inmensitas recto pensans libramine merita subditorum, dum bene meritos dextre sue munifice consolato-

rijs confouet donatiuis, fidem et deuocionem insignibus quibusdam cumulis adauget, et ad pociora seruiciorum studia mentes incitat eorundem. Ad uniuersorum igitur noticiam tenore presencium uolumus peruenire : quod attendentes eximie fidelitatis obsequia, que nobis Stephanus filius quondam Magistri Dominici Magister Agasonum domine Regine iunioris karissime consortis nostre in pluribus articulis nobis et Regno nostro necessariis exhibuit indefesse, uarijs et arduis pro persona nostra et Regno nostro fortune casibus se exponens ; qui propter fidelitatem nobis obseruandam Magistratum Agasonum et Comitatum Tauarnicorum domine Regine maioris, karissime matris nostre, quingentas marcas, quas ab eadem domina karissima matre nostra annuatim racione stipendij sui percipere debebat, et omnes possessiones suas quam plures, quas in terminis karissimi patris nostri habebat, relinquendo, nos fideliter est secutus, dampna eciam, vbi Chak Banus, dilectus et fidelis noster fuit captus, quam plurima pertulit et est passus ; et omnia illa bene ascendunt ad summam tria millia marcarum, que idem pro nobis reliquit et amisit. Qui eciam declinantibus a nobis quam pluribus Baronibus nostris perfida preuaricacione et preuaricatrice perfidia, non sine manifesto prodicionis vicio, in expedicione paulo ante habita contra karissimum patrem nostrum deserentibus castra nostra ; cum feruore summe deuocionis et fidei inseparabiliter nostris adhesit obsequijs, paratus pro nobis bellicos, si oportuisset, perferre sudores, et dubia Martis subire certamina ; et postea inimicicias perpetuas tocius generacionis Aba optinuit et incurrit, pro eo videlicet, quod propter fidelitatem nobis obseruandam Ladizlaum filium Wata de genere Aba, nostrum et Regni nostri infidelem captiuauit, et captum nobis duxit, qui propter suam infidelitatem, sicut diximus, fuit decollatus. Nos in aliqualem recompensacionem seruiciorum suorum, licet longe suis inferiorem meritis, castrum Agas, quod propter infidelitatem et infidelem negligenciam venerabilis patris Job Episcopi Quinqueecclesiensis captum in enorme et grauissimum nostrum et Regni nostri dispendium et amissum, et per nostram diligenciam non sine sumptuosis laboribus recuparatum, ad nostram collacionem extitit deuolutum, cum tribus villis Kuthassov, Barkan et Tor

uocatis, et cum omnibus suis utilitatibus et pertinencijs suis, eidem Magistro Stephano, et per eum suis heredibus heredumque successoribus perpetualiter duximus conferendum. Quarum quidem terrarum mete, sicut per litteras Capituli Agriensis nobis constitit euidenter, hoc ordine distinguntur: Incipit prima meta Kuthasov vocate ex parte orientali super metam lapideam leanhatar vocatam, et ibi distingitur de terra Natosd, et incipit conterminari ex parte australi cum terra Told, que est Benedicti Purwys; et inde tendens uenit ad occidentalem partem, ubi sunt due mete terree, quarum una est antiqua, et alia noua sub silice; post hec ascendit ad cacumen montis, ubi sunt due mete, una lapidea et alia de silice; deinde descendit et duas metas, que sunt sub duabus silicibus; hinc descendens per latus montis peruenit ad duas metas, que sunt sub silicibus; deinde uenit ad tres metas, quarum una noua; post hec uertitur per angulum, et uenit ad quandam nouam metam; deinde transit per quasdam antiquas metas, et uenit ad Toldpotoka ad tres antiquas metas iuxta potok existentes, et ibi descendit et distingitur per ipsum potok, habet autem unam metam ex parte terre Kuthasov, et aliam ex opposito in terra Benedicti, et sic descendit ad metam que est iuxte viam; et ibi transit potok, et ascendit ad Scentiwan Berecha, et ibi sunt due mete terree; deinde uertitur uersus australem iens directe in ipso Blyut per spacium non modicum, et uenit ad duas metas terreas; hinc uenit per quasdam metas in siluis existentes, et transit quandam viam, et ibi sunt due mete, quarum una est sub silice; deinde uenit per siluam ad Sornayhygy, et ibi sunt due mete, et in fine montis subtus duas quercus, et ibi distingitur a terra Told, et conterminatur cum terra Stephani Comitis filij Martini Comitis, Chipeg uocata; deinde venit ad terram Iwanch vsque ad potok, qui est prope Benkeerestewene; inde uenit super byrch, ubi sunt quator mete sub silicibus; deinde uenit ad quatuor metas que sunt sub silice et quercu; postmodum transit uiam que uadit ad villam Bukut et Curasov, et ibi sunt quatuor mete; deinde conterminatur cum Stephano de eadem Bukut; deinde vertitur super Galambuk Berchy; inde descendit ad vallem Olynpotok; hinc tendit ad Reketerew, et ibi distingitur a terra predicti Ste-

phani, et incipit conterminari cum terra Johannis filij Chak; distingitur autem ibi per montem, qui vocatur warerdev, et sic directe redit ad Toldpotoka ad primam metam. Incipit prima meta terre Barkan ex parte meridionali iuxta uiam super byrch Saturhygy, et ibi distingitur a terra Jobag filij Jurge, per Saturhygy uenit usque ad Borsodpotoka, et ibi habet metas antiquas; abhinc distingitur per eundem Borsodpotoka de terra Boda filij Pentyk, et ascendit per pratum vsque ad finem cuiusdam berch qui vocatur Bucknlese; hinc per ipsum berch uenit uersus occidentem per antiquas metas usque ad metas, per quas distingitur a terra Itemery filij Jacov; deinde venit directe super Tochozo usque ad Telkusfev, ibi conterminatur cum terra Cristophori; per modicum hinc uenit ad metas terreas in eodem berch existentes conterminando cum terra Petri filij Elye, et ibi uertitur uersus meridiem, eundo secundum cursum ipsius berch uenit ad metas antiquas, per quas distingitur de terra Petri jobagionis Castri; deinde ascendit ad montem Saturus, et ibi conterminatur cum terra Monasterij Grab per modicum; hinc uenit descendendo in ipso Saturus ad latus eiusdem Saturus ex parte terre Barkan, et per (metas) antiquas conterminatur terre Zeleus, redit ad metas priores. Incipit prima meta terre Tor ex parte meridionali, conterminatur cum terra Monasterij de Pastuh, et distingitur ab eadem super fonte Hoznus, et descendit in bona quantitate uersus occidentem; hinc transit super unum pratum ipsum Hoznus versus australem partem, et ibi est meta; dehinc uenit ad duas metas, in quibus sunt una radix de piro et alia de pomo; hinc uenit ad Buzoukfev, et ibi sunt due mete; hinc descendit terminando per ipsum Buzoukfev ad magnam stratam, que uadit Budam, et ibi est meta; post hec ascenditur ad Zagywa, et ibi iuxta ripam est meta subtus pomum Lusaad; ibi transit Zagywa, parum inferius sunt due mete; deinde uenit ad Baluankewe, et ibi sunt quatuor mete; hinc ascendit per latus cuiusdam uallis per metas usque byrch Zeuleus, et ibi conterminatur cum terra Zeuleus; hinc uenit ad Huzzyozov conterminando cum Jobag; post hec uenit ad Ereztewenwys, et ibi sunt quatuor mete; deinde transit Borsodpotoka, uenit ad viam vbi sunt quatuor mete; hinc ascendit Zarozozou, transit berch, et uenit ad fundum Coryluspo-

35*

toka usque uallem Solumus potoka, et ibi conterminatur cum Vereb, et postmodum directe uenit ad Zogywa, et ibi in loco Kuveys uocato transit conterminando cum Botyz Comite; et hinc uadit per uallem que dicitur Worreozowelgh, transit monticulum, uenit ad Geudenporloga ex parte occidentali, et iungitur ad Matra uersus castrum Agas, et sic terminatur. Item patronatum Monasterij de Pastuh ad nos similiter pertinentem eidem Magistro Stephano et suis heredibus contulimus pleno iure. Vt igitur nostre collacionis seu donacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec in aliquo cursu temporum per quempiam possit retractari uel in irritum reuocari, presentes litteras concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Lodomerii aule nostre ViceCancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini millesimo ducentesimo LX° quinto.

(V. István már királynak 1270-ki megerősítő privilegiumából, a budai kir. kamarai levéltárban. Sok hibával kiadva Fejérnél Cod. Dip IV. köt. 3. r. 289. l.)

389.

IV. Kelemen pápa Kolumbán trau-i püspököt inti, hogy a spalatoi dominikanusokat a nekik Trau-ban hagyományozott kápolnának kegyuri jogában ne háborgassa. 1265.

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri . . . Episcopo Traguriensi salutem et Apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum . . . Prioris et fratrum Ordinis Predictorum Spalatensium fuit propositum coram nobis, quod Nicolaus Albertini ciuis Tragurii quendam fundum suum situm in civitate Tragurii, et jus patronatus, quod habebat in capella constituta in eodem fundo, que nulli fuerat in beneficium assignata, queque nullos habebat redditus, eis

contulit intuitu pietatis; et felicis quoque recordationis Urbanus Papa predecessor noster eidem Priori et fratribus capellam ipsam pro habitatione ipsorum, et quod iuxta eam in eodem fundo possint construere domos et officinas suis usibus opportunas, de gratia speciali concessit. Verum cum dicti Prior et fratres vellent iuxta concessionem huiusmodi predecessoris nostri domos et officinas construere in eis, super hoc te opponens non permittis ipsos dictam capellam pacifice possidere proponens, quod postquam dictus ciuis huiusmodi jus patronatus ipsius Capelle Priori et fratribus donavit, isdem quibusdam aliis capellam donauerat supradictam. Quare prefati Prior et fratres nobis humiliter supplicarunt, ut cum huiusmodi donatio facta per se de dicta capella memoratis Priori ac fratribus, patronis ipsius inrequisitis, nullum robur obtineat firmitatis, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca fraternitati tue per Apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatenus, si est ita, predictum Priorem et fratres permittas dictam capellam pacifice possidere, ac prope illam iuxta dictam concessionem predecessoris eiusdem, construere domos et officinas suis usibus opportunas. Alioquin venerabili fratri nostro... Episcopo, et dilecto filio Archipresbytero Scardonensi damus nostris litteris in mandatis, ut a molestatione dictorum Prioris et fratrum super iis omnino te cessare, monitione premisea, auctoritate nostra appellatione remota previa ratione te compellant; non obstante si tibi a Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possis per litteras Apostolicas, que de indulto huiusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem. Datum Perusii V. idus Julij, Pontificatus nostri anno primo.

(Farlati, Illyricum Sacrum IV. köt. 349. l.)

390.

A kői káptalannak bizonyságlevele, hogy Chepan özvegye és gyermekei Kalad comes özvegyével ennek hitbére iránt kiegyeztek. 1265.

(A gróf Zichy család Okmánytára. I. köt. 14. lap. Nagy Imre közleménye.)

391.

A vasvári káptalannak bizonyságlevele, hogy Sándor és Csepán jáki nemesek bizonyos részbirtokaikat elzálogosították. 1265.

(Hazai Okmánytár IV. köt. 44. l. Néhai Ráth Károly közleménye.)

392.

Rubin városnagy és több esztergami polgár előtt Syrlys polgártárs házát és földje felét Anna leányának eladja. 1265.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 13. l. Nagy Iván közleménye.)

393.

Spalato és Raguza városok közti egyezkedés. 1265.

Hec est copia instrumenti pactorum ostensorum per Spalatenses non addendo nec minuendo, nec aliquid mutando. Anno Incarnacionis Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, mensis Aprilis die septimo intrante, indictione octava, Ragusii. Cum nobiles viri Micha Madii, Michael Leonardi ambaxiatores, nuncii speciales atque generales procuratores Communis Spaleti die quarto exeunte mensis Martii nuper transacti Ragusium accesissent, et coram domino Johanne Quirino Comite Ragusii et suis Judicibus et Consiliariis se presentassent, et facta salutacione ex parte sui Communis dicentes : Petimus ex parte nostri Communis, quod dimittatis homines Spalatenses, qui sunt capti a vobis cum suis rebus. Super quibus peticionibus idem dominus Comes Ragusiensis cum suis Judicibus et Consiliariis habito consilio elegerunt quatuor nobiles viros, scilicet Teodorum Bobacie, Petrum Bogdani, Volcassium Johannis et Serssium Clementis, cum quibus dicti ambaxiatores, nuncii et procuratores Spalatenses pacem, concordium et conventum tractare deberent, et que cum dicti tractatores invenissent cum ipsis, ad eundem Comitem et Consilium suum reducerent. Dicti vero tractatores cum ipsis nunciis sepe et sepius convenerunt et ad invicem pertractarunt, et que pertractata et inventa fuerant, suprascripti tractatores ad suprascriptum dominum Comitem et suum Consilium reduxerunt. Super quibus tractatibus idem dominus Comes cum suis Judicibus et Consiliariis habito consilio petiit commissionem vel procuracionem predictorum nunciorum, videlicet : utrum illi nuncii possent facere et adtendere pro suo Communi ea, que cum ipsis tractatoribus tentaverant aut non. Prefati vero nuncii quamdam cartam procuracionis sigillo cereo Communis Spalatensis pendente sigillatam ostenderunt, tenor cuius talis est :

Nos quidem Judices, Cosiliarii et universa Communitas Spalatensis constituimus et ordinamus honorabiles et nobiles nostros concives Micham Madii et Michahelem Leonardi nostros legitimos procuratores, actores, petitores, nuncios speciales et legitimos responsales in Civitate Ragusii in omnibus factis nostris specialibus et generalibus, que cum Comite et Civitate Ragusii facere et componere habemus, dantes eis plenam virtutem et liberam potestatem petendi, exercendi, placitandi, promittendi, promissiones faciendi, obligandi, componendi, concordandi, et si necesse fuerit iurandi, cartam securitatis et quietacionis faciendi, et omnia exercendi et operandi, que veri et legitimi procuratores facere possunt et debent; promittentes ratum et firmum habere et tenere, quicquid ipsi in specialibus et generalibus duxerint faciendum, et nunquam contravenire in aliquo cum bonorum nostre Civitatis obligacione. Datum Spaleti die duodecimo intrante Marcio, anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo sexagesimo quinto. Et quia Notarius Publicus Civitatis presens in Civitate non erat, presentes literas sigilli nostre Communitatis munimine fecimus communiri.

Et hec sunt pacta et convenciones et pax atque concordium, que per suprascriptos nuncios Spaleti per virtutem et potestatem huius suprascripte eorum procuracionis cum suprascripto Comite Ragusii et Communi eiusdem affirmarunt :

In primis currente anno Domini millesimo ducentessimo sexagessimo quinto, die quarto intrante mense suprascripto, hominibus Spaleti, qui capti fuerant, libere cum eorum barcusis dimissis, utrumque Commune tam de Spaleto quam de Ragusio ad invicem se convenire debeat in Stagnum in medio loco, qui dicitur Prevlach, a modo usque ad medium mensem Octobris proxime venturi, et pro qualibet parte tres iudices eligantur vel plures aut pauciores secundum quod utrique parti videbitur, qui iurare debent fideliter audire omnia placita, contenciones, questiones atque discordia vertenda inter homines utriusque Communis, et ea sanare et iudicare atque diffinire, et nec amicum iuvare nec inimico nocere per fraudem. Et si ipsi Judices electi de aliquo placito se concordare non possent, Archiepiscopi utriusque Communis pro Judicibus de medio interesse

debeant cum ipsis Judicibus ad diffiniendum placitum illud. Et si quis ipsorum Archiepiscoporum defectum aliquem habuerit, ita quod non posset interesse, utrumque Commune eligere debet Judices de medio Communitatis loco predictorum Archiepiscoporum. Et si utraque pars se non posset concordare in eligere ipsos indices, de medio eligantur per sortes. Et omnes sentencie et questiones date et deffinite per iudices suprascriptos electos vel maiorem partem ipsorum ab utroque Communi observari et adimpleri debeant tali videlicet modo: quod homines Ragusii ire debeant Spaletum accepturi suam solucionem, et Comes Spaleti atque Commune eiusdem facient eos pacare secundum quod diffinitum fuerit per iudices suprascriptos electos vel per maiorem partem ipsorum; et similiter homines Spaleti venire debeant Ragusium, et suprascriptus Comes Ragusii et Commune eiusdem facient ipsos pacare eodem modo ut dictum est. Tam lesus vel spoliatus aut creditor pacari primitus debet de mobilibus sui debitoris si habuerit; et si acciderit, quod debitor utriusque Communis non haberet mobile, unde posset satisfacere suo leso, spoliato vel creditori, creditor vel spoliatus aut lesus debeat poni in stabili sui debitoris, videlicet in meliore parte ipsius stabilis, quam eligere voluerit in duplum de suo debito; et si debitor non habuerit mobile neque stabile, unde solvere posset suum creditorem, spoliatum vel lesum, debitor debeat dari in persona suo creditori, spoliato vel leso. Item quolibet Commune, quandocumque pecierit et necesse fuerit stanicum, alterum Commune teneatur venire ad illud stanicum habendo convenientem terminum sine iusto impedimento, quod posset probari et probaretur et sub pena inferius denotata. Et quecumque pars venerit antea ad dictum locum constitutum in termino ordinario, debeat expectare alteram, que non venerit per sex dies completos, et pars illa, que infra dictum terminum sex dierum non venerit ad dictum locum, perdere debeat penam inferius denotatam, et omnes raciones ipsius sint cassate et vacue, et raciones partis illius, que interfuerit, sint stabiles et firme et in suo robore efficaces, excepto si iustum impedimentum fuerit, quod posset probari et probaretur. Et si acciderit, quod homines Ragusini dubitarent de Signoria Comitatus Chelmi, homines Spaletini venire debeant ad istam

partem de Prevlach super ripam ad pupes barcharum ipsorum Raguseorum. Et si homines Spaleti haberent dubium de suprascripta Signoria, Ragusei debent ire ad illam partem de Prevlach super ripam et ad pupes barcharum ipsorum. Et si pax fuerit, utrumque Commune ad se invicem convenire debet in medio de Prevlach, sicut dictum est superius. Preterea utrumque Commune, tam de Spaleto quam de Ragusio, non dabunt axilium, consilium vel favorem aliquem in lignis vel hominibus suis forbanditis, vel alienis aut aliis malefactoribus utrarumque Civitatum vel Comitatuum ipsarum. Et si forbanditi vel alii malefactores commorantes in Spaleto fecerint furtive armamentum in aliquo alio loco pro ingenio aliquo et iverint super Raguseos, et probare poterit et probaretur, suprascriptum Commune Spalati emendare teneatur dampnum illud, quod fecerint Raguseis cum expensis inde factis vel faciendis convenientibus; et si probari non poterit, dictum Commune Spaleti teneatur per sacramentum inquirere maleficium et malefactores, et si invenerint, teneatur per sacramentum emmendare illud dampnum Raguseis, et expensas inde factas vel faciendas convenienientes, vel malefactorum dare personas; et e converso Commune Ragusii facere teneatur illi Communi de Spalato. Et si qui forbaniti vel alii malefactores fecerint cursum super homines Ragusii vel super eius Comitatum, et ipsi malefactores portaverint vel miserint ipsam robariam Spaletum, et homines Spaleti sciverint, per sacramentum reddere teneantur Communi Ragusii ipsam robariam; et si reddere recussaverint, et Commune Ragusii probare poterit manifeste, quod ipsi malefactores portassent vel misissent dictam robariam ad terras Spaleti, quod homines Spaleti emmendare teneantur ipsam robariam Raguseis cum expensis inde factis et faciendis convenientibus, vel malefactorum dare personas. Et simili modo Commune Ragusii teneatur facere illi Communi de Spaleto.

Hec autem omnia et singula, tam sentenciam dictorum Archiepiscoporum, quam alia ordinata, que suprascripta sunt, prefati nobiles Micha Madii et Michael Leonardi, nuncii et legitimi procuratores Communis Spaleti, pro se et pro Communi eiusdem, ut dictum est, in platea Ragusii ordinata Curia cum sonitu campane et populo Ragusino more solito

cogregato in publica concione adtendere perpetualiter et facere observari ad Sancta Dei Evangelia iuraverunt; excepto quod supracriptum terminum stanici de medio mensis Octubris pro anno presenti tantum excipitur. Et hec similiter Marinus Creve Vicarius super animam ipsius Communis Ragusii ad Sancta Dei Evangelia adtendere et observare perpetualiter iuravit. Et utraque pars supradictorum obligavit se per fidei sacramentum, nunquam contravenire sub pena iuramenti et quingentarum marcharum argenti, pars inobediens solutura parti obedienti, et pena soluta nichilominus tenor huius compromissi in sua remaneat firmitate. De hoc autem facte sunt due carte similes, hec et alia, de quibus cartis unam acceperunt supradicti nuncii Spaleti, et alteram accepit Commune Ragusii; hec autem carta nullo testimonio rumpi possit; hii sunt testes: Mathias Balazie, Domitrius Menzii, et Andreas Benesse, atque Damianus Gondole, Jurati Judices. Et ego presbiter Petrus et Communis Ragusii Notarius scripsi et roboravi.

(Eredetie bőrhártyán, a bécsi császári titkos levéltárban.)

394.

IV. Béla király a Sokoródiak és Ebed fiai által Ponith comes ellen megindított kereset tárgyalását későbbre halasztja. 1262—1266.

(Ifj. Kubinyi Ferencz, Magyar Történelmi Emlékek I. köt. 53. lap.)

395.

IV. Béla királynak bizonyságlevele, hogy Mihály mester Simonnak fia Garigi birtokát eladta Paska fiainak. 1266.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. k. 130. l.)

396.

IV. Bélának ezen birtokeladásra vonatkozó királyi helybenhagyása. 1266.

(Tkalcsics, Monumenta hist. Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 131. l.)

397.

IV. Kelemen pápa meghagyja az esztergami érseknek, hogy mindazon javakat vonja vissza, melyeket Timotheus előbbi zágrábi püspök püspökségének birtokából elidegenített. 1266.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 131. l.)

398.

IV. Kelemen pápa megerősíti a trau-i püspökség jogait és birtokát. 1266.

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri . . . Episcopo Traguriensi eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. In eminenti Apostolice Sedis specula, licet immeriti, disponente Domino constituti, fratres nostros Episcopos, tam propinquos quam longe positos, fraterna debemus charitate diligere, et Ecclesijs sibi a Deo commissis pastorali sollicitudine providere. Quocirca, venerabilis in Christo frater Episcope, justis postulationibus tuis clementer annuentes, et Ecclesiam Sancti Laurentii Traguriensem, cui auctore Deo preesse dinosceris, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem Ecclesia in presentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec proprijs duximus exprimenda vocabulis : Locum ipsum, in quo prefata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentijs suis; Monasterium Sancti Nicolai, Sancti Michaelis ac Sancti Jacobi; Ecclesias in castro de Sibenico cum omnibus pertinentiis earundem, decimas et quidquid juris habet ibidem Ecclesia Traguriensis; Ecclesias cum decimis, parochiis et pertinentiis suis, sitas in locis que Drid, Gusterna et Dubrovaz vulgariter nuncupantur; ac jurisdictionem temporalem, quam Ecclesia prefata in locis prefatis noscitur obtinere; Ecclesias cum pertinentijs suis, terras, possessiones et decimas in villis de Neveste, Rodosich, Gradez, Ostroc, Spellan et Sancti Petri vulgariter appellatis; decimas, et quidquid juris Ecclesia Traguriensis obtinet in Comitatu Zagorie, cum terris, pratis,

vineis, nemoribus, usvagiis et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Ad hec cimiteria Ecclesiarum et ecclesiastica beneficia nullus hereditario jure possideat; quod si quis facere presumpserit, canonica censura compescatur. Preterea quod communi assensu Capituli tui, vel partis consilii sanioris in tua Diocesi per te vel successores tuos fuerit canonice institutum, ratum et firmum volumus permanere. Prohibemus insuper, ne excommunicatos vel interdictos tuos ad officium vel communionem ecclesiasticam sine conscientia et assensu tuo quisquam admittat, aut contra sententiam tuam canonice promulgatam aliquis venire presumat, nisi forte periculum mortis immineat, aut dum presentiam tuam habere nequiverit, per alium secundum formam Ecclesie, satisfactione premissa oporteat ligatum absolvi. Sacrorum quoque Canonum auctoritate sequentes statuimus, ut nullus Episcopus vel Archiepiscopus absque tuo assensu conventus celebrare, causas etiam et ecclesiastica negotia in Traguriensi Diocesi, nisi per Romanum Episcopum vel eius Legatum fuerit eidem iniunctum, tractare presumat; nisi forsan Metropolitanus eius aliquod premissorum fecerit in casibus sibi a jure concessis. In Ecclesijs quoque Traguriensis Diocesis, que ad alios pleno jure non pertinent, nullus clericum instituere vel destituere, aut sacerdotem preficere sine consensu Diocesani presumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam tenere, perturbare; aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integre conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolice auctoritate, et in predictis decimis moderatione Concilij Generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitucionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo-tertioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se Divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis

autem eidem loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(P. H.) (Pápai jegy.)

Ego Clemens Catholice Ecclesie Episcopus subscripsi.

Ego Odo Tusculanus Episcopus subscripsi.

Ego Stephanus Prenestensis Episcopus subscripsi.

Ego frater Johannes Portuensis et Sancte Rufine Episcopus subscripsi.

Ego Henricus Ostiensis et Velletrensis Episcopus subscripsi.

Ego Ancherus tituli Sancte Praxidis Presbyter Cardinalis subscripsi.

Ego Guillelmus tituli Sancti Marci Presbyter Cardinalis subscripsi.

Ego Ricardus Sancti Angeli Diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego Jacobus Sancte Marie in Cosmedin Diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego Gottifredus Sancti Georgij ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego Ubertus Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis subscripsi.

Datum Viterbii per manus Magistri Michaelis Sancte Romane Ecclesie ViceCancellarij idibus Junii indictione IX. Incarnationis Dominice anno MCCLXVI. Pontificatus domini Clementis IIII. anno secundo.

(Farlati Illyricum Sacrum IV. köt. 350. l.)

399.

Roland szlavoniai bánnak Vinodol földét tárgyazó itélete a topuskai apátság és a blinaiak közt. 1266.

Rolandus Banus tocius Sclauonie omnibus tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis, salutem in vero salutari. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire : quod cum inter Gurk, Jacobum, Mathay, Georgium Isip, et Iwnk, ac alios universos Blynenses ab una parte, Cellerarium Toplicensem et Huet Comitem eiusdem Ecclesie, super facto terre Vinodol et vineis in eadem terra existentibus materia questionis et disceptacio diucius fuissent ventilate coram nobis, et parcium contencioni finem debitum et silencium imponere voluissemus perpetuum iudicando et discernendo parcium voluntate in hunc modum : quod si Cellerarius et Comes Huet prescripti, in Gora coram Preceptore eiusdem loci prestarent sacramentum super eo, quidquid incipiendo a Damasingeren usque ad terminos filii Stepkonis metas et terminos ipsius terre Vynodol iusto modo reambularent et ostenderent, nec aliquid extra rectas metas procedere presumerent, et secundum quod prestito sacramento ostenderent seu assignarent, iidem Blynenses deberent tolerare, et relinquerent ipsam terram Ecclesie predicte, sicut iidem Cellerarius et Huet Comes prestito sacramento assignarent coram pristaldo nostro et testimonio eorundum. Adveniente itaque ipso termino iidem Cellerarius et Comes Huet prestiterunt sacramentum ut debebant iuxta formam prenotatam. Iidem itaque Blynenses ipsam terram Vynodol predicte Ecclesie reliquerunt pacifice et irrevocabiliter sine alicuius contradiccione perpetuo possidendam, Wlkoay, Stephco et Iwan, filiis Wlk consensum prebentibus liberalem, prout in literis eiusdem commendatoriis nobis innotuit evidenter. Similiter vineas super eadem terra existentes, sicut Comes Herenk quem ad hoc parcium voluntate direxeramus deputandum recitavit, et

in textu privilegii Jwnus Comitis Zagrabiensis vidimu contineri. Cuius quidem terre mete, sicut in literis ipsius commendatoriis, qui eandem terram una cum testimonio Capituli Zagrabiensis et homine nostro circuivit, vidimus contineri hoc ordine distinguntur : Prima meta est Damasingeren ; inde vadit ad pirum unum ; de piro vadit per viam usque ad duas metas terreas ; inde descendendo ducit ad fontem, qui vocatur Prelizin ; inde ascendit superius et dimittit montem ad sinistram, et venit ad duas metas, ubi est magna via que venit de foro Episcopi ; inde descendit ad duas metas ad pedem montis, qui vocatur Plerumuyza ; inde ascendit ad duas metas, in una continetur castanea, et in reliqua quercus ; inde per montem vadit ad alias duas metas ubi sunt due castanee ; inde de quibus descendit ad unam magnam viam, Vratza wlgariter nominatam ; inde descendit per montem ad duas metas, in una earumdem est quercus, in altera arbor iesscen Sclauonice nominatam ; inde descendit ad rivulum, qui vocatur Smerdz ; inde descendendo idem rivulus transit rivulum venientem de villa convicina ad caput piscine ubi est nuclearius et mete terree ; inde ascendit in montem ad duas metas, in una est arbor, que vocatur graber, in alia oscurusa siccata ; inde ascendit in montem versus meridiem per antiquam viam ad duas metas terreas, et descendit inter duas vineas, et ascendit ad caput rivuli, qui vocatur Mozlauiniza ; inde descendit per eundem rivulum, et vadit ad locum ubi fuit pons Wlche, et ibi sunt due mete terree ; inde ascendit ad duas metas ubi sunt due castanee ; inde ascendit cacumen montis ad duas metas terreas ; inde vadit aliquantulum per montem, et descendit ad duas metas in una est quercus ; inde descendit ad fontem Prozchak ; inde descendit per cursum eiusdem fontis et ducit ad rivulum qui dicitur Sukhodol ; inde ascendit ad montem ad duas metas, in una est arbor jescen, in altera quercus ; inde ducit per montem descendendo ad fontem Descilo ; inde per Globoky potok usque ad alium rivulum, ubi sunt due mete ; inde ascendit per eundem rivulum usque ad salicem ubi sunt due mete terree ; inde exit rivulum et ascendit ad duas metas ; inde vadit ascendendo ad montem ubi sunt due mete, in una quercus, in alia bres ; inde vadit per montem ad magnam viam, inde per montem, qui

vocatur Ispraze, ubi sunt due mete; inde per viam ad locum ubi sunt fagus et quercus coniuncti, ibi dimittendo viam inferiorem vadit per viam superiorem ad duas quercus, ubi sunt due mete terree; inde exit et vadit aliquantulum ad sinistram ad unum monticulum ad duas quercus, ubi sunt due mete terree; inde vadit ad arborem que vocatur Sclavonice oscoruzę; inde descendit ad duas quercus ubi sunt due mete; inde descendit ad rivulum Leskouez, ubi sunt due mete terree; inde per eundum rivulum vadit ad unam quercum ubi est meta terrea; inde ad aliam quercum, ubi est meta terrea; inde ducit per eundem rivulum ubi via transit medium rivuli; inde modicum descendendo est meta ubi est una quercus. Ut igitur series prehabite rei robur perpetue firmitatis obtineat, nec per quempiam possit in irritum revocari vel eciam perturbari lapsu temporum, hoc scriptum contulimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum in Petrina, in crastino Sancti Galli anno Domini MCCLXVI.

(Tkalcsics, Monum. historica Episc. Zagrabiensis I. köt. 132. l.)

400.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Gyan Modrosi comesnek neje hitbére és jegyajándékai iránt elsö férje részéröl kielégittetett. 1266.

Capitulum Zagrabiensis Ecclesie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod constitutis in nostra presencia ab una parte Gyan Comite filio Comitis Vid de Modros, et ab altera Perincholo Potestate de (Mon)te Grech uice et nomine Domini Rolandi Bani tocius Sclauonie, idem Gyan Comes confessus est, se uice et nomine uxoris sue, filie scilicet Alexandri Comitis, dotem eiusdem et res parafarnales,

ipsi ex parte prioris mariti sui Ratoldi, videlicet filij predicti domini Bani debitam et debitas, plenarie recepisse, eodem Bano persoluente, prestandoque eiusdem dotis et rerum parafarnalium solucionem sibi factam idem Gyan Comes se obligauit ad expediendum dominum Banum ab omni, quam contingeret questione. In cuius rei testimonium presentes ad instanciam parcium contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in quindena Resurreccionis Domini, anno eiusdem M°CC°LX° sexto.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét vörös-zöld selyemzsinóron függ; a budai kir. kamarai levéltárnak Zágrábban lévő részében.)

401.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Mark zágrábi várjobbágy Kosztnicza folyó melletti földjét eladta Endre fiainak. 1266.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 134. l.)

402.

Dénes polhanai és pesetei ispánnak bizonyos vizeknek használását tárgyazó ítélete a topuskai apát és Polhana helység lakosai közt. 1266.

Nos Dyonisius Comes de Polhana et de Peset notum facimus universis presens scriptum inspecturis : quod Reverendus pater et dominus M(atheus) dictus, Abbas de Toplica, corum nobis calumpniavit quasdam aquas, quas illi de Pol-

hana sibi violenter usurpabant, quas illustrissimus dominus nostrer B(ela), Dei gracia Hungarie Rex, in perpetuam elemosinam contulerat Monasterio Toplicensi; pro qua re, cum utrique parti diem in Bichig prefixissemus, et ambe partes coram nobis astitissent, Slauec Judex de Polhana et iobagiones eiusdem terre confessi sunt, totum verum esse quitquid Abbas affiirmabat, et quod supradictas aquas, quas tenuit Ludegarius et Pribisla, videlicet Cesta, Tregla et Chrenicha, per aliquod tempus iniuste tenuissent, quas dicto Abbati pacifice reddiderunt et quiete; nisi quod Desinec Polprudi calumpniavit esse suam, Abbas autem e contrario respondit esse suam. Nos autem de consilio Communitatis Terre, dicto Desinec iudicium sacramenti taliter obtulimus et iudicavimus, quod ipse cum duodecim hominibus iurare deberet, quod calumpnia sua de supradicta aqua veritatis tramitem non transit. Qui ad hoc cum peleretur jurare, non potuit, quum omnes illi qui cum eo iurare debuissent asseruerunt viva voce, sepedictam aquam non esse suam, immo pocius Abbatis, sicut superius est premissum. Et de his omnibus dedimus pristaldum nostrum nomine Jaxa, et alium pristaldum de Polhana nomine Nadevm. Et ut hoc robur et firmitas muniatur, his sigillum nostrum apposuimus cum sigillo venerabilis patris domini L(adislai) Tyniensis Episcopi et fratrum Predicatorum de Bihig. Datum anno Domini MCCLX sexto.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 135. l.)

403.

Arnald comes Hene völgyében egy szöllöt Endre vasvári kanonoknak adományoz. 1266.

(Hazai Okmánytár IV. köt. 43. l. Nagy Imre közleménye.)

404.

Törvénykezési okmány Pál, Pete fiának privilegiuma iránt. 1266. körül.

Damus pro memoria, quod quia priuilegium Pauli filij Pete et cognatorum suorum contra Chepanum et cognatos suos extitit cassatum, pro eo quod includebat terram diuersarum condicionum hominum, sicut in litteris Regalibus plenius continetur; idem Chepanus et cognati sui inpetebant iudicium coram Chak Bano iudice a domino Rege deputato, et coram nobis; quia iidem non erant contenti in eo, quod nos decernebamus: dominum Regem presentibus utrisque partibus in octauis Beati Michaelis Archangeli duximus requirendum, utrum in quali iudicio, aut quali condempnacione dictus Paulus et cognati sui sint condempnandi. Datum Bude quinta feria proxima post festum Sancte Margarete Virginis.

Kívül: Pro Paulo et alijs contra Chepanum et alios ad requirendum dominum Regem.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)

405.

IV. Béla király megerősíti Moys mester, somogyi és varasdi főispánnak végrendeletét. 1267.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Sernie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod Magister Mois Comes Symigiensis et de Worosdino dilectus et fidelis noster in nostra presencia personaliter constitutus Alexandro filio Alexandri fratre suo presente et permittente talem ordinacionem et disposicionem de possessionibus suis de nostra permissione et beneplacito asseruit se fecisse : Quod in Comitatu Symigiensi domine vxori sue et suis filiabus dedit et reliquit possessiones suas Igol et duas uillas Posonij, item Burhud et Vzlar vocatas; item in Derekche porcionem ipsum Magistrum Moys contingentem; item de vltra Drawam possessionem suam Baccha nuncupatam cum omnibus pertinencijs suis et empticijs, et cum Sudyn et Musyna, et Bokoa; item possessionem suam Izdench vocatam similiter cum omnibus pertinencijs et empticijs suis perpetuo et pacifice possidendas; ita tamen, si idem Magister Mois decederet herede masculo non relicto; sicut idem Magister Alexander coram nobis comparens; petens a nobis, vt huiusmodi ordinacioni et disposicioni ipsius assensum Regium preberemus. Nos itaque prefatam ordinacionem eiusdem Magistri Mois ratam habentes et acceptam, ad ipsius instanciam auctoritate presencium duximus confirmandam, dupplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus Magistri Farcasij Prepositi Albensis aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC° sexagesimo septimo, Regni autem nostri tricesimo secundo.

(IV. László királynak 1273-ki megerősítő privilegiumából, a budai kir. kamarai levéltárban.)

406.

IV. Béla király megerősíti II. Endre király privilegiumát, melylyel a borsmonostrai apátságnak javai szöllöjövedelmét adományozta. 1267.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod . . . Abbas et fratres Conuentus Montis Sancte Marie Ordinis Cysterciensis ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis priuilegium felicis recordacionis Regis Andree karissimi patris nostri, in quibus expresse vidimus contineri, quod idem Rex Andreas pater noster contulerat iam dicto Monasterio omnes cybriones de Menhart, de Laztoy, de Nyksa, de Prezyna, et aliorum populorum eorundem, petentes cum instancia, vt collacionem ipsorum cybrionum per dictum patrem nostrum factam nostro dignaremur priuilegio confirmare. Et licet in ipso priuilegio patris nostri inspeximus, eosdem cybriones dicto Abbati et fratribus suis esse collatos per eundem; tamen quia nobis super hoc, vtrum fuerint ijdem fratres in pacifica percepcione seu possessione eorundem cybrionum veritas non constabat; fideli nostro Herbordo Comiti filio Osl, vt in fide Deo et nobis debita sciret et videret, si ipsos cybriones dicti fratres perceperunt et percipiunt pacifice, et nobis rescriberet, nostris dedimus litteris in mandatis. Qui idem nobis rescripsit in fide Deo debita et honore : quod ijdem Abbas et fratres ipsos cybriones a tempore collacionis facte per dictum patrem nostrum semper pacifice perceperunt, et percipiunt, ac sunt in pacifica possessione eorundem. Nos igitur, quia sic fuimus certificati de eisdem, volentes Abbatem et fratres memoratos dictos cybriones prediorum suorum de cetero possidere pacifice et quiete, nec per aliquem super ipsis perturbari, collacionem eorundem cybrionum per predictum

patrem nostrum factam, ad instanciam et peticionem Abbatis et fratrum predictorum auctoritate presencium duximus confirmandam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem prenotatis Abbati et fratribus presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Farcasij Prepositi Albensis Ecclesie, aule nostre ViceCancellarij dilecti et fidelis nostri anno ab Incarnacione Domini M°CC° sexagesimo septimo, Regni autem nostri anno trigesimo tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király kettős pecsétje függ; a budai kir. kamarai levéltárban. Sok hibával kiadva Fejérnél Cod. Dipl. IV. köt. 3. rész 398. lap.)

407.

IV. Béla királynak megerősítő okmánya, mely szerint Péter és Pál a kavaszti vár jobbágyai magukat a nyúlszigeti apácza-zárdának felajánlották. 1267.

(N)os Nicolaus de Gara Regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum stb. quod in Congregacione Generali Magnifici domini Nicolai Konth olym similiter dicti Regni Hungarie Palatini Vniuersitati Nobilium Comitatus de Baranya feria secunda, videlicet in festo Beati Mathei Apostoli et Ewangeliste anno Domini M°CCC° septuagesimo preterita prope villam Nogfalu per ipsum celebrata, Jacobus filius Nicolai de Nempty stb. proposuit isto modo; quod religiose domine sanctimoniales Claustri Beate Virginis de Insula Leporum quandam possessionem suam Vayzlo vocatam in Districtu Ormankuz in dicto Comitatu existentem ipsum de jure contingentem occupatiue detinerent stb. Quo percepto Stephanus filius Ladislai amministratur prouentuum villarum dictarum dominarum coram ipso domino Nicolao Palatino compa-

rendo in personis earundem respondisset ex aduerso, quod prescripte domine in facto annotate possessionis Vayzlo efficacia haberent instrumenta stb. (Ennek folytán Konth Miklós nádor úgy itélvén) ut prescripte domine dicta litteralia earum munimente in octauis festi Sancti Martini confessoris tunc affecturis in Curia Regia sui in presencia exhibere tenerentur stb. (az ügynek többszöri elnapoltatása után, végre az) ad presentes octauas festi Beati Georgij martiris deuenisset stb. prefatus Jacobus filius Nicolai presente fratre Dominico amministratore prouentuum possessionum ipsarum religiosarum dominarum stb. quasdam quinque litteras omnino priuilegiales nostrum judiciarium produxit in conspectum stb. Quo percepto prefatus frater Dominicus amministrator prouentuum et procurator ipsarum religiosarum dominarum quasdam sex litteras nostro judicario examini curauit exhibere. Quarum prima scilicet ipsius domini Bele Regis in Aranyas in octauis Omnium Sanctorum anno Natiuitatis Domini M°CC°LX° septimo suborta enodabat, quod Petre et Paulus jobagiones Castri de Kowazd terras eorum Vayzlo vocatas Ecclesie Beate Virginis de Insula contulissent, semetipsos in jobagiones dicte Ecclesie transferendo; tali condicione interiecta, quod de terra eorum dicte Ecclesie collata, quantum ad vsum eorum sufficeret, reciperent pro se ipsis de eadem; sicut jobagiones liberi Ecclesie seruituri, et residuum predictarum terrarum memorate Ecclesie dicti Virginis remaneret. stb. Datum Bude octuagesimo die octauarum Beati Georgij martiris anno Domini M°CCC° octuagesimo quarto.

(Eredetie a budai kir. kamarai levéltárban. V. ö. Fejér Cod. Dipl. IV. köt. 3. rész 396. lap.)

408.

IV. Kelemen pápa megengedi a ragusai domokosrendieknek, hogy valamely nekik adományozott házat elidegeníthessék. 1267.

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Priori et fratribus Ordinis Predicatorum Ragusiensium salutem et Apostolicam benedictionem. Ex parte vestra nobis fuit expositum, quod quondam Jacobiza filia viri Capiteseldi de Ragusio, tunc vidua, quandam domum suam in Ragusio sub domo Johannis Corriazii ad se spectantem cum omnibus pertinentijs et utensilibus suis, vobis habendam, possidendam perpetuo et tenendam, ea conditione adiecta in ultima voluntate legauit, ut si casu aliquo vos contingeret de ciuitate discedere Ragusina, domus ipsa deberet ad Ecclesie Sancte Marie Maioris Ragusinensis Canonicos, nullis ab ipsis alienanda temporibus deuenire. Cum igitur, ut asseritis, deliberatione habita firmaueritis, nunquam dictam deserere Ciuitatem, et domum ipsam, quam habetis, tenere statutis vestri Ordinis obuiantibus non possitis; supplicastis humiliter, ut vendendi eam, et pretium percipiendum ex ipsa in utititatem loci vestri totaliter conuertendi, conditione non obstante predicta, licentiam vobis concedere curaremus. Nos itaque vestris precibus inclinati, devotioni vestre auctoritate presentium licentiam concedimus postulatam; ita tamen, quod de exhibendo sibi pretio huiusmodi, si de Ciuitate ipsa recedere vos contingat, ad cautelam sufficientem prestetis prefatis Canonicis cautionem. Datum Viterbij VIII. idus Aprilis Pontificatus nostri anno tertio.

(Farlati, Illyricum Sacrum VI. köt. 110. l.)

409.

Roland szlavoniai bánnak a zseleni vendégek tizedeit tárgyazó ítéletlevele a zágrábi egyház számára. 1267.

Rolandus Banus tocius Sclauonie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Universitati tam presencium quam posterorum harum serie declaramus : quod cum Magister Petrus dictus Pulcher, Decanus Ecclesie Zagrabiensis, universos populos seu hospites in Selen ad Banatum pertinentes, super facto decimarum ad nostram presenciam evocasset, proponebat contra eos, quod decimas suas cum capeciis in frugibus, et alia minuta earumdem in suis speciebus solvere tenerentur. Contra quem iidem populi seu hospites respondebant tali modo : quod nunquam decimas suas solvissent cum capeciis, nec alia minuta ipsarum in suis speciebus, sed in denariis solvere tenerentur et solvissent usque modo. Nos autem auditis parcium proposicionibus, unacum nobilibus Regni Sclauonie, adiudicavimus tali modo : quod idem Magister Petrus Decanus, videlicet cum Magistro Archidiacono Zagrabiensi, Magistro Petro Preposito Chasmensi, et Magistro Benedicto Archidiacono de Gerche, in monasterio Sancti Regis Stephani prestaret sacramentum super eo, quod predicti populi seu hospites decimas suas semper in capeciis, et alia minuta in suis speciebus persolvissent. Adveniente itaque die sacramenti, cum Magistri prenotati sacramentum prestare voluissent, iidem populi seu hospites de Selen sacramentum eorumdem recipere noluerunt, assumentes in ipso loco iuramenti presentibus Inus Zagrabiensi et Michaele de — — ca tunc temporis Comitibus, sicut per ipsos nobis constitit, decimas suas de cetero in capeciis, et omnia minuta earumdem in suis speciebus soluturas Capitulo Zagrabi ensi. In cuius rei testimonium perpetuamque stabilitatem, presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie, feria tercia post dominicam Ramispalmarum

proxima anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 136. l.)

410.

IV. Béla királynak a szolgagyőri várhoz tartozó Buda nevü földet tárgyazó adománya Cuntának fiai számára. 1268.

(B)ela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque Rex omnibus tam presentibus quam futuris salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Comes Zochyd, Serefel et Ladizlaus, ac Desiderius, fideles nostri, filij Cunta ad nostram accedentes presenciam nobis humiliter supplicarunt, et instantissime a nobis pecierunt, ut eisdem in quadam terra Castri Zulgajauriensis Buda vocata, que erat terra Bude castrensis dicti Castri Zulgajauriensis, uacua et habitatoribus destituta, sita in Comitatu Castri Nytriensis, iuxta terram ipsorum Comitis Zochyd, Serefel, et eorundem fratrum Buda uocatam, et terram Cruciferorum de Manga ex altera, prouidere dignaremur. Verum quia non constabat nobis de qualitate et quantitate dicte terre, eandem inquisicioni Marc Comitis Zulgajauriensis et Capituli Nitriensis dilectorum et fidelium nostrorum commisimus. Qui nobis per suas litteras rescripserunt; dictam terram esse uacuam, et sufficientem usui unius aratri et dimidij, et esse terram Castri Zulgajauriensis, prout de jobagionibus eiusdem Castri et alijs vicinis scire ueracius potuerunt. Quam nos pro fidelitatibus et seruicijs dictorum Comitis Zochyd, Serefel, et suorum fratrum dedimus eisdem, donauimus et contulimus, ac ipsorum heredibus jure perpetuo et irreuocabiliter possidendam et habendam. Et mete ipsius terre, prout Capitulum Nytriense fideles

nostri per suas litteras rescripserunt, hoc ordine distinguntur, videlicet : Prima meta ipsius terre incipit in riuo Boloua uocato uersus occidentalem plagam, et iuxta terram Cruciferorum cum metis continuis tendit uersus partem orientalem, et ibi in quodam fruteto tenet metam cum terra, que pertinet ad villam Touthsuk, et iuxta eandem terram vergit cum metis continuis declinans uersus septemtrionem, et ibi circa quandam uiam, que descendit de Sancto Vito, contiguatur terre ipsorum filiorum Cunta, et in eadem uia transit iuxta terram eorundem usque riuulum Bolova; et ibi terminantur. In cuius rei testimonium, ut huius nostre donacionis et collacionis series salua et inuiolabilis in perpetuum permaneat; presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Demetrij, Electi Ecclesie Albensis, aule nostre Vice Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M°CC°LX° octauo, Regni autem nostri anno tricesimo tercio.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a király kettős pecsétjének töredéke vörös-sárga selyemzsinóron függ; a budai kir. kamarai levéltárban.)

411.

IV. Béla király okmánya, mely szerint Nema helységnek negyedrésze Komárom várához tartozott. 1268.

— — — — In altera vero littera, videlicet dicti Comitis Nicolai similiter hic in Wyssegrad, secundo die quindenarum festi Passee Domini, anno eiusdem millesimo tercentesimo septuagesimo secundo emanata tenorem quarundam litterarum priuilegialium Capituli Budensis feria quinta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno Domini millesimo tercentesimo quadragesimo septimo confectarum, seriem et continenciam quarundam litterarum priuilegialium domini Bele

olym Regis Hungarie, anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octauo emanatarum modo simili de uerbo ad uerbum transcribencium in se habenti, inter alia hec clausala adinueniebatur : Item villa Nema spectat Comitatui de Komaron in quarta parte, cum omnibus vtilitatibus suis, pertinentibus ad eandem. Cuius terre prima meta incipit a populis Ducatus, et transit per aquam Myler, vsque villam Thon, et venit ad villam Kezeu, inde redyt ad villam Gwnyu vsque Danobium; in superiori autem parte Danobij commetaneus est Corrardus Comes. Hys itaque habitis stb. stb.

(Szepesi Jakab országbíró egy 1376-ik évi eredeti ítéletleveléből, tek. Lippics László szivességéből. Néhai Ráth Károly.)

412.

IV. Béla király János comesnek Somogy vármegyei Megyer földét oda adományozza. 1268.

(Hazai Okmánytár I. köt. 14. l.)

413.

István ifjabb királynak Voyszló földét tárgyazó adománya Nempti nemzetségbeli Miklós comes számára. 1268.

(N)os Nicolaus de Gara Regni Hungarie Palatinus et Judex Cumanorum stb. quod in Congregacione Generali Magnifici domini Nicolai Kont olym similiter dicti Regni Hungarie Palatini Vniuersitati Nobilium Comitatus de Baranya feria secunda, videlicet in festo Beati Mathei Apostoli et Ewangeliste anno Domini M°CCC° septuagesimo preterita prope villam Nogfalu per ipsum celebrata, Jacobus filius Nicolai de Nempty stb. proposuit isto modo; quod religiose domini sanctimoniales Claustri Beate Virginis de Insula Leporum quandam possessionem suam Vayzlo vocatam in Districtu Ormaukuz in dicto Comitatu existentem ipsum de jure contingentem occupatiue detinerent stb. Quo percepto Stephanus filius Ladislai amministratur prouentuum villarum dictarum dominarum coram ipso domino Nicolao Palatino comparendo in personis earundem respondisset ex aduerso, quod prescripte domine in facto annotate-possessionis Vayzlo efficacia haberent instrumenta stb. (Ennek folytán Konth Miklós nádor úgy itélvén) ut prescripte domine dicta litteralia earum munimente in octauis festi Sancti Martini confessoris tunc affecturis in Curia Regia sui in presencia exhibere tenerentur stb. (az ügynek többszöri elnapoltatása után, végre az) ad presentes octauas festi Beati Georgij martiris deuenisset stb. prefatus Jacobus filius Nicolai presente fratre Dominico amministratore prouentuum possessionum ipsarum religiosarum dominarum stb. quasdam quinque litteras omnino priuilegiales nostrum judiciarium produxit in conspectum stb. Quarum prima stb. (lásd IV. Béla király 1244-ki privilegiumát, mint fentebb 407. sz. a.) Secunda vero videlicet annotati domini Stephani junioris Regis Hungarie anno Domini M° CC°LX° octauo confecte series explicabat inter alia, quod

prefatus dominus Stephanus junior Rex in reeompensacionem fidelitatum et seruiciorum Comitis Nicolai filij Comitis Ambrosi de genere Nempty litteris in eisdem seriatim conscriptorum, volens eidem grata vicissitudine occurrere, terram Castri sui Kouazdi Voyzlo vocatam in Comitatu de Baranya existentem cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs ac sub eisdem metis et terminis, quibus ab antea fuisset possessa, eidem Nicolao Comiti et suis heredibus heredumque successoribus dedisset et donasset perpetuo possidendam et habendam. stb. Datum Bude octuagesimo die octauarum Beati Georgij martiris anno Domini M°CCC° octuagesimo quarto.

(Eredetie a budai kir. kamarai levéltárban.)

414.

Béla szlavoniai herczegnek Blaguza helységet tárgyazó itélete Márton zágrábi várjobbágy számára. 1268.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 137. l.)

415.

A győri káptalannak bizonyságlevele, hogy több gencsi birtokos eddig közös gencsi birtokukat megosztották. 1268.

(Hazai Okmánytár I. kötet. 38. lap. Véghelyi Dezső közleménye.)

416.

A pozségai káptalannak bizonyságlevele, hogy Pósának özvegye és fiai bizonyos földet Gergely kenéznek eladtak. 1268.

Capitulum Ecclesie Beati Petri de Posaga omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Vniuersitati vestre notum facimus per presentes, quod domina relicta Posa vna cum filijs suis, videlicet Gregorio et Paulo, ac Nicolao ex altero marito suo procreato ex vna parte, Gregorius kenezyus ex altera, ad nostram accesserunt presenciam; et predicta domina cum prefatis filijs suis duobus Gregorio et Paulo confessa est, se quandam terram suam inter riuulos Kenez et Duboachpathaka sitam cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs ad eandem metis et terminis infrascriptis circumdatam, de consensu prememorati filij sui Nicolai, et de voluntate commetaneorum suorum, videlicet Cheh, Tarda generi sui, et Draas, coram nobis personaliter tunc astancium, nec contradicencium, pro quinquaginta marcis argenti Gregorio kenezyo vendidisse, sibi et heredibus suis perpetuo, quiete et pacifice possidendam, et ipsam pecuniam ab eodem plenarie recepisse, exclusa tantummodo porcione predicto Torda genero suo assignata. Insuper eciam quandam vineam suam in territorio Cheh sitam eidem Gregorio kenezyo ad racionem predicte pecunie sibi persolute prefata domina vendidit coram nobis perpetuo possidendam. Cuius terre prima meta incipit iuxta Dobouchpotoka, ubi est arbor pirus inferius domum Daras; inde vadit versus orientem ad Laazkerek vocatas; inde a capite vnius riuuli, qui vadit versus meridiem, et cadit in fluuium Jazuinak eundo venit ad locum, qui dicitur Kenesenuche, vbi cadit in Kenezpataka; abhinc exit de ipso potok, et declinat versus meridiem, et venit ad siluam que dicitur Bok; inde similiter ad meridiem eundo vadit, et venit ad quoddam kabjsta, quem transit, et vadit semper versus meridiem, et peruenit ad

aquam Chernech, ubi venit ad arborem twlvyrk nuncupatam; inde currit versus occidentem per aquam Chernech, et venit ad clausuram ipsius aque, vbi pisces capiuntur; inde per eandem aquam similiter ad occidentem eundo venit, vbi fluuius Luqui dictus cadit ad aquam Chernech; inde vadit per ipsum Luky fluuium versus aquilonem, et venit ad locum vbi fluuius Wrboycha dictus iungitur antedicto Luky fluuio; inde per eundem Wrboycha fluuium declinat, et venit ad campum qui dicitur Treztenopole; et eundem campum transeundo vadit semper versus aquilonem, donec venit ad Dubouchpathaka; inde per eundem Dubochpotok declinat adhuc versus aquilonem, donec venit ad locum vbi cadit Ztopchenykpotok in eundem Doboch fluuium; inde per ipsum Doboch fluuium versus aquilonem eundo vadit, donec venit ad superius dictam arborem piri, videlicet ad priorem metam, et ibi terminatur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam ad instanciam et peticionem predicte domine reliete Posa et filiorum suorum in huius rei testimonium presentes litteras nostras eidem Gregorio kenezyo concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in vigilia festi Pentecostes anno Domini M°CC° sexagesimo octauo.

(Robert Károly királynak 1323. III. nonas Januarij »Gregorius, Petrus, Paulus et Pousa filij Nicolai, filij Gregorij de Posaga« kérésére kiadott megerősítő privilegiumából, mely a pozségai káptalannak 1317. »in vigilia Beati Mathey Apostoli« »Nicolaus filius Gregorij« kérésére készült átiratát, és Robert Károly királynak 1317. XI. kalendas Januarij »Nicolaus filius Gregorij nobilis de Posaga« kérésére kiadott megerősítő okmányát is foglalja magában; a budai kir. kamarai levéltárnak Zágrábban lévő részében.)

417.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Timoté zágrábi püspök Gergely a keresztesek szent-mártoni jobbágyától négy szolgát vett. 1268.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 137. l.)

418.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Juniszlav Diminuknak fia és érdektársai bizonyos földbirtokot Knezapolyai Péternek eladtak. 1268.

Capitulum Zagrabiensis Ecclesie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam harum seric uolumus peruenire : quod constituti in nostra presencia ab una parte Junizlao filio Diminuk, Wratk filio Lubizlai, Jacou filio Lubech, Lubizlao filio Gordesa de Brachina, et ab altera Petro filio Rodofi de Knesapola ; idem Junizlaus et ceteri de parte sua prenotati quandam particulam terre eorum site subtus Doluch, contiguam terre predicti Petri, confessi sunt se vendidisse predicto Petro, et per eum suis heredibus heredumque successoribus iure perpetuo possidendam pro quidecim pensis denariorum Zagrabiensium, quorum singule quinque pense marcam tunc temporis faciebant, quas se dixerunt ab eodem plenarie recepisse. Prima vero meta terre vendite, sicut partes nobis retulerunt, incipit ab oriente a metis terre Petri supradicti, que Kenesapola nuncupatur ; inde procedit versus orientem iuxta terram Radoan, et ascen-

dit paruum montem ad arborem hrazt; inde venit ad arborem nucis; inde descendit per paruam vallem siccam, et venit ad arborem brezt; inde procedit et venit ad arborem cherosna; inde transit riuulum vnum et ascendit paruum montem, vbi habet arborem pomi siluestris, sub qua est meta terrea; inde uertitur ad septemtrionem, et iuxta metas predictorum venditorum procedit et venit ad fontem quendam qui Grabrouch nuncupatur; inde in eodem fonte procedens per paruum spacium venit ad arborem pini; inde procedit ad locum qui dicitur Zlatina; inde iuxta metas Coztizlau filij Pribizlai, et per latus montis venit ad uirgultum quod hrazt dicitur; inde procedit supra et arborem nucis, et venit ad metas terre Petri supradicti. Astiterunt eciam commetanei terre uendite, scilicet Mark filius Marci Comitis, et Rodoan supradictus, qui pro se et omni generacione sua uendicionem factam consensu suo ratificantes vnanimiter approbarunt. In cuius rei testimonium presentes ad instanciam parcium contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum die dominica ante festum Beati Michaelis Archangeli anno ab Incarnacione Domini millesimo ducentesimo LX° octauo.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárnak Zágrábban lévő részében.)

419.

Mária királyné Dezka földtért a budai káptalan által megvizsgáltatja. 1268. körül.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 15. l. Nagy Imre közleménye.)

420.

Mária királyné kiküldött birái által a tárnokvölgyi földtérhez tartozó Dezka birtok iránt a budavárbéli polgárokat esküre kötelezteti. 1268. körül.

(**A gróf Zichy család Okmánytára** I. köt. 16. l. Nagy Imre közleménye.)

421.

Olivér mester IV. Béla királynak jelenti, hogy a berki és dezkai határokból a budavárbéli polgárok által Tárnok földéhez elfoglalt birtok iránt folyamatban lévö perben a feleket a király elé megidézte. 1268. körül.

(**A gróf Zichy család Okmánytára** I. köt. 15. l. Nagy Imre közleménye.)

422.

A budai káptalan bizonyítványa arról, hogy a budavárbéli polgárok Duska föld iránt a nekik oda itélt esküt nem tették le. 1268. körül.

(**A gróf Zichy család Okmánytára** I. köt. 18. l. Nagy Imre közleménye.)

423.

A budai káptalan IV. Béla királynak Walter comes és több budai polgár megidéztetését jelenti. 1268. körül.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 19. l. Supala Ferencz közleménye.)

424.

Törvénykezési tanúsítvány a tárnokvölgyi Dezka nevü birtok iránti peres ügy tárgyalásának elhalasztásáról. 1268. körül.

A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 16. l. Nagy Imre közleménye.)

425.

IV. Béla királynak szabadságlevele a zágrábi püspöknek Vrbaszmegyei népei számára. 1269.

Bela Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanicque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in omnium salvatore. Regalis misericordie immensitas quamvis ex sui providencia sublimia prospiciat alto consilio providen-

do, tamen humilia respicit, a suis oneribus sublevando. Proinde ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire : quod cum populi venerabilis patris Thymotei Episcopi Zagrabiensis in Comitatu de Vrbaz existentes per continuos descensus Baronum nostrorum, et per Comitem de Vrbaz, ac per Curiales Comites eiusdem, qui fuere pro tempore, se conquerentur fuisse plurimum aggravatos; nos qui Ecclesias Dei et ad easdem spectantes protegere consuevimus et fovere, ne in eisdem Divine laudis organa suspendantur, sed Divini cultus nominis amplietur, ad instanciam venerabilis patris Tymotei, miseracione Divina Episcopi Zagrabiensis, dilecti et fidelis nostri, iam dictis populis et iobagionibus suis talem graciam et misericordiam duximus faciendam : quod nullus Baronum nostrorum descensum super eosdem presumant facere violentum, et ut servicia sua iam dicto venerabili patri debita, iidem populi et iobagiones facilius impendere valeant, de aliis gravaminibus expediti, de gracia concessimus speciali, quod Comites de Vrbaz, vel Curiales Comites eiusdem, pro tempore constituti, in ullo casu eosdem valeant iudicare, prout libertas aliorum populorum eiusdem venerabilis patris id requirit, cum ipsos a iudicio Parochialis Comitis omnino eximentes nostro et eiusdem Episcopi iudicio duxerimus per omnia reservandos; ita videlicet, quod si dictus Episcopus in reddenda iusticia querelantibus contra ipsos negligens fuerit ac remissus, extunc idem Episcopus, et non populi nec iobagiones sui supradicti, ad nostram citabitur presenciam ad terminum competentem. Ut igitur hec nostre concessionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec per quempiam processu temporum retractari valeat aut in irritum quoquomodo revocari, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Demetrii Prepositi Albensis, aule nostre Vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri anno Domini MCCLXIX. Regni autem nostri anno XXX quarto.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 146. l.)

426.

IV. Béla királynak szabadalma a zágrábi püspöknek somogymegyei népei számára. 1269.

(Tkalcsics, Monum. historica Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 144. l.)

427.

IV. Béla király megerősíti II. Endre királynak a zágrábi egyház jogait tárgyazó 1217-ki privilegiumát. 1269.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 145. l. L. fentebb a 94. számot.)

428.

IV. Béla királynak itéletlevele, melylyel a Vatán lakó Salamon nemzetségbeliek és a Lég s Potonyban lakó királyi udvarnokok közt bizonyos peres ügyet elintéz. 1269.

Bela Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex omnibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Satis

honoris nostri fastigia querimus prudenter extollere, et cuique subiectorum nostrorum ius suum tribuimus, et ipsorum indempnitati consulimus preuia racione. Eapropter notum facimus per presentes vniuersis, quod cum inter nobiles de genere Salomon de villa Vata ex vna parte, et vduornicos nostros de Chollocuz de villis Leg et Poton super quadam terra paludosa susscitata fuisset materia questionis, et ea primo coram Laurencio Palatino Comite Symigiensi dilecto et fideli nostro, et postmodum coram nobis fuisset diucius uentilata; tandem quia ijdem nobiles se fuisse in possessione illius terre contenciose, nec per instrumentum aliquod, nec per raciones aliquas efficaces constare — — — nullatenus potuissent, sed eisdem vduornicis nostris in possessione illius terre existentibus metas eiusdem terre destruxerant nobiles antedicti; decreuimus, ut ijdem vduornici ad possessionem illius terre inducantur iterato, et eisdem restituatur pleno iure. Quam quidem terram eisdem vduornicis nostris per fidelem nostrum Michaelem Comitem de Zoulum sub testimonio Capituli Posoniensis fecimus assignari. Cuius terre mete, prout in litteris Capituli Posoniensis vidimus contineri, hoc ordine distinguntur : Prima meta incipit a parte occidentali a quadam uena, que Eper uocatur, et iuxta ueterem metam noua meta est erecta; ex inde uadit ad ueterem metam ad partem orientalem ad locum qui *aruk* uocatur, et iuxta illam ueterem metam, que destructa apparuit, noua meta est erecta; deinde uadit ad uiam, que *altaluth* uocatur, vbi eciam similiter destrucciones metarum apparuerunt, et est ibi erecta noua meta; et exinde progreditur, et uadit uersus orientem, uenit ad aquam Sard, et ibi est erecta noua meta; deinde semper procedendo uersus orientem venitur ad locum, qui Sardzeg vocatur, et ibi similiter apparuerunt destrucciones metarum, et est noua meta erecta; et exinde uadit ad locum, qui Livkeurim dicitur, et ibi apparuerunt destrucciones metarum, et est noua meta erecta; deinde tendit ad locum qui Homuhailuk dicitur, ibi apparuerunt destrucciones metarum, et est ibi erecta noua meta; deinde progreditur et vadit ad locum, qui Fenek uocatur, et similiter ibi apparuerunt destrucciones metarum, et ibi est erecta noua meta; et deinde tendit ad insulam equorum, et ibi in loco similiter destructarum metarum noua meta est erecta; et exinde transit

et progreditur circa montem, qui Oronhos dicitur, et vadit usque illum locum, qui Forcosholm dicitur, et ibi eciam noua meta est erecta; et ibi terminantur mete ipsius terre. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes (litteras) concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M°CC°LX° nono. Regni (autem nostri anno tricesimo quarto.)

(Eredetie bőrhártyán felette megrongált állapotban, a sárga-vörös selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban. Sok hibával kiadva Fejérnél Cod. Dipl. IV. köt. 3. r. 488. l.; v. ö. a Hazai Okmánytárt I. k. 40. l.)

429.

Béla szlavoniai herczeg három helységet oda itél a zágrábi egghháznak Bratonának fiai és unokái ellenében. 1269.

Bela Dei gracia Dux tocius Sclauonie, Dalmachie, Croachie universis presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire: quod cum Ducatum tocius Sclauonie, Dalmachie et Croachie ex voluntate Serenissimi patris nostri Bele Quarti, Regis Hungarie, primitus instrassemus, nobis in Zagrabia existentibus, quidam filii et nepotes Bratona, iuxta fluvium Jalseueth existentes, videlicet Otrochk cum filiis suis, Torcha cum filiis suis, Mirozlaus, Ratk, Velizlou, Gerdos cum filiis suis, Martino et aliis, Dragizlao, Ozul, Wlk, et ibidem iuxta dictum fluvium Jalseueth, Zlobk cum filio suo, Brathk et aliis cognatis suis, item Donk, Neudassa, item filii et nepotes Chutk, Stephanus, Benk, Wlchina, Otho et filii Wlcodrug, item filii et nepotes Godigoy, Wlksa, Pubisa, Gurdaueth ac tota generacio predictorum in tribus villis contra Capitulum et Canonicos Zagra-

bienses nobis acclamarunt : quod ipsos, cum fuissent iobagiones Castri Zagrabiensis, dictum Capitulum et Canonici de novo violenter occupatos detinerent. Quorum assercionibus auditis, dictum Capitulum et Canonicos ad nostram presenciam fecimus evocari, et terminis quibusdam interlapsis, in termino tandem perhemptorio supradictis hominibus eadem allegantibus, dicti Canonici proposuerunt, prescripcionem legitimam allegantes, quod terram trium villarum supradictarum et ipsos a quinquaginta annis minus uno, ipsi et Ecclesia Zagrabiensis pacifice possedisset; et hoc per litteras patris nostri, et per litteras Serenissime matris nostre Regine Vngarie ipsis presentibus probaverunt. Nos autem habito consilio cum Baronibus nostris, nobis tunc considentibus, quia dicti filii Bratona et alii ex parte eorum prenotati nec inter(r)upcionis litteras presentare poterant, nec aliquas raciones, que pro ipsis facerent allegare, sed tantummodo verba proferebant, licet propter litteras domini Regis et Regine dictos homines et terram dicto Capitulo relinquere debuissemus possidendos, sicut et in possessione fuerant; tamen ut clamoribus eorum satisfiat, ad maiorem cautelam et rei evidenciam sex homines maiores de Capitulo, ex quibus tres supradicti homines eligerent, et alii tres ex Capitulo assignati, prestarent sacramentum super eo, quod dicta Ecclesia terras dictarum trium villarum a quinquaginta annis minus uno pacifice possedisset. Et in loco sacramenti Magister Petrus Zagrabiensis, Magister Nicodemus de Kemnuk Archidiaconi, et Magister Drisa Lector Ecclesie Zagrabiensis, per dictos homines nominati et assumpti; Magister Buza Cantor, Magister Mychael, Custos Ecclesie Zagrabiensis, et Magister Benedictus Archidiaconus de Guerche, licet prefati homines se culpabiles proclamassent, coram Capellano nostro Saulo sacerdote ad hoc deputato et sacramentum eis remittere voluissent, nichilominus dicti Magister Petrus et alii supranominati de iuris sui beneficio confidentes, coram dicto Capellano nostro Saulo sacerdote iuraverunt in maiori Ecclesia in altari Sancti Regis super eo, quod terram dictarum trium villarum Ecclesia supradicta a quinquaginta annis minus uno quiete et pacifice possedisset. Nos autem meritis cause et allegacionibus parcium plenius intellectis, habito

consilio Baronum nostrorum, supradictas villas cum pertinenciis suis adiudicavimus Capitulo memorato, parti adverse perpetuum silencium imponendo. Et si umquam aliquis ex ipsis vel heredibus ipsorum questionem aliquam movere acceptaverint super possessionibus supradictis, tamquam calumpniatores sine aliqua excusacione modis omnibus puniantur. Ne igitur huius rei series processu temporis per quospiam valeat in dubium revocari, in perpetuam huis rei memoriam presentes litteras supradicto Capitulo concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie anno Domini MCCLX. nono.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 147. l.)

430.

Béla szlavoniai herczegnek négy helységet tárgyazó itélete Pribiszló comes özvegye és a zágrábi káptalan közt. 1269.

Bela Dei gracia Dux tocius Sclauonie, Dalmacie et Croacie omnibus presens sriptum inspecturis salutem in vero salutari. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire : quod cum relicta Pribizlai Comitis, nomine Lilium assistentibus sibi generis suis, Egidio videlicet filio Berizlai, Alexandro filio Cozme de genere Tyboldi, et Ivan filio Salamonis, traxisset coram nobis fideles nostros Capitulum videlicet Zagrabiensis Ecclesie in causam, impetendo eosdem super quatuor villis : Casna Superiori, Blagusa, Novo Predio vocatis et Insula cum portu in Zaua, quas dictum Capitulum, sicut iidem affirmabant, habuit a quinquaginta annis, tenuit pacifice et possedit. Tandem dicta relicta Pribizlai et generi sui, qui racione quarte, quam debitam suis uxoribus in dictis villis coram nobis vendicabant, propter bonum pacis huius-

modi forma composicionis inter eos et memoratum Capitulum ex nostra permissione intervenit; quod Capitulum Zagrabiensis Ecclesie pro eo, quod progenitores relicte Pribizlai Ecclesie fideliter serviverint et devote, et ab eadem Ecclesia enutriti fuerint et eciam educati, nulla iuris necessitate coacti, sed dumtaxat sola pietate ducti, et ut vexacionem redimere valeant, solverunt, numeraverunt et tradiderunt eidem relicte Pribizlai triginta quinque marcas, et suis generis prescriptis Egidio decem et octo marcas, Alexandro decem et octo marcas, et Ivan totidem marcas, quas iidem confessi sunt se recepisse et eciam plenarie habuisse. Renunciantes coram nobis pure et spontanee omni iuri, questioni seu accioni, quod vel que eisdem in dictis villis competebat vel competere videbatur contra Ecclesiam prenotatam. Obligaverunt insuper se Egidius et socii eiusdem nomine suo et nomine uxorum suarum ac heredum, pro qua quarta dictum Capitulum impetebant, quod tam ipsi quam heredes eorum heredumque successores contra omnes tam propinquos quam extraneos, si qui super quarta quam eorum uxoribus in memoratis villis seu terris deberi dicebant vel occacione earumdem moverent deinceps quocumque modo vel ingenio contra Capitulum antedictum questionem; iidem suis laboribus et expensis Ecclesiam Zagrabiensem indempnem reddere, ab omnibus impetitoribus defendere et expedire teneantur. Affuit eciam Mathei, filius Borch, nepos Kinciani filius filie sue nomine Anna, qui similiter habitis et numeratis viginti marcis ex parte Capituli supradicti racione quarte contingentis matrem suam, filiam scilicet Kinciani, quod nomine quarte in memoratis villis requirebat, cessit et renunciavit omni juri et accioni, quod vel que occasione quarte huiusmodi contra Ecclesiam Zagrabiensem eidem competere videbatur. Obligans se et heredes suos heredumque successores nomine matris sue, quod Ecclesiam Zagrabiensem super iure premisse quarte ab omnibus impetitoribus tam propinquis quam extraneis illesam et indempnem reddere, suisque laboribus et expensis expedire teneatur. Ut autem premissa composicio seu ordinacio robur perpetue firmitatis optineat, ad peticionem et instanciam partium presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum Zagrabie, quinta feria proxi-

ma post octavas Epiphanie Domini anno gracie millesimo ducentesimo sexagesimo nono.

(Tkalcsics, Monum. histor. Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 138. lap.)

431.

Béla szlavoniai herczegnek bizonyságlevele, hogy Farkas Damiánnak fia több szolgát részint eladott, részint átengedett a topuskai apátnak. 1269.

(Tkalcsics, Monumenta hist. Episcopatus Zagrabiensis I. köt. 148. lap.)

432.

IV. Kelemen pápa a magyarországi rendeknek, a tizedeket tárgyazó, s az egyházra nézve hátrányos intézkedését semmisnek nyilatkoztatja. 1269.

Nos Philippus Dei gracia Strigoniensis, Stephanus Colocensis Archiepiscopi, Lampertus Agriensis, Paulus Vesprimiensis, Philippus Vaciensis, Lodomerius Waradiensis Episcopi, significamus quibus expedit omnibus presencium per tenorem : Nos et omnes Episcopos Regni Vngarie recepisse litteras Apostolicas sub hac forma :

Clemens Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis et dilectis filiis ceteris Prelatis Regni Vngarie salutem et Apostolicam benediccionem. Inter ceteras dotes graciarum ubertate plenas et fecundas, in quibus superna disposicio voluit Ecclesias honorari, dotavit eas beneficio libertatis, cuius privilegium eo

potius affectamus in suo vigore persistere, quo in eius lesione si qua referri sibi contingeret, durius gravaremur. Ad hec igitur, sicut expedit, animum convertentes, id, quod sicut ad nostrum pervenit auditum, Barones et alii nobiles dicti Regni, Divine legis institucionem pervertere non verentes in preiudicium libertatis ecclesiastice duxerant statuendum, videlicet: ut decime non solverentur Ecclesiis iuxta morem et ipsius Regni consuetudinem pacifice diutius observatam; et carissimi in Christo filii nostri Bela et Stephanus, Vngarie Reges illustres auctoritate Regia confirmarant, corporali prestito iuramento, quod illud observarent et facerent a suis subditis observari; omnino irritum et innane decernimus, dictum iuramentum temerarium reputantes, et ipsos Reges decernentes ad observacionem ipsius aliquatenus non teneri. Quocirca, prout nostrum nos hortatur officium, vobis per Apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatenus vos universi et singuli circa tuicionem libertatis ecclesiastice ac defensionem iurium ecclesiasticorum sollicite vigilantes, latas seu ferendas propter hoc a nobis comuniter vel divisim excommunicacionis vel interdicti seu quascunque sententias inviolabiliter observetis, et faciatis alterutras sententias, quantum in vobis fuerit, observari, et Ecclesias vobis subiectas, et clericos earumdem prout ad vestrum spectat officium in suis iuribus et libertatibus defendatis. Decimas nichilominus eisdem Ecclesiis iuxta morem et consuetudinem patrie debitas ab ipsarum Ecclesiarum parochianis exigere nullatenus obmittentes, non obstante aliquo statuto contrario a laicis super hec edito, litteris Regum Regni Vngarie ac Regum eorumdem iuratorum prestatione vallato. Preces igitur et mandatum apostolicum super hiis taliter adimplere curetis, quod vos de negligencia redargui sed de sollicitudine commendari potius valeatis. Pro certo scituri, quod si secus per vos fieri contingeret, defectus vester posset in penam et dispendium redundare. Datum Viterbii VIII. kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno quarto.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 143. l.)

433.

Fülöp ravennai érsek és apostoli követ Gausono Endrének paduai kanonoknak, ki ragusai érseknek választatott, ezen érsekségre nézve egyházi meghatalmazást ad. 1269.

Philippus Dei et Apostolice Sedis gratia Ravennatensis Archiepiscopus, Apostolice Sedis Legatus, viro discreto Andree Gausono Canonico Paduano salutem in Domino. Admonet nos cura sollicitudinis commissi nobis officii, ut circa cunctas Ecclesias infra Legationis nostre terminos positas considerationis intuitum dirigamus; sed eo amplius circa magis nobilia membra Romane Ecclesie vigilare nos convenit, quo ab ipsis plus exigitur, cum eis noscatur probabiliter plus commissum. Cum igitur Ecclesia Ragusina vacante ad ipsius regimen sis assumptus; nos volentes, ut ipsa Ecclesia, cum Metropolitana existat, tam in se, quam in subiectis sibi Ecclesiis non patiatur defectum, curam et administrationem ipsius Ecclesie tam in spiritualibus, quam in temporalibus, auctoritate qua fungimur, tenore presentium, intuitu et contemplatione Illustris et Magnifici viri domini Laurentii Teopoli incliti Ducis Venetiarum tibi fiducialiter duximus committendam; sperantes, ut, cum ad eandem Ecclesiam sis electus, eam maiori affectione diligas, et circa ipsius commoda ferventiori affectu te debeas exercere. Ad predictam eius curam et administrationem tibi committendam illa ratio nos inducit, quia ipsius Ecclesie Capitulum te duxit in suum Archiepiscopum concorditer eligendum. Tu ergo, tanquam vir prudens, ex nunc eandem curam et administrationem suscipias, et omnia et singula in spiritualibus et temporalibus facias, que utilia credideris et videris expedire, ut preter retributionis Divine premium consequaris ab hominibus nomen bonum; contradictores monitione premissa per censuram ecclesiasticam compescendo. In cuius rei testimonium presentes litteras

fecimus sigilli nostri munimine roborari. Datum Ravenne II. kalendas Maii anno M°CC° sexagesimo nono, indictione XII.

(Farlati, Illyricum Sacrum IV. köt. 111. l.)

434.

Ernei országbíró azon duruzmoti részbirtokot, melyet az idevalók Tódor comestől elvettek, annak visszaitéli. 1269.

(Hazai Okmánytár I. köt. 41. l.; néhai Ráth Károly közleménye.)

435.

Detrik zágrábi főispánnak bizonyságlevele, hogy Zochnak fiai Sepnicha örökbirtokukat Endre comesnek eladták. 1269.

Nos Detricus Comes Zagrabiensis notum facimus quibus expedit universis: quod constitutis in nostra presencia ab una parte Endrech Terrestre Comite, et ab altera Zork, Descen, Crican, et Zoderin, filiis Zock, iidem filii Zock quandam particulam terre sub metis infrascriptis, de terra eorum hereditaria in Zepniche, confessi sunt se vendidisse Endrech Comiti supradicto, et per eum suis heredibus heredumque successoribus iure perpetuo possidendam, pro quindecim pensis denariorum Zagrabiensium, quorum singule quinque pense marcam tunc temporis faciebant, quas se dixerunt ab eodem plenarie recepisse. Astiterunt eciam commetanei terre

vendite, scilicet Micula, Micus et Stephanus, filii Nicolai, et consanguinei venditorum, scilicet Cherne, nepos Bulezod, Iwris, Georgius, Gozcina, Iwanech et Drugoyk, qui vendicionem factam consensu suo unanimiter ratificantes approbarunt. Cuius terre prima meta, sicut partes nobis retulerunt, incipit in arbore narfa iuxta ripam fluvii Zepniche, et in eodem fluvio Zepniche vadit superius et perveniet in locum, ubi duo fluvii Zepniche cadunt in unum, et ibi exit versus orientem ad metam terream, que est sub monte; abinde ascendit directe ad montem, et perveniet ad finem vinee Branizlai, iobagionis Petri Cantoris, inde ad metam terream; illinc declinat ad partem meridionalem, et per promontorium procedendo descendit ad metam terream, et ibi transit viam que ducit ad ecclesiam Sancti Petri per modicum spacium ad metam terream, hinc reducitur ad priorem metam, et ibi terminatur. Datum Zagrabie, feria quinta proxima post dominicam Letare, anno Domini MCCLXIX.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 140. l.)

436.

Az orodi káptalannak bizonyságlevele, hogy Achilles Chudnak fia Varsánd-i részbirtokát rokonainak Ompud és Fábiánnak eladta. 1269.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 19. l. Véghelyi Dezső közleménye.)

437.

A pécsi káptalannak bizonyságlevele, hogy Timoté zágrábi püspök bizonyos Vaska melletti földet Orbán Pobradnak fiától vett. 1269.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 142. l.)

438.

A raguzai káptalan újonnan választott érsekét Gausano Endrét üdvözli. 1269.

In nomine Domini Amen. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi M°CC°LX° nono, mensis Junii die quarta intrante, inductione XI., presentibus Andrea de Zerev, Marino filio Viti Sorgo, Prepreda Matthei dicto de Ragusio, et aliis; Presbyter Donatus Sancte Hieremie de Venetiis presentavit et dedit quasdam litteras domini Philippi Dei et Apostolice Sedis gratia Archiepiscopi Ravennatensis sigillo cereo sigillatas Capitulo Ragusino, tenor quarum talis est:

Philippus stb. viro discreto Andree Gausonio stb. Admonet nos stb. (mint fentebb 433. sz. a.)

Quibus visis et lectis et diligenter intellectis, habita diligenti deliberatione inter eos de Capitulo, unanimiter et concorditer, nullo penitus addicente, laudaverunt, acceptaverunt, ac etiam approbaverunt administrationem factam per dominum Legatum de persona domini Andree antedicti; et ad maiorem certitudinem mandaverunt hoc instrumentum

sigillo Capitulari communiri. Datum est hoc in sala Archiepiscopatus Ragusini.

Ego Nicolaus Sanctorum Apostolorum Presbyter et Notarius his predictis interfui et rogatus scripsi, complevi et roboravi.

(Farlati, Illyricum Sacrum VI. köt. 111. l.)

439.

A veszprémi káptalannak bizonyságlevele, hogy Zák nemzetségbeli Pósa Bere nevü birtokát, veszprémi malomrészét, s néhány szolgáit és szolgálóit Zák nemzetségbeli Konrád mesternek elörökítette. 1269.

(Hazai Okmánytár IV. köt. 46. l. Véghelyi Dezső közleménye.)

440.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Vratiszlav Jákónak fia zagoriai birtokát Ivanka comesnek eladta. 1269.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrabiensis I. köt. 141. l.)

441.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy Timote zágrábi püspök több Kamarchiai lakost a kiközösítés büntetése alól felmentette. 1269.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 139. l.)

442.

IV. Béla király a pannonhalmi monostor Dienes birtokát Pozsonyvármegye törvénykezési hatósága alól kiveszi. 1270.

(Hazai Okmánytár IV. köt. 48. l.; néhai Ráth Károly közleménye.)

443.

IV. Béla király megerősíti Timotét zágrábi püspököt Vaska melletti birtokában. 1270.

(Tkalcsis, Monum. histor. Episc. Zagrab. I. köt. 151. lap. V. ö. a pécsi káptalannak 1269-ki bizonyságlevelét, mint fentebb 437. sz. a.)

444.

István ifjabb királynak Cs pántelek birtokot tárgyazó adománya Mátyás, Senete fia számára. 1270.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 21. l. Véghelyi Dezső közleménye.)

445.

Henrik szlavoniai bánnak itéletlevele, mely szerint a zágrábi püspök és a petrinai vendégek a tizedek tárgyában törvénykezésileg egyezkedtek. 1270.

Nos Henricus Banus tocius Sclavonie significamus universis quibus expedit memorie commendantes presencium per tenorem : quod cum Petrus, filius Rodolphi, Maior ville de Petrina et cives de eadem villa, ac alii homines ad ipsam spectantes, qui terrestres dicuntur, denegassent dare decimas suas in specie venerabili patri domino Thimotheo Episcopo Zagrabiensi, frugum scilicet, vini, millii, apum et minuta earumdem, kytas videlicet, gallinas et decimam de custodia porcorum, que wlgo polyche dicuntur, ac decimam tributi fori, nec non mediam decimam precessorie, que vicesima dicitur, prout alias dare et solvere consveverant, et decimam agnorum ; et propter hoc idem dominus Episcopus premissis legitimis ammonicionibus et inductionibus salutaribus, sicut moris est, cum proficere non potuisset cum eisdem, et senten-

ciam excommunicacionis tulisset in scriptis in certas personas de eadem villa Petrina, et interdicti contra totam villam, et homines terrestres ad ipsam villam spectantes; tandem procuratore seu nuncio venerabilis patris domini Thimothei Episcopi memorati ex parte una, et Petro Maiore ville de Petrina, ac quibusdam aliis civibus de eadem villa, dicto villico nomine ville assistentibus, scilicet Woyn, Pousa, filio Sydonin, coram nobis constitutis ex altera; idem Petrus de voluntate hospitum de Petrina, ac socii eiusdem predicti, qui secum in presenciarum aderant, prestito sacramento tactis sacris codicibus ewangeliorum, sicut iidem coram nobis sunt confessi ad cor redeuntes, assumpserunt de voluntate, ut premisimus, consensu beneplacito ac expresso mandato hospitum eorumdem : quod deinceps in antea omnium rerum suarum iustas decimas frugum, scilicet, vini, agnorum, apum, ac de custodia porcorum, que polyche dicuntur, dabunt in specie tam ipsi hospites, quam ad eosdem spectantes, qui terrestres dicuntur. Item pro minutis decimis, millii scilicet, kytarum et gallinarum, tam ipsi hospites, quam alii homines terrestres ad ipsam villam spectantes, ac eciam sellarii eorumdem hospitum de singulis fumis, singulos duos denarios dare et solvere tenebuntur. Alias vero decimas premissas dare in specie debebunt secundum modum superius annotatum. Ad hec assumpsit idem Petrus, Maior Ville, et predicti socii eiusdem, nomine predicte ville et mandato, quod racione decime tributi fori ville sepedicte, tam ipse Maior Ville, quam alii qui fuerint pro tempore constituti, dicto domino Thimotheo Episcopo vel eiusdem successori, aut certo homini eiusdem domini Episcopi singulis annis singulas tres pensas denariorum Zagrabiensium circa festum Sancti Martini dare et solvere debebunt. In quibus omnibus premissis et singulis premissorum se debitores coram nobis recognoverunt se debere premissa omnia et singula premissorum sunt confessi; obligantes se iidem nomine et mandato dictorum hospitum de Petrina, quod omnia premissa tam ipsi quam eorum heredes inviolabiliter observabunt. Et ut presens ordinacio robur obtineat firmitatis, ipsam pro maiori rei certitudine ad instanciam parcium nostri sigilli munimine duximus roborandam. Datum et ac-

tum in Selen, quinta feria proxima post dominicam Invocavit anno Domini MCCLXX.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 149. l.)

446.

A budai káptalannak bizonyságlevele, hogy Martonvásárai Gergely fekvö birtokát a Sz. Mária szigetén lévö apáczazárdának hagyományozta. 1270.

A B C D

Omnibus in Christo pie uiuentibus Capitulum Budensis Ecclesie salutem in Domino sempiternam. Vniuersitati uestre tenore presencium duximus declarandum, quod quidam Gregorius nomine de villa Mortunvasara in nostra personaliter constitutus presencia, confessus est; quod possessiones suas, videlicet totam terram suam Thordos uocatam metis et signis circumquaque distinctam, et vineas suas, ac omnia bona sua mobilia et immobilia, in quibus neminem cognatorum suorum aliquid iuris dicit habere, sororibus de Insula Sancte Marie pro remedio anime sue, eo quod heredum careret successione, reliquit et dimisit perhenniter possidenda. Ita tamen, quod quamdiu idem Gregorius et vxor sua vixerint, de redditibus ipsarum suarum vtentur et fruentur pro arbitrio sue uoluntatis; et si alterum eorum mori contingat, alter qui superstes fuerit, eodem modo de redditibus ipsarum possessionum usque ad tempora vite sue perfruetur; si uero ipsum superstitem mori contingat, memorate possessiones in ius et dominium dictarum sororum, sicut prediximus, deuoluentur pleno iure possidende. In cuius rei memoriam prefato Gregorio instanter petente litteras presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Ambrosij Scola-

stici Budensis anno Domini M°CC° septuagesimo. Nicolao Cantore, Petro Custode, Bedeu Decano, Scela sacerdote, Damiano et Petro Magistris, ceterisque Canonicis existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, zöld selyemzsinóron függő pecsét alatt; a budai kir. kamarai levéltárban.)

447.

A budai káptalannak bizonyságlevele, hogy Nanabezter nemzetségbeli Demeter Sóskút nevű peres földre nézve a Sz. Mária szigetén lévő apáczazárdával barátságosan egyezkedett. 1270.

A B C D

Nos Capitulum Budensis Ecclesie significamus, quod fratre Nicolao procuratore sororum de Insula Sante Marie pro eadem Ecclesia ab una parte, et Demetrio filio Bezter de genere Nanabezter de villa Berky ex altera, coram nobis personaliter constitutis proposuerunt; quod in causa, quam dictus Demetrius pro quadam terra Souskut uocata contra memoratas sorores de Insula Sancte Marie mouerat, quam terram nobilis matrona, relicta videlicet Magistri Nane, Ecclesie Beate Marie Virginis de Insula antedicta pro remedio anime sue legauerat, taliter conuenissent: quod predictam terram prenotatus Demetrius cum suis omnibus vtilitatibus, quas de proprijs laboribus et expensis in ipsa terra parari fecerat, usque ad tempora vite sue possidebit, defuncto uero Demetrio absque heredum successione eadem terra in ius Ecclesie Beate Marie de Insula deuoluetur; si autem idem Demetrius filium superstitem habuerit, si eidem filio placuerit, terram antedictam cum omnibus super eadem terra hedificatis uel plantatis, prout eadem terra fuerit tunc temporis estimata, liberam habet redimendi facultatem, tocius terre precio memoratis sororibus in solidum persoluto. Super quo facto partibus sic vo-

lentibus et petentibus litteras presentes concessimus sigilli nostri muniminc roboratas. Datum per manus Magistri Ambrosij Scolastici Budensis, anno Domini M°CC° septuagesimo. Nicolao Cantore, Petro Custode, Bedeu Decano, Sala sacerdote, Damiano et Petro Magistris, ceterisque Canonicis existentibus.

(Eredetie bőrhártyán, melyről a pecsét vörös selyemzsinóron függ; a budai kir. kamarai levéltárban.

448.

A pécsváradi konventnek bizonyságlevele, hogy Mortunus és érdektársai Naragi Tamás és érdektársaival bizonyos odusfalvi peres földek iránt egyességre léptek. 1270.

(A gróf Zichy család Okmánytára I. köt. 25. l. Nagy Iván közleménye.)

449.

A keresztesek új-udvari konventjének bizonyságlevele, hogy Bakolnuki Moys mester Bakolnukban lévő két szöllőt Izsépnek és Geletiének zalamegyei várjobbágyoknak átengedte. 1270.

Nos frater Albertus Preceptor Domus Hospitalis de Noua Curia memorie commendantes significamus vniuersis, quod constitutis coram nobis Magistro Moys filio Petri de Bakolnuk ab vna parte, Ysep filio Vrban et Gelechie filio Ze-

gun jobagionibus Castri Zaladiensis de eadem Bakolnuk ab altera, idem Moys uiua uoce confessus est, se reliquisse ac dimisisse illas duas vineas sitas in Bakolnuk in terra eorundem, pro quibus ipsos in causam atraxerat, Ysep et Gelechie supra dictis et ipsorum posteritatibus perpetualiter et pacifice possidendas. Que quidem vinee quondam per eosdem prefato Moys vendite fuerant, et postmodum ab eodem iusta empcione Ysep et Gelechie prefatis reuolute, prout partes oretenus affirmarunt. Quarum etenim vinearum vna, Ysep videlicet antedicti, que Cueszolen dicitur, iacet versus Woyuoda ad quandam vallem fagineam, habens vnum finem ad orientem, alterum vero ad occidentem; altera autem, scilicet vinea eiusdem Gelethie iacet infra Scekfa inter duas vias, cuius finis vnus protenditur ad meridiem, et alius ad aquilonem. Hoc adiecto, quod si fratres memorati Moys, aut ipsorum successores, Ysup et Gelechie prenotatos racione prescriptarum vinearum impetere attemptauerint, idem Moys aut ipsius heredes tenentur ipsos in causis omnibus expedire. In cuius rei memoriam et munimen perpetuum ad peticionem parcium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno gracie M°CC° septuagesimo.

(XIV. századi másolat a budai kir. kamarai levéltárban.)

450.

A zágrábi káptalannak bizonyságlevele, hogy a topuskai apát megbízottjai, és Marianus Hirink comes fia, Jarowel és Powonia helységek határai iránt barátságosan egyezkedtek. 1270.

Capitulum Zagrabiensis Ecclesie omnibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire: quod constituti

in nostra presencia ab una parte Matheus, Abbas Ecclesie Toplicensis, et frater Guillermus, cellerararius eiusdem loci, pro se et fratribus dicte Ecclesie universis; et ab altera Marinus, filius Comitis Hirink pro se et fratribus suis, Petro scilicet et Johanne, asseruerunt : quod ipsi de controversia et mota questione inter ipsos, et dampnis ac lesionibus que inciderunt in eadem super limitibus terrarum Jarowel, que est Marini et fratrum suarum, et Powonia, que est Abbatis, vocatarum, et de aliis universis contencionibus, que inter easdem partes adusque precesserunt, mediantibus arbitris, scilicet Johanne Comite filio Irizlaii ex parte Ecclesie, et Egidio filio Berizlaii ex parte Marini et fratrum suorum, electis, Torda eciam et Poorseno officialibus Abbatis in collegas arbitrii assumptis, ad concordiam perpetuam sunt perducti, ad quam observandam inviolabiliter se obligarunt, sublata et remota cuiusvis questionis materia ; tante pacis firmitate, quod neutra parcium super premissis ex nunc agendi habeat facultatem mediantibus metis terrarum predictarum subscriptis, in quas finaliter consenserunt. Quarum prima, sicut partes nobis retulerunt, incipit apud rivum, nomine Pulchina, ubi habet duas arbores tul, sub quibus sunt due mete terree ; inde procedit versus orientem et venit ad lacum, qui Lokeu nuncupatur; inde ascendit monticulum super quem sunt due mete terree; inde procedens ascendit iuxta fontem, et venit ad rivulum unum in quo sunt due mete terree; in eodem rivulo ascendit ad duas metas terreas; inde ascendit magnum montem ubi est magna via, iuxta quam sunt due mete terree ; in eadem magna via et eodem monte procedit per frequentes metas terreas, quibus decursis exit de via et descendit in vallem unam ad duas metas terreas; inde ascendit ad cacumen montis, et in eodem cacumine per frequentes metas terreas procedit et venit ad duas arbores tul, sub quibus sunt due mete terree; inde procedit in eodem cacumine per frequentes binarios metarum terrearum, in quorum ultimo unam superiorem, et descendit parumper ad inferiorem viam in latere montis, et exit de eadem via ad dexteram partem, et descendit ad caput fontis, ubi est arbor graber vocata, sub qua sunt due mete terree; inde procedit ad alias duas metas terreas; inde di-

recte transit montem et descendit ad caput rivi, qui Marcusden vocatur, ubi habet duas metas terreas, et per eunden rivulum Marcusden descendit in rivum, qui Jorawel nuncupatur, et ibi commetacio finem habet; remanente secundum processum antedictum terra Marini a dextera parte, et terra Ecclesie a sinistris. In cuius rei testimonium presentes ad instanciam parcium contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria quarta ante Rogaciones anno ab Incarnacione Domini MCC septuagesimo.

(Tkalcsics, Monum. hist. Episc. Zagrab. I. köt. 150. l.)

451.

IV. Béla királynak parancsa H. királyi fölovászmester és mosoni főispánhoz, hogy Gunodi Lorándnak Mosonnak birája ellen jogszolgáltatást eszközöljön. Év nélkül.

B. Dei gracia Rex Hungarie dilecto et fideli suo H. Magistro Agasonum suorum Comiti Musuniensi salutem et graciam plenam. Lorandus (így) de Gunod nobis significauit conquerendo, quod Guza Villicus Musuniensis in multis judicijs conuictus esset contra ipsum, et nullam justiciam ab eodem consequi potuisset. Vnde fidelitati tue mandamus precipientes, quatenus inspectis litteris judicalibus, quas idem Rolandus (így) exhibebit contra ipsum Villicum, de eodem Villico, et genero suo Herbordo, dicto Rolando facias justiciam pleniorem. Datum in Jaurino tercio octauarum Omnium Sanctorum.

Kívül: H. Magistro Agasonum suorum Comiti Musuniensi.

(Eredetie bőrhártyán, a zárpecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

452.

IV. Béla királynak parancsa G. zalamegyei főispánhoz, hogy Sido comest javaiban oltalmazza. Év nélkül.

B. Dei gracia Rex Hungarie fideli suo G. Comiti Saladiensi salutem et graciam. Fidelitati tue mandantes precipimus, quatenus Sidov Comidem fidelem nostrum super terra sua nomine Duclisa et Irev non molestes, donec nos ordinemus super illa, et eundem pocius protegas et defendas obtentu gracie nostre. Et hoc aliter non fiat. Datum in crastino Sancti Michaelis.

Kivül: G. Comiti Saladienhi pro Sidov.

Eredetie börhártyán, a pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban)

453.

IV. Béla királynak parancsa a pécsváradi konventhez, hogy négy várjobbágyot, kik magukat a nyúlszigeti apáczakolostornak felajánlották, ennek statuálja. Év nélkül.

B. Dei gracia Rex Vngarie fidelibus suis . . . Abbati et Conuentui Waradiensi salutem et graciam. Venerunt ad nos Pawa, Pete, Siluk et Jonas, qui se esse dicunt iobagiones Castri de Koasth, committendo seu dando se et terram eorum Monasterio nostro de Claustro Virginis Gloriose. Vnde fidelitati uestre mandamus precipiendo, quatenus cum Nycolao fratre Botiz homine nostro mittatis unum ex uobis

fidedignum, coram quo idem homo noster terram seu possessionem quatuor hominum predictorum statuat et assignet Monasterio nostro antedicto, dimittendo de eadem ad usum quatuor hominum predictorum, prout uidebitur; reanbulet eiam ipsam terram, et metas nouas eleuet in eadem, et postmodum rescribatis nobis metas erectas seriatim. Datum Bude in quindenis Sancti Regis.

Kívül: Abbati et Conuentui Waradiensi.

(Eredetie bőrhártyán, a hátul oda nyomott pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

454.

IV. Béla királynak Biki Agabitnak szólló idézési parancsa. Év nélkül.

Nos B. Dei gracia Rex Hungarie precipimus tibi Agabito filio Pous de Bik, quatenus assumpto tecum testimonio Capituli Jauriensis vadas et cites Jan et Stephanum fratrem eiusdem, Rubinum, Achillem, Buzad et Batur de Boron, ac totam cognacionem ipsius Jan, contra Abbatem de Monte Sancte Marie de Suprunio ad nostram presenciam ad terminum competentum. Datum Posonij sexta feria proxima post mediam Quadragesimam.

(Eredetie bőrhártyán, a pecsét elveszett; a budai kir. kamarai levéltárban.)

455.

Somkút és Rozuzna helységeknek határai IV. Béla király privilegiumának alapján. Év nélkül.

Vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Colomanus Prepositus et Capitulum Ecclesie Strigoniensis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire: quod cum iuxta continenciam litterarum priuilegialium Magnifici viri Comitis Pauli Judicis Curie domini nostri Regis Karoli, seriem concambij quarundam possessionum Somkuth, Rususna, item Wamus et Olsowpanith (et pertinenciarum) ad easdem spectancium in Comitatibus Borsodiensi existencium, demonstrancium et significancium stb. Nicolaus, Ladislaus, Johannes et Petrus filij Benedicti filij Detrici calui; Stephanus, Georgius, Dominicus et (Nicolaus) filij Dominici dicti Bubek, ac Jacobus filius eiusdem Nicolai Magistri nobiles de Chytnuk et de Pelsewch stb. in quindenis Pasce Domini coram nobis comparere stb. debuissent stb. (ezen alkalommal Somkút és Rususna fekvéséről kérdés támadván); quod quia predicte possessionis Somkuth et Rususna intra metas cuiusdam priuilegij gloriosi Principis domini Bele condam incliti Regis Hungarie aurea bulla consignati adiacerent stb. (ez a birtokszabályozásnál zsinórmértékül vétetett.) Prefate autem mete in dicto priuilegio domini Bele Regis per eosdem filios Alexandri in presencia dicti Comitis Pauli Judicis Curie Regie, vt dixerunt, exhibite, ac eciam in priuilegio eiusdem Judicis Curie Regie, quod nos vidimus fide oculata, exinde confecto, quibus prescripte possessiones Somkuth et Rususna circumdantur, et ab alijs possessionibus separantur, contente, hoc ordine protenduntur: quod prima meta est Somkuth, per quam separatur a terra Zahy; deinde vadit ad quendam locum vbi sunt tres mete veteres de terra et lapidibus facte, et quarta noua, per quas separatur a terra Ezeren, et a terra

Pleseuch in parte meridionali; deinde vadit ad partem orientalem per berch cuiusdam montis, qui vocatur Kukenfeketh, et per eundem berch vadit ad quandam arborem paruam nomine *twlfa*, et ibi est meta; et inde vadit ad metam de terra factam, in qua est arbor nomine *twlfa;* et inde vadit ad magnam arborem, que est *twlfa*, in qua est signum crucis factum; et inde vadit ad magnam arborem eiusdem nominis, in qua est similiter signum crucis; inde vadit ad magnam arborem *twlfa* nomine, que est in meta terrea; et inde vadit ad aliam arborem *twlg*, in qua est signum crucis; inde vadit ad quendam lócum, vbi sunt due mete veteres de terra facte et tercia noua similiter terrea; inde vadit ad magnam arborem, que *bykfa* dicitur, habentem signum crucis; inde vadit per eundem berch ad verticem eiusdem silue Kukenfeketh prenotate, iuxta viam Berenche, que via est ad partem terre Rususna, et ibi est meta terrea, in qua est arbor magna *twlfa* (vocata); inde descendit ad vallem Zelusberuk, inde vadit ad arborem *zylfa*, super qua est signum crucis; inde vadit ad aliam arborem eiusdem nominis, in qua est signum crucis; deinde vadit ad arborem eiusdem nominis crucem habentem; deinda vadit ad duas arbores prope ad inuicem stantes signatas signo crucis; deinde vadit ad arborem *twlfa* similiter signatam; deinde vadit ad arborem eiusdem nominis signum crucis habentem; exinde descendendo ad rippam Zelusberuk, que Kara dicitur, et ibi est terrea meta, in qua est arbor magna, que dicitur *gyrthaanfa;* deinde descendit ad quandam aquam nomine Zynica, iuxta quam est arbor *gyrthanfa*; inde vadit super aqua — — — — potest cum sagitta — — — — — de aqua; et inde (inter)dictam aquam et alium fluuium nomine Rususna est vna meta terrea, in qua est *ikrus egurfa* (?), et ibi in — — — aliam arborem *egurfa* est signum crucis inter aquam Zynica et inter fluuium Rususna vadit ad aquilonem per quandam siluam *nyrosligeth;* deinde vadit ad arborem *twlfa* signum habentem; et inde vadit per medium eiusdem *nyrosligeth* ad montem, et in eodem *nyrosligeth* vadit ad arborem *nyrfa* nomine signatam; deinde vadit inter easdem aquas ad vnum berch iuxta viam Chytnuk, et ibi meta terrea, in qua est arbor parua *twlfa* in dextera parte illius vie; et inde vadit per eundem berch ad arborem signatam; et inde eundo prope

villam Thapolcha est meta terrea, in qua est magna arbor *twlfa*; et inde descendendo ad villam predictam est magna arbor *twlfa* nomine signum crucis habens; et adhuc propius vadit ad villam Thapolcha, et in dextera parte vnius vie est meta terrea, in qua est arbor *twlfa* parua; et inde incipit ire per eundem berch, et vadit ad montem, qui est supra villam Thapolcha, et ibi est meta terrea; et inde vadit ad vnam arborem *twlg* signatam; et inde vadit ad montem Guerbench, cuius montis pars sinistra est terra Rususna, et est ibi meta terrea; et inde vadit ad quandam arborem *twlg* signatam; inde vadit per berch eiusdem montis ad *twlgfa*, in qua est signum crucis, et inde ad aliam arborem *twlg* signatam; inde ad terciam arborem *twlg*; et inde ad quartam arborem similiter signum crucis habentem, ad quam prope est meta antiqua de terra, et alia noua similiter terrea, et ille mete sunt in inferiori parte Chytnuk, et iuxta illas signum crucis in magna arbore *twlfa*; deinde potenditur ad arborem *twlfa*, in qua est signum crucis; et inde ad aliam arborem signatam; deinde vadit ad duas arbores prope ad inuicem stantes, que dicuntur *twlg*, signum crucis habentes; deinde vadit ad duas metas terreas, et prope illas in quadam arbore *twlfa* est signum crucis; et sinistra pars illius berch pertinet ad terram Rususna; et inde vadit ad duas arbores, que dicuntur *twlfa*, in quibus est signum crucis; et inde ad vnam magnam arborem *twlfa* signatam; et inde vadit supra Chytnuk, et ibi est terrea meta, in qua est arbor parua nomine *twlfa* harumycru (igy); et inde vadit ad arborem *twlg* signatam; et inde vadit ad aliam arborem similem, inde ad terciam arborem eiusdem nominis signatam cruce; et deinde vadit supra villam Chytnuk, et ibi est vna meta terrea, in qua est arbor parua *twlgfa*, prope in duabus arboribus *twlgfa* est signum crucis; et inde ad aliam arborem similiter signatam; et inde ad aliam arborem *twlg* similiter signatam; deinde ad terciam arborem similem et signatam; deinde vadit ad quartam arborem eiusdem nominis signatam; deinde vadit ad quintam arborem similem similiter signatam; deinde vadit ad quandam lutosam aquam, que dicitur caput Guztetunpataka, et ibi est meta terrea, in qua est arbor magna nomine *hasfa*, et in eadem est signum crucis; inde vadit ad duas cruces, quarum vna est in *hasfa*,

et altera in *twlfa;* et inde vadit ad vnam arborem *twlg* signum habentem; et inde vadit recte ad introitum vnius silue que dicitur *feneuerdeu*, et in tribus arboribus sunt tres cruces, et prope illas arbores est meta terrea, et de lapidibus facta, in qua est arbor magna *twlgfa* signata; inde per eandem *feneuerdeu* vadit ad vallem per metas veteres, et nouas, et arbores signum crucis habentes; et de valle per vnum berch vadit ad montem Ruda per metas veteres et nouas, et arbores signo crucis signatas, cuius montis sinistra pars pertinet ad terram Rususna predictam; et inde vadit ad vnum *lygeth*, cuius pars pertinet ad Rususna; deinde vadit ad occidentem per magnam viam ad villam Petri filij Elye Toplica nomine per metas veteres ad vnam arborem *bykfa* nomine signum crucis habentem; deinde per metas supra quendam montem Veturnuk per quasdam metas separatur terra Rususna a quadam terra, que vocatur Polgla; et deinde procedendo reuertitur ad predictum locum Somkuth ad primam metam, et ibi terminatur stb. Anno Dominice Incarnacionis M°CCC° tricesimo sexto.

(Az esztergami káptalannak 1430-ki átiratából; a budai kir. kamarai levéltárban.)

456.

Kun gömörmegyei helység határai, IV. Béla király privilegiumának alapján. Év nélkül.

Nos Comes Nicolaus de Zech Judex Curie Serenissimi et Magnifici Principis domini Lodouici Dei gracia Incliti Regis Hungarie damus pro memoria, quod Comite Stephano Bubek pridem similiter Judice Curie Regie nostro predecessore bone memorie vigesimo tercio die quindenarum festi Penthecostes in Sede sua Judicaria stb. considente, inter aliōs Johannes Litteratus filius Nicolai de Tornalya personaliter in ipsius

Comitis Stephani veniendo presenciam contra Ladislaum et Benkus filios Johannis (filij Feliciani), ac Paulum filium Nicolai de eadem Tornalya stb. (felmutatja Bebek István országbírónak 1367. »hic in Wissegrad vigesimo quarto die octauarum diei Cinerum« kiadott, s a jászói konventhez szólló ítéletlevelét, mely szerint többi közt a király az egri káptalannak meghagyta volt, hogy vonatkozólag Johannes Litteratus de Tornalya azon keresetére) quod ipse eisdem Ladislao et Benkus filijs Johannis, ac Paulo filio Nicolai in forma cuiusdam concordie quandam possessionem suam Kwn vocatam, excepta quadam particula terre, scilicet tercia parte ex predicta possessione Kwn ei decisa, a parte scilicet cuiusdam possessionis sue Lapsa nominate adiacenti, que tercia pars ipsius possessionis Kwn vel fortassis minor esse dinosceretur, dedisset et tradidisset; quam quidem terciam partem ipsius possessionis Kwn sibi et ad ipsum pertinentibus plenarie et in toto ijdem filij Johannis ac Paulus filius Nicolai vti non permitterent; et ex eo ipse se per eosdam filios Johannis et Paulum informari voluisset, qua racione sibi et ad se pertinentibus eandem terre particulam stb. vti non permitterent stb. in octauis festi Beati Georgij martiris possessionem Kwn secundum tenorem in continencia litterarum privilegialium domini Bele quondam Illustris Regis Hungarie felicis memorie per ipsum Johannem Litteratum vel suum legittimum procuratorem inibi in specie exhibendarum metas eiusdem possessionis Kwn in se declarancium stb. reambularent stb. (Az egri káptalannak jelentése azt tartalmazta) quod ipsi (t. i. a királyi és káptalanbéli emberek) in dictis octauis Sancti Georgij accessissent ad faciem possessionis Kwn prenotate; vbi ipsi iuxta demonstracionem Corrardi filij Petri de Kisfalud procuratoris eiusdem Johannis Litterati stb., nec non eciam secundum continenciam litterarum priuilegialium condam domini Bele Regis Hungarie recolende memorie per dictum Corradum inibi in specie exhibitarum metas dicte possessionis Kun reambulassent isto modo: quod primo incepissent iuxta fluuium Sayou a plaga orientali et a parte possessionis Tamasffolua, videlicet circa quemdam locum paludosum; vnde ad dictam plagam egredientes, et in terris arabilibus parumper trauseuntes venissent ad quen-

dam fontem Cherniche vocatum; de quo cursus ad eandem plagam pergentes venissent ad quasdam vepres veresharazth nuncupatas, vbi essent due mete terree antique; de quibus ad predictam plagam in eisdem vepribus per largum spacium euntes attigissent vnum lapidem planum, iuxta quem essen similiter due mete terree; a quibus iuxta quandam vallem Kamanyavelge vocatam a parte dextra per largum spacium euntes, et in dictam vallem descendissent, peruenissent ad tres metas angulares in dicta valle iuxta quoddam alnueum positas et erectas, dictisque possessionibus Kwn, Ztamafolua et Lapsa vocatis distingentes, et abinde in eadem valle adhuc ad dictam plagam orientalem pergentes attigissent duas metas terreas in coniunccione duarum vallium Vrasvelge et Vasvelge vocatarum adiacentes, eidemque Kun et Ztamteleke vocate separantes; de quibus in dicta valle Vrasuelge modicum declinando a parte dextra aluey in dicta valle habiti currendo peruenissent ad alias duas metas in eadem valle positas; vnde eundo in dicta valle pertranseundo venissent ad duas metas terreas in latere cuiusdam berch positas; de quibus dictum berch ascendendo, et in eodem modicum spacium currendo peruenissent ad tres metas terreas in eodem berch positas, iuxta assercionem dicti Corrardi possessionibus Kwn; Ztamateleke et Zagrab nuncupatis distingentes. Ubi Petrus filius Nicolai dicti Somogy de Zuha comparendo ipsis curasset notificare, quod licet due dictarum trium metarum prescriptarum possessionum Kwn et Ztamateleke vocatarum haberentur; tamen tercia ipsarum non prescripte possessioni Zabragh, sed eiusdem possessionis Zuhafev extitisset; in quo quidem berch regiraret ad plagam occidentalem, et in eadem per continuas metas currendo venisset ad duas metas terreas, eidem Kwn a parte dextra, et possessioni Habon vocate a parte sinistra separantes. In quibus Gregorius filius Dominici de dicta Habon personaliter comparendo per modum protestacionis ipsis curasset significari, quod licet dictum priuilegium ipsius domini Bele Regis hoc, quod a parte dextra condam Bolug predecessor antedicti Johannis Litterati donatiua, a parte vero sinistra extitissent hereditaria, vt dicitur, in se declarasset: tamen dicta possesio Habon a parte sinistra dictarum metarum

adiacens nunquam dicti Bolug pro sua et predecessorum suorum hereditaria extitisset et haberetur. De quibus in eodem berch in quadam strata, puta ad dictam plagam occidentalem per continuas metas currentes venissent ad quendam montem Anglicha nuncupatum, in cuius vertice seu cacumine essent due mete terree, vbi dictus Corrardus procurator easdem metas dictis duabus possessionibus Tornalya et Kwn iuxta continenciam predicti priuilegij separantes fore astruxisset. In quorum contrarium prescripti Benkus, et Ladislaus filij Johannis, ac Paulus filius Nicolai allegassent in hunc modum, quod supreseripte due mete non prefatam possessionem Kwn iuxta continenciam predicti priuilegij, sed ipsorum hereditariam a possessione eiusdem Johannis Literati et proximorum suorum similiter hereditaria Tornalya vocata separassent. Et vsque ad eundem locum ambe partes in demonstracione prefatarum metarum concordes extitissent; de quibus in latere eiusdem montis Angalicha ad dictam plagam occidentalem per longum spacium descendentes peruenissent ad quendam locum in fine dicti montis habitum, in quo prefatus Corrardus procurator iuxta continenciam dicti priuilegij domini Bele Regis duas metas facere asseruisset; cui dicti Ladislaus et Benkus ac Paulus contrarium allegassent, eo quod nullo vnquam tempore mete inibi extitissent; vbi olim ipsi vnum paruum tumorem terre quasi metam antiquam et satis supressam haberi reperissent. A quo per modicum spacium descendentes venissent ad quandam valliculam, vbi dictus Corrardus olim metas iuxta continenciam dicti priuilegij in prato fuisse, sed nunc idem pratum per partem aduersam in terras arabiles conuersum, dictasque metas peraratas et annichilatas fore asseruisset; vbi eciam ipsi nulla metarum vestigia reperissent. De qua quidem vallicula rursus ad dictam plagam transeuntes venissent ad quandam stratam publicam in dictam villam Tornalya ducentem, iuxta quam similiter secundum continenciam ipsius priuilegij olym duas metas fuisse, sed similiter per partem aduersam peraratas et destructas fore allegasset; in qua quidem via pergendo venissent ad quoddam lucum in fine dicte possessionis Tornalya habitum, ubi prefatus Corrardus procurator olym iuxta continenciam ipsius priui-

legij similiter duas metas fuisse, et quendam riuulum Rednuk vocatum egredere, sed per partem aduersam meatus eiusdem repletus, et dictas metas peraratas fuisse asseruisset; ipsi tamen nec ibi aliqua metarum vestigia et fluuium egredientem haberi reperissent. Et abinde bene ad iactum vnius lapidis transeuntes venissent ad quendam riuulum, quem ambe partes Rednuk vocari, sed dictus Corrardus hunc fluuium Rednuk, qui in prescripto priuilegio signatus haberetur, pars vero aduersa non illum, sed dictum Rednuk in alio loco haberi contrariose allegassent; in quo quidem riuulo venissent ad fluuium Sayou supradictum; et ibi demonstracio dicti Corrardi procuratoris ipsius Johannis Litterati terminaretur. Vbi prefati Ladislaus et Benkus ac Paulus ipsis curassent notificare, quod a dictis duabus metis in prescripto monte Angalicha habitis vsque ad dictum fluuium Sayou non iuxta continenciam dicti priuilegij, sed omnino extra tenorem eiusdem in medio terre ipsorum hereditarie dictus Corrardus prefatam reambulacionem perfecisset, eo quod mete, via, lucus et riuulus Rednuk in predicto priuilegio conscripti non in ipsis litteris per eundem Corrardum demonstratis, sed alias haberentur, et quod ipsi veras metas ipsius possessionis Kwn demonstrare presto fuissent et parati; et ad hoc faciendum, ac ad audiendum ipsorum demonstracionem prescriptum Corrardum procuratorem inuitassent et petiuissent. Quibus perceptis dictus Corrardus procurator ex aduerso allegasset, quod si predicti Ladislaus et Benkus ac Paulus euidentes metas dicte possessionis Kwn iuxta seriem eiusdem priuilegij in alijs locis demonstrare valerent; extunc ipse in persona eiusdem Johannis Litterati cum Regio et dicti Capituli hominibus pro parte eiusdem ibidem adductis transire presto esset et paratus. Et quia prescripti Ladislaus, Benkus et Paulus hoc allegassent, quod ipsi metas eiusdem possessionis Kwn tales ostenderent, que forsitan iuxta continenciam ipsius priuilegij veriores et euidenciores haberentur, idem dictus Corrardus ad uidendum demontracionem partis aduerse sibi ambiguam accedere noluisset. Et quia talis altercacio inter partes inibi orta fuisset: ideo ipsi nec dictam mensuracionem, nec eciam possessionariam statucionem bono modo perficere potuissent

stb. Vnde quia ipsi Comiti Stephano Bubek, Baronibus et Regni Nobilibus cum eodem in Judicio sedentibus premissa possessio Kwn vocata iuxta demonstracionem vtrarumque parcium reambulari debere visum fuisset stb. (új határjárási rendelet a váczi káptalanhoz) in octauis festi Penthecostes tunc venturi stb. t. i. primo ipsam (possessionem Kwn) iuxta cursus metarum in dicto priuilegio domini Bele Regis, per dictum Johannem Litteratum, vel suum legitimum procuratorem inibi in specie exhibendo contentarum stb; si autem eedem partes in aliqua particula terre discordarent, et in ipsa possessionaria reambulacione et metarum demonstracione sibi inuicem contradicerent, tunc ipsam particulam terre signis pro metis positis, visa sui qualitate, fructuositate et valore, Deo pre oculis habito, amore et timore cuiuslibet partis procul motis, vna cum alijs probis viris estimarent Regni consuetudine requirente, ibidemque ijdem Regij et dicti Capituli Wachiensis homines viderent, et diligenter intuerentur, ac ab eisdem vicinis et commetaneis, nobilibusque comprouincialibus scirent et inquirerent de eo, cuius partis ostense mete veriores et apparenciores existerent, omnimodam veritatem stb. (Erre a váczi káptalan jelentése, hogy a határjárás alkalmával) primo et principaliter (mete) per ostensionem dicti Johanis Litterati de Tornalya stb. iuxta tenorem priuilegij domini Bele Regis stb. hoc ordine dinoscantur: Prima meta esset fluuius Sar, qui oriretur de Sayo, et iret ad quandam terram nomine Seryche; inde iret ad particulam cuiusdam silue, que wlgo veresharazth diceretur, et perueniret ad duas metas terreas; inde giraret in media parte nemus quoddam, et perueniret ad duas vias magnas ad magnum lapidem planum; inde vero per vallem Kama, et tenderet in via non modica; et inde per dictam vallem giraret ad vnam semitam, et ascenderet ad montem qui berch appellaretur; inde procedens tenderet ad particulam cuiusdam terre, cuius pars sinistra pertineret ad Zagrabium, pars vero dextra ad Bolugh per Regis donacionem, que esset terra litigiosa, et partes in ostensione metarum vsque ibi concordes extitissent; abhinc transeundo ad vnum montem versus occidentem, qui wlgo diceretur Angalyche, vbi essent due mete terree, vbi dictus Johannes

litteratus easdem metas dictis duabus possessionibus Tornalya et Kwn vocatis iuxta continenciam prescripti priuilegij separantes fore astruxisset. In quorum contrarium predicti Ladislaus et Benkus, ac Paulus filius Nicolai allegassent in hunc modum, quod prescripte due mete non prefatam possessionem Kwn iuxta continenciam dicti priuilegij, sed ipsorum hereditariam a possessione eiusdem Johannis Litterati similiter hereditaria Tornalya vocata separarent. Et dehinc in sumpmitate montis eiusdem Angaliche procederet ad vnam metam, vbi idem Johannes Litteratus olim duas metas fuisse asseruisset, sed per eosdem filios Johannis ac Paulum filium Nicolai annichilatas et destructas allegasset; inde descendendo in latere eiusdem montis reflecteretur parumper ad partem occidentalem, et perueniret ad vnam metam, que pro meta vera apparuisset, iuxta quam prefatus Johannes Litteratus signum vnum pro alia meta ostendisset, sed ipsi discernere nequiuissent ; inde procederet ad vnam vallem, vbi predictus Johannes Litteratus olym pratum fuisse asseruisset, sed nunc per partem aduersam in terras arabiles conuersum fore allegasset; inde tenderet in vna uia non modice ad occidentem inter terras arabiles, vbi prefatus Johannes Litteratus duas metas fuisse, sed per partem aduersam peraratas et annichilatas asseruisset, vbi ipsi nulla vestigia metarum reperissent; inde iret ad vnum locum, qui est in curia jobagionis predictorum in causam attractorum, vbi sepe fatus Johannes Litteratus iuxta continenciam predicti priuilegij duas metas terreas in capite Saar esse dixisset, quem locum ipse pro capite ipsius Saar nominasset, quem ipsi visu considerando tempore pluuiali locum lutosum esse agnouissent, sed tunc desiccatum fore uidissent ; attamen in orto eiusdem jobagionis communi ad iactum vnius baculi locum lutosum ac fluuium, quem idem Johannes Litteratus iuxta continenciam dicti priuilegij Rednuk nominasset, in dictum fluuium Sayou egredere uidissent; et inde in dicto fluuio Sayou tenderet ad priorem metam, et ibi terminaretur. Item mete dicte terre litigiose secundum ostensionem dictorum Ladislai et Benkus filiorum Johannis, ac Pauli filij Nicolai, hoc ordine distingerentur : Prima meta esset fluuius Saar a parte occidentali, qui oriretur de Sayou

et tenderet versus orientem ad quandam terram nomine Seniche; abhinc transeundo iret ad quandam particulam cuiusdam silue que wlgo veresharazth diceretur, et perueniret ad duas metas terreas; inde giraret iterum ad duas metas terreas; abhinc versus eandem plagam perueniret ad vnum lapidem planum; inde transeundo ad vallem Kamina iret ad tres metas terreas, que separarent possessiones Lapsa, Ztamnafolua et Kwn vocatas; inde iret iterum ad tres metas angulares, possessiones Vassas, Vrasvelge et terram litigiosam; abhinc protenderet ad vnam metam terream; deinde ad eandem vallem iret ad dictas metas terreas; inde transeundo veniret ad vnam metam terream; inde ascenderet ad vnum berch ad tres metas terreas, quarum vna esset possessionis Ztamnateleky, secunda possessionis Zuhafeu, tercia terre litigiose; abhinc reflecteretur uersus meridiem ad duas metas terreas, quarum vna esset Zabrago, alia separaret a terra litigiosa possessionem dictorum filiorum Johannis et Pauli filij Nicolai hereditariam; inde reflecteretur ad vnam vallem, et ascenderet ad vnum berch, in cuius latere esset vna meta terrea; abhinc ascendendo per vnam vallem ascenderet ad vnum berch ad plagam septemtrionalem, in cuius vertice essent due mete terree; inde descendendo per quinque valles, et ascenderet ad vnum berch, in cuius vertice iterum essent due mete terree; inde descenderet ad occidentem ad vnam vallem, in latere cuius esset vna meta terrea; inde transiret per vnam vallem, et per vnum nemus, vbi essent due mete terree; inde per eandem plagam transiret inter terras arabiles, et per pratum perueniret ad locum vnum, in quo tempore pluuiali videretur aqua meare, sed tunc fuisset desiccatum, que caderet ad dictum fluuium Sayou; et iret ad priorem metam, et ibi terminaretur stb. (Ezeknek folytán, s az ügy tárgyalásának többszöri elhalasztása után, Bebek István országbíró és bírótársainak »in octauis Beati Jacobi Apostoli« a jászói konventnek szólló ítélete). Vnde quia prefatus Johannes Litteratus in facto possessionis Kwn prescriptum priuilegium domini Bele Regis metas euisdem in se declarans habere, et iuxta eiusdem metalis priuilegij seriem metas et cursus metales predicte possessionis meliori et euidenciori modo, quam

prefati filij Johannis et Paulus ostendissent, demonstrasse; plures eciam et pociores nobiles pro parte prefati Johannis Litterati, quam pro parte antedictorum filiorum Johannis et Pauli attestati fuissent, modo prehabito tempore ipsius reambulacionis affirmasse ex premissis adinueniebantur; ob hocque juramentum super terra litigiosa ad quatuor aratra estimata ipsi Johanni Litterato imponi incumbebat; idem eciam Johannes Litteratus prescriptum priuilegium ipsius domini Bele Regis non in grauamen et preiudicium ipsorum filiorum Johannis et Pauli filij Nicolai, sed in huius declaracionem, vt sub quali et quanto metali giro ipsa possessio Kwn existat, exhibuisse, et ex eo pro exhibicione ipsius priuilegij premisso grauamine facti calumpnie onerari non debere agnoscebatur: ideo stb. ipsum Johannem Litteratum pro exhibicione prescripti priuilegij domini Bele Regis in nullo agrauari debere decernentes, commisimus judicantes, vt annotatus Johannes Litteratus in octauis diei medii XL-me tunc venturis, presentibus hominibus Regijs et testimonijs predicti Conuentus de Jazou, ad faciem possessionis Kwn, vicinis et commetaneis eiusdem legittime conuocatis, ac predictis filijs Johannis ac Paulo filio Nicolai, aut eorum legitimis procuratoribus presentibus, accedendo, eandem per metas et cursus metales in superioribus declaratas et expressas, per ipsum ostensas et demonstratas reambularet, factaque ipsa reambulacione in vna ipsarum metarum per ipsum demonstratarum, duodecimo se nobilibus sibi similibus, ex quibus vnus ex pretactis suis commetaneis vel vicinis, alter vero similiter ex predictis nobilibus comprouincialibus pro sua parte attestatis interesse deberent, comparendo discalciatis pedibus, resolutis singulis (igy »cingulis« helyett), et terram super capita eorum leuando, ac generaliter dicendo prout moris est, jurare super terra super eo, quod predicte mete et metales cursus per ipsum demonstrate et ostensi, vere et recte mete in dicto priuilegio domini Bele Regis contente essent et existerent, predictaque particula terre litigiosa ad quatuor aratra estimata semper ad predictam possessionem Kwn pertinuerit et pertinere deberet, ac intra predictos veros cursus metales eiusdem existeret et existat, sacramentum prestare teneretur stb. Datum in Wyssegrad duodecimo

die termini prenotati (octauarum festi Beati Georgii martiris) anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo.

(Szepesi Jakab országbírónak 1375. »datum in Wyssegrad in festo Natiuitatis Virginis Gloriose« átiratából; melynek eredetie őriztetik a Tornalyay család levéltárában.)

457.

Törvénykezési bizonyságlevél, hogy Pud comes bizonyos adósságra nézve Simon comesnek halasztást engedett. Év nélkül.

Damus pro memoria, quod cum iuxta tenorem litterarum memorialium domini nostri St(ephani) Regis iunioris Simon Comes filius Stephani Pud Comiti undecim marcas in crastino Sancti Jacobi Apostoli coram nobis soluere teneretur, de eisdem marcis soluit idem Simun coram nobis dicto P(ud) Comiti nouem marcas dicta die; ad alias vero duas marcas persoluendas dedit dicto S(imoni) terminum idem Pud dicte octaue quindenam tali modo, quod si in ipsa quidena non solueret, in crastino duplum soluere teneretur.

(Eredetie bőrhártyán, a pécsi püspöki könyvtár kézirati gyűjteményében.)

ELSŐ OSZTÁLY: OKMÁNYTÁRAK.

MAGYAR TÖRTÉNELMI OKMÁNYTÁR, a brüsszeli országos levéltárból és a burgundi könyvtárból. Összeszedte s lemásolta Hatvani Mihály (Horváth Mihály). I. KÖT. 1441—1538. Pest 1857. XXI és 367. — II. KÖT. 1538—1553. Pest, VIII és 367 l. — III. KÖT. 1553—1608. Pest 1859. VIII és 324 l. — IV. KÖT. 1608—1652. Pest 1859. VIII és 317 l. I. Ferdinánd kir. hasonmásolt levelével. — *Monum. Diplom. I—IV. kötet.*

MAGYAR TÖRTÉNELMI OKMÁNYTÁR, londoni könyv- és levéltárakból. Összeszedte és lemásolta Simonyi Ernő. 1521—1717. Pest 1859. VII és 518. l. — *Monum. Diplom. V. köt.*

ÁRPÁDKORI ÚJ OKMÁNYTÁR (Fejér György Codex Diplomaticusának folytatása). Közzé teszi Wenzel Gusztáv. I. KÖT. 1001—1235 és Függelékül: *Kritikai jegyzetek Fejér György „Codex Dipl. Hungariae Ecclesiasticus et Civilis" czímű munkájának az árpádi korszakot illető része felett.* Pest 1860. XLII és 405 l. — II. KÖT. 1234—1260, és Függelékül: *Az Árpádkori Új Okmánytár és a kapcsolt országok okmányai.* Pest 1861. XIX. és 402. l. — III. KÖT. 1261—1272. s Függelékül: *Olaszhon levéltárai, a magyar történelem szempontjából.* Pest 1862. XV és 366 l. — IV. KÖT. 1272—1290. Pest 1862. XX és 414 l. — V. KÖT. 1290—1301. és Függelékül: *Theiner Ágoston „Vetera Monumenta Historica Hungariam Sacram illustrantia" czímű munkájáról.* Pest 1864. XXI és 330 l. — VI. KÖT. v. a második folyam I. kötete: 890—1235. Pest 1867. XXXVI és 578 l. — VII. KÖT. v. a második folyam II. kötete: 1235—1260. Pest. 1869. XXVI és 604 l. — VIII. köt. vagy a második folyam III. kötete. 1261—1272. Pest 1870. XXII és 479 l. — IX. köt. vagy a második folyam IV. kötete. 1272—90. Pest 1871. XXX és 584 l. — X. köt. vagy a második folyam V. kötete. Budapest 1873. XXX és 419 l. — XI. köt. XXXIII és l. 620 — *Monum. Diplom. VI—XIII. XVII. XVIII. XX. köt.*

ALVINCZI PÉTER OKMÁNYTÁRA Erdély visszacsatolása felett a m. királylyal folytatott alkudozások történetéhez 1685—88. Közzé tette Szilágyi Sándor. I. kötet. VI és 421 l., — II. köt. 235 és LVIII. — *Monum. Diplom. XIV. XV. kötet.*

PÁZMÁNY PÉTER LEVELEZÉSE. Közzé teszi Frankl Vilmos. I. kötet, 1605—25. Budapest 1873. XVI. és 469 l. — *Monum. Diplom. XIX. kötet.*

OKMÁNYTÁR I. RÁKÓCZY GYÖRGY svéd és franczia szövetkezésének történetéhez. Szilágyi Sándortól. Budapest, 1873. XI és 491 l. — *Monum. Diplom. XXI. kötet.*

Ezen kötetek sorába fel vannak véve, s egymás után sajtó alá adatnak: az *Árpádkori Új Okmánytárnak* XII. kötete, a *Milánói M. Okmánytár* két kötetben, *Beátrix királyné Levelestára* két kötetben.

MÁSODIK OSZTÁLY: ÍRÓK.

SZERÉMI GYÖRGY II. Lajos és *János* királyok házi káplánja EMLÉKIRATA MAGYARORSZÁG ROMLÁSÁRÓL. 1484—1543. Közli Wenzel Gusztáv. Pest 1857. XXXIV és 410 l. — *Monum. Script. I. köt.*

VERANCSICS ANTAL, m. kir. helytartó, esztergami érsek ÖSSZES MUNKÁI. Közli Szalay László (1—7.) és Wenzel Gusztáv (8.) I. KÖT. Történelmi dolgozatok deák nyelven. Pest 1857. XX. és 370 l. — II. KÖT. Történelmi dolgozatok magyar nyelven, és Vegyesek. Pest 1857. XV és 321 l. — III. KÖT. Első portai követség 1553—1554. Pest 1858. XII és 403 l. — IV. KÖT. 1555—1557. Pest 1859. XI és 404 l. — V. KÖT. Második portai követség 1567—1568. Pest 1860. VIII és 390 l. — VI. KÖT. Vegyes Levelek 1538—1549. Pest 1860. VI és 373 l. — VII. KÖT. Vegyes

Levelek 1540—1559. Pest 1866. VI. és 360 l. — VIII. KÖT. Vegyes Levelek 1540—1563. Pest 1868. XIV és 399 l. — IX. KÖT. Vegyes Levelek 1563—69. Pest 1870. VI és 316 l. — X. KÖT. Vegyes levelek 1569 — 71. Pest 1871. XV és 360 l. — X. köt. Budapest 1873. XIII és 327 l. *Monum. Script. II.—VI. IX. X. XIV. XXV. XXVII. köt.*

IDB. ILLÉSHÁZY ISTVÁN nádor FÖLJEGYZÉSEI 1592—1603. és HIDVÉGI MIKÓ FERENCZ HISTÓRIÁJA 1594—1613. BIRÓ SÁMUEL folytatásával; és két Függelékkel: Enyedi Pál Énekéből 1530—1601. és Oláhsovich Miklós és Illésházyhoz.) Közli Kazinczy Gábor. P. 1863. X. és 151 l. *Monum. Script. VII. köt.*

BOJTHY [illegible] DÁVID, az utolsó török [illegible] TORTÉNETI MARAD-VÁNYAI. Oszmanlika s jegyzetekkel, [illegible] Szilágyi Sándor. Pest 1868. 491 l. — *Monum. Script. VIII. köt.*

— — Pótlékai. 1874. Ára 30 kr.

ALTORJAI B. APOR PÉTER MUNKÁI. Közli Kazinczy Gábor. Lusus Mundi, Synopsis mutationum notabiliorum [illegible] in Transylvania, et progressus [illegible] Metamorphosis Transylvaniae (és magyarul) CSERÉI MIHÁLY Pótlékai és Megjegyzéseivel). Pest 1863. X. és [illegible] l. — *Monum. Script. XI. köt.*

BRUTUS JÁNOS MIHÁLY magyar kir. történetíró MAGYAR HISTÓRIÁJA 1490—1552. A m. kir. egyetemi könyvtár eredeti kéziratából szerzői életével közli Toldy Ferencz. I. köt. Második Ulászló országlása hasonmással. Pest 1863. CIX és 498 l. — II. KÖT. Második Lajos trónra léptétől 1537-ig. Pest 1867. IX és 495. l. — III. KÖT. 1537—1552 Brutus elveszett XIV—XX. könyveinek töredékei 1571-ig, és Magyarországra írt Levelei (sajtó alatt). — *Monum. Script. XII. XIII. XIV. köt.*

GHYMESI FORGÁCH FERENCZ nagyváradi püspök MAGYAR HISTÓRIÁJA 1540—1572. Forgách Simon és Istvánffi Miklós Jegyzéseikkel és Forgách Ferencz kisebb irataival együtt. A hg. Batthyány-féle kéziratból közli Majer Fidél, bevezette Toldy Ferencz. Pest 1866. LXXXVIII és 588 l. — *Monum. Script. XVI. köt.*

BARONYAI DECSI JÁNOS MAGYAR HISTÓRIÁJA 1592—1598. A szerző életével közli Toldy Ferencz. Pest 1866. LXXX és 323 l. — *Monum. Script. XVII. köt.*

KÉSMÁRKI TÖKÖLY IMRE NAPLÓJA 1676—78 évekből. Közli Torma Károly. Pest 1866. XXII és 109 l. — *Monum. Script. XVIII. köt.*

KÉSMÁRKI TÖKÖLY IMRE NAPLÓJA 1686 évből; ugyanannak Levelekönyve 1694; Dobai Zsigmond Naplója 1690; Sándor [illegible] Mihály és András, meg Balogh László Naplóik 1694-[illegible]. Közli Thaly Kálmán. Pest 1868. 2 részben XXXII és 794 l. — *Monum. Script. XXIII. köt.*

KÉSMÁRKI TÖKÖLY IMRE NAPLÓI, LEVELESKÖNYVEI és egyéb emlékezetes írásai. Közli *Thaly Kálmán.* II. köt. Budapest 1873. XVI és 707 l. — *Monum. Script. XXIV. köt.*

KÉSMÁRKI TÖKÖLY IMRE NAPLÓJA 1693—1694 évekből. Az eredeti kéziratból. Közli Nagy Iván. Pest 1863. — VIII. és 703 lap. — *Monum. Script. XV. köt.*

Sajtó alatt: KRITOBULOSZ [illegible] Imbrosi történetírótól II. Mohammed élete görögül és magyarul, 2 köt. Dethier Antal és Szabó Károlytól.

VERANCSICS Antal Összes Munkái Wenzeltől, XII.

SZAMOSKÖZI István történeti Tört. Munkái. 4 köt. Toldy F.

ÁRPÁDKORI UJ OKMÁNYTÁR Wenzeltől, XII. kötet.

LONDONI MAGYAR OKMÁNYTÁR Simonyi Ernőtől II. k.

II. RÁKÓCZI FERENCZ fejedelem Összes Munkái két kötetben.

Budapest, 1874. Nyomatott az Athenaeum nyomdájában.